

1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

M. PORCI CATONIS

DE AGRI CVLTVRA

LIBER

M. TERENTI VARRONIS

RERVM RVSTICARVM

LIBRI TRES

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII.

VOL. I.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXXXIV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Catonis et Varronis librorum de re rustica codicem antiquissimum olim in Florentina Divi Marci bibliotheca fuisse scimus auctoribus Angelo Politiano et Petro Victorio. e quibus Politianus anno 1482 eum librum cum principe editione scriptorum de re rustica, Catonis, Varronis, Columellae, Palladii, quae anno 1472 Venetiis apud Nicolaum Iensonum facta erat, contulit et omnem scripturae discrepantiam in impresso exemplari adnotavit. Victorius autem eodem codice adhibito hos Catonis et Varronis libros anno 1541 Lugduni apud Sebastianum Gryphium edidit et in explicationibus proximo anno post ibidem editis saepe Marciani codicis mentionem fecit eiusque lectiones adnotavit. ante explicationes autem praefationis loco de libris manu scriptis, quibus usus est, scripsit haec, quae, quoniam accuratiorem vetusti codicis notitiam relictam non esse video, hic repetenda curavi.

Petri Victorii Explicationes suarum in Catonem, Varronem, Columellam castigationum.

Quia hunc laborem non ingenii, aut doctrinae ostentandae causa, sed optimum auctorem, eiusque studiosos adiuuandi suscepi: cupio in primis fidem meam probari. Nam si mediocris diligentiae laudem assequi potuero, non frustra mihi in tam molesto negotio uersatus uidebor. Quibus igitur auxiliis usus sim, et quomodo me in hac re gesserim, explanabo. Auxilia autem Vetusti libri fuerunt, sine quibus ne dum hoc opus aggressurus fuerim, uix hos rerum rusticarum scriptores, ut accuratius legerem, in manus unquam cepissem: omneis enim omnium conatus sine illorum ope aut irritos esse, aut parum progredi posse puto. Vetustissimum uolumen est in diui Marci bibliotheca, in quo M. Catonis unus liber est, quem de Re rustica scripsit: ac tres M. Terentii Varronis, Rerum item rusticarum. Is unus liber, ut uerum fatear, et ut ueris laudibus ipsum ornem, maiores mihi utilitates praebuit, quam uniuersi alii: superat enim reli-

quos, quos habui, longo interuallo, et uetustate, et fidelitate. Nec tamen cuncti, qui in eo continebantur auctores, ad nos peruenerunt: nam duo toti uetustate collapsi sunt, et M. Varronis extrema etiam pars defecit. Quemadmodum autem ex uetere inscriptione, quae in fronte libri est, cognoscimus, Iuni Moderati Columellae XII libri illic etiam erant, et unus ante illos Claudi Martialis: literae tamen et antiquitate, et frequenti attritu in prima parte libri ita deletae sunt, ut rubricam superinducere opus fuerit (rubrica enim notatae huiuscemodi inscriptiones in eo sunt) quare macula aliqua in his nominibus esse potest. Martialis tamen aperte legitur. Martialem autem ueterem fuisse rei rusticae scriptorem, testimonio etiam Palladii didicimus. Seruius quoque Vergilii interpres cum locum illum e IIII Georgicorum declararet, -atque aliis post commemoranda relinquo: inquit: Gargilium Martialem significat. Sitne idem Palladii, et Seruii, Martialis, studiose quaerere nunc minime oportet. Hoc autem relinquere nolui, quin notum facerem, ut uetustas huius libri intelligeretur, qui illis temporibus scriptus fuit, quibus alii adhuc scriptores reperiebantur, qui postea negligentia hominum, aut seculorum iniquitate perierunt. Ille autem si totus integerque conseruatus esset, et Iunium Columellam fortasse emendatiorem, et alium, quo caremus, non negligendum scriptorem haberemus. Habui etiam eosdem auctores in alio uolumine, non adeo uetusto, neque adeo fideli, quod literis Gallicis scriptum uidebatur. Id autem e Medicaea bibliotheca prompsi, et non paucos item alios, qui illic custodiuntur, quos nunc necesse non est omnes nominare. De uno autem tantum, qui diligenter exaratus fuit, et e bono exemplari exscriptus Patauii, non tacebo. Francisci autem Barbari, patricii Veneti, quondam fuit: et eius studio in ea urbe, in qua doctrinarum domicilium est, diligenter descriptus fuisse illic traditur. Hi sunt praecipue codices, quorum auctoritate usus sum: nam alii, aut de optimo illo descripti aut ita mendose, et negligenter scripti sunt, ut eorum testimonium paruum pondus merito habiturum fuerit. Quomodo susceptum negotium administrarim, ex singulis nunc explicationibus meis apparebit.

Idem sub finem libri ad Varr. III 17, 4 de defectu codicis adnotavit haec, 'Ad tibicinem Graecum. *Optimus, ac uetustissimus codex,* Tubicinam Graecum. *Quae postrema uerba in eo*

sunt : reliquum enim libri defecit. Hinc autem integritas eius codicis intellegi potest, quod extremum hunc librum multae, ac magnae maculae statim occuparunt : quae antea superstite illo non tam licenter uagabantur, aut si improbius se extulissent, poterant coerceri. Ipse nunc eo praesidio destitutus, quid faciam, non habeo : quamuis enim plures, manu scriptos libros consulere possim, certum tamen ducem, quo confidam non habeo : ille autem saepe mihi in malis rebus subuenire solebat. Sed maius etiam damnum fecimus, quod antiquus rei rusticae scriptor, si hic liber temporis iniurias subterfugere potuisset, una cum eo conseruatus esset : et alium, quem tamen habemus, emendatiorem ut puto, haberemus.' praeterea in variis lectionibus anno 1553 editis eundem codicem bis commemoravit lib. 31 c. 23 et lib. 32 c. 11. post Victorium non inveni a quoquam codicis mentionem factam esse, neque in catalogo codicum bibliothecae Florentinae S. Marci anno 1768 facto, in quo nongenti fere codices, qui tum ibi supererant, descripti sunt, eius memoria extat.

Principis editionis exemplum cum adnotationibus Politiani manu scriptis, ex quo maxime, postquam ipse liber periit, eius lectiones cognoscuntur, nunc in publica bibliotheca Parisina est. in hoc Politianus de codice a se collato post Varronis libros scripsit haec, *Contuli ego Ang. Politianus Catonis hos, ac Varronis rerum rusticarum libellos : cum uetustissimo codice : ex Diui Marci, Florentina bibliotheca : sic ut ne ea quidem, non ascriberem si qua deprauatiora uiderentur. hoc enim nobis emendandi nouos codices institutum placuit : nequid ex nostro temere adiceremus, neu quid omitteremus, quod in antiquioribus exemplaribus inuenissemus. Quod si hoc priores librarii institutum probassent, non tantum profecto negotii laborisque posteris reliquissent. Sicubi ergo nostrum adhibuimus iudicium, relictis tamen antiquae lectionis vestigiis aliquibus : suum cuique liberum reliquimus. Vale lector : et meum hunc laborem Boni Consule. Florentiae In diui Pauli ipso bacchanaliorum Die. MCCCCLXXXII: Anno Altero scilicet nostrae publicae professionis : cum Ouidianos fastos, et Ciceronis Ad herennium Rhetoricos libros enarrabamus : ac graece linguae rudimenta Florentinae iuuentuti dictabamus.* praeterea sub finem tertii libri c. 17, 4 post v. *tubicinam graecum* de defectu codicis, quo extrema libri pars

perierat, similiter atque Victorius adnotavit haec, *hactenus cum uetustissimo codice emendaui. nam reliqum in illo quidem deest.* diem bacchanaliorum, quo opus a se perfectum esse scribit, dicit vigiliam ieiunii quadragesimalis, qui dies illo anno fuit undevicesimus mensis Februarii. lectiones autem codicis partim inter ipsos versus, partim in marginibus editionis ita adnotavit, ut, ubicumque editio a scriptura codicis dissentiret, ipsa verba ad fidem codicis corrigeret. in quo plerumque singulas vel paucas litteras, ad quas discrepantia scripturae pertinebat, in edito exemplari subducta linea notavit et eas litteras quae pro his in manu scripto libro legebantur superscripsit. siquid in editione additum inveniebat, quod in codice non legebatur, verba quae deleri voluit similiter subducta linea notavit. item quae omissa vel transposita erant, ubi fieri poterat, in ipsis verbis correxit vel addidit. tum, cum gravior erat discrepantia, integram codicis lectionem in margine adscripsit et quo illa pertineret signis quibusdam additis indicavit. inscriptiones, quibus capitula librorum in principe editione distincta sunt, in Catonis libro ita, ut in codice eas scriptas invenerat, correxit, numeros ab editore additos delevit. in iis locis, in quibus integras inscriptiones ex codice descriptas exhibuit, plerumque anteposita R littera rubricarum loco eas habendas esse significavit. in Varronis libris et numeros capitum et ipsos titulos delevit.

Aliquot mensibus post collatum Marcianum codicem Politianus alium librum manu scriptum adhibuit, cuius lectiones rubro colore scriptas iis quas ex superiore adscripserat addidit. de quo post subscriptionem supra positam scripsit haec item rubro colore exarata, *Contuli et cum altero semiuetere codice, sed mendosiore. Vnde scilicet ea sumpta sunt quae uideas rubrica esse notata. Anno eodem Mense Decembri. Ang. Idem.* neque tamen ex hoc altero codice omnem lectionis discrepantiam, sicut in priore fecerat, adposuit, sed pauca, quae maxime memorabilia esse visa erant, excerpsit, quae similiter partim in marginibus partim inter lineas adscripsit. ceterum lectiones duorum codicum diverso scripturae colore, quo in iis adnotandis usus erat, satis certo distinctae sunt ac paucis quidem locis exceptis, in quibus propter subfuscum atramenti colorem dubitari potest, ex utro codice id quod adscriptum est depromptum sit, etiam nunc facile discernuntur. prae-

terea eiusdem Politiani manu saepe in marginibus singula verba scripta sunt, quibus ille partim argumenta rerum, de quibus agitur, breviter indicavit, partim verba antiqua vel aliquo modo memorabilia notari voluit . in his modo atramento modo rubrica usus est . pauca autem sunt, quae, quoniam eandem scripturam atque excerpta Marciani codicis referunt, dubitari potest an ex marginibus manu scripti libri petita sint . reliquorum scriptura ab excerptis utriusque codicis diversa est, et alia quidem Politianus, antequam manu scriptos libros adhibebat, scripsisse, alia postea addidisse videtur . denique etiam coniecturas non nullas rubrica quidem, qua ipsa in recentiore quoque codice conferendo usus erat, exaratas adscripsit . quas coniecturas quamquam anteposita nota *c'* a lectionibus codicis distinxit, tamen non prorsus accurate illas separavit, sed cum illum alterum codicem eo consilio adhibuisset, ut corruptam antiqui codicis scripturam, si fieri posset, ex eo emendaret eodemque tempore, ut videtur, siquid ipse coniectura invenerat, adscriberet, non constanter, quid ipse coniecisset, quid in manu scripto libro invenisset, significavit. Marciani codicis idem mentionem fecit in miscellaneis c. 35, *Nam quod habent etiam, qui putantur emendatissimi codices, in Ephemeridis uersibus*, (Varr. r. r. I 48), *hoc ego in uenerandae uetustatis exemplari e publica gentis Medicae bibliotheca sic inuenio: In Euhemeri libris uersis.*

Excerpta utriusque codicis ab Henrico Brenkmanno tum, cum Politiani liber Florentiae erat, descripta habuit Gesnerus eaque in suam editionem recepit. ipsum librum tum in magni ducis Hetruriae bibliotheca fuisse scripsit in praefatione p. XX, parum accurate, ut videtur . nam Bandinius, qui inter scriptores a Politiano cum libris manu scriptis collatos hanc scriptorum rei rusticae editonem posuit, Ragionamento istorico sopra le collazioni delle Florentine pandette fatte da Angelo Poliziano Livorno a. 1762 p. 67, librum vidit in bibliotheca nobilis familiae Ricasolorum . cuius familiae insigne gentilicium aere expressum etiam nunc in interiore parte tegumenti invenitur . ex hereditate Ricasolorum Buturlinus Russus a. 1818, cum Florentiae libros coemeret, una cum aliis eiusdem familiae libris hunc quoque pretio dato sibi paravit . qua de re testimonium acceptae pecuniae a procuratore Ricasolorum scriptum et post insigne familiae quod dixi ipsi libro praefixum est. postea

ex libris Buturlini a. 1839 Parisiis publice venditis, quorum indicem Weigelius in Serapei a Naumanno editi v. I p. 220 exhibuit inque his hanc ipsam editionem posuit, in Parisinam bibliothecam relatus est, ubi a. 1851 Politiani excerpta descripsi.

Haec quae a Politano et Victorio de vetere Marciano codice memoriae prodita habemus hic composui propterea, quod ex hoc uno omnes qui nunc supersunt descriptos esse cognovi . quod cum olim comparatis iis quae a Gesnero ex Politiani excerptis quamvis non satis accurate edita erant cum lectionibus codicum quibus nunc utimur mihi apparuisset, tum ipso Politiani libro reperto magis confirmatum est . quare si Politianus in archetypo excutiendo ea diligentia, quam nunc in huius modi libro desideramus, usus esset, reliquis libris facile carere possemus . sed quoniam ea quae ab illo adnotata sunt, quamvis magna et pro illa aetate rara usus sit diligentia, tamen ad omnem codicis archetypi scripturam repraesentandam non sufficiunt, sicut comparatis apographis intellexi, haec quoque adhibenda fuerunt. horum maxima pars quinto decimo saeculo in Italia scripta est. duo autem supersunt codices hoc aetate superiores, Parisinus 6884 A et Laurentianus 30, 10.

Codex Parisinus 6884 A in membranis formae quadratae numero sexaginta quattuor scriptus est initio saeculi tertii decimi, ut mihi visum est, vel etiam sub finem duodecimi saeculi, sicut alii et periti harum rerum iudices existimaverunt. de origine codicis olim Carolus Benedictus Hasius mihi adseverabat esse librum in numero eorum qui a Catharina regina Franciae e gente Mediceorum coempti post mortem eius a. 1589 in regiam bibliothecam translati essent. scriptura librarius usus est accurata, sed parum aequali . nam in aliis paginis minor, in aliis maior est versuum numerus, a duodequadraginta versibus usque ad quadraginta sex . quo factum est ut propter minutam saepe litterarum figuram, infuscatis praesertim membranis, in non nullis locis difficilius legatur. distinctio verborum valde incerta et saepe omissa est. compendia scripturae satis multa sunt, sed in his nulla quae iure debeant ad aetatem ineunte tertio decimo saeculo inferiorem referri . pro *ae* constanti usu *e*, pro *et* et *sed* item fere constanter 7 et *s*7 scriptum est . in prima pagina eadem manu, qua ipse codex scriptus est, rubro colore scripta sunt haec, *In hoc codice infra scripto* .

libri continentur . dere Rustica | *M. Catonis . liber unus . terentii Varronis . libri . III .* sequitur primum index capitulorum Catonis atramento scriptus praefixis numeris qui rubrica scripti sunt, deinde prooemium Catonis simili ratione, atque qua in titulis scribendis librarius usus erat, intermissis quibusdam spatiis scriptum, quod propterea huc transscribendum curavi, tum ipse Catonis liber et Varronis libri tres cum titulis primo libro praefixis . nam in secundo et tertio libro non additus est capitulorum index . omnia igitur hoc ordine scripta sunt, *I Quomodo agrum emi pararique oporteat — CLXX De salsura ofelle puteolane* | *EST INTERDVM PRESTARE MECATURIS REM QERERE NISI TAM periculosum sit.* | *Et itē fenerari si tam honestum sit. XVI Maiores nostri sic habuerunt et ita in legibus XVII* | *posiuerunt . furem dupli condempnari . feneratorem quadrupli . quanto peiorem* | *ciuem existimarunt feneratorem quam furem hinc licet existimare XVIII* | *V et uirum bonum cum laudabant ita laudabant. XVIIII* | *bonum agricolam bonumque colonum amplissime laudari existimabatur* | *qui ita laudabatur XX* | *Mercaturem autem strenuum studiosumque rei querende existimouerum* | *ut supra dixi periculosum et calamitosum XXI* | *At ex agricolis et uiri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur maximeque (uel alias plus* in margine) *pius questus stabilissimusque consequitur minimeque inuidiosus XXII* | *Minimeque male agitantes sunt qui in eo studio occupati sunt nunc ut ad rem re* | *deam quod promisi institutum principium hoc erit* | *I Quomodo agrum emi pararique oporteat. Praedium — tangetur.* | *M. Catonis de agricultura explicit feliciter* | *Varronis Rerum Rusticarum de agricultura liber . I. incipit feliciter* | *Qui greci de agricultura scripserint — aut aduendendum.* | *Potius essem consecutus — hoc quem exposui habito.* | *M. Varronis rerum rusticarum lib. III explicit.* Catonis liber distinctis intermisso spatio capitulis et adpositis in margine numeris capitulorum scriptus est. tituli, sicut in indice capitulorum scripti erant, suis locis repetiti et plerumque in fine versuum, ubi spatium scriptura vacuum eius rei causa relictum erat, rarius in marginibus scripti sunt, praeposita in priore parte libri usque ad c. 68 *ubi vindemia* etc., quod in codice est LXXVII, *R* littera: nam in reliqua parte praeter paucos titulos ea littera omissa est. et numeri et ipsi tituli rubro colore scripti

eadem manu, sed postea additi sunt. apud Varronem neque in primo libro, cui index capitulorum non additis tamen numeris praemissus erat, neque in secundo vel tertio libro certa capitulorum distinctio est; sed paucis locis ad argumenta rerum quae tractantur indicanda vel ad distinctionem partium significandam rubricae in marginibus adscriptae vel verba ipsa, quae continuo scripta erant, signis quibusdam postea additis distincta sunt. praeterea ad partes eorum de quibus agitur distinguendas pertinent litterae quaedam singulares in marginibus adscriptae, quamquam eae diverso tempore scriptae sunt, neque in omnibus quid sibi velint certo apparet. in prima scriptura multa correcta sunt, e quibus quaedam haud dubie eidem librario, qui codicem scripserat, tribuenda sunt. is enim errores in describendo commissos saepe ipse correxit, litteras vel verba quae omiserat aut superscripsit aut in margine addidit. ad haec, quorum magnus est numerus, accedunt alia ipsa quoque antiquo tempore, sed paulum diverso modo, ut videtur, scripta, de quibus dubitari potest, utrum ipsa quoque ab eodem scriptore, qui postea collato archetypo apographum correxit, an ab alio scripta sint. ab his plane diversa sunt alia, quae multo recentiore tempore vel in ipsis verbis correcta vel in marginibus adscripta sunt, quinto decimo saeculo non antiquiora. usus est hoc codice Mercerus in notis ad Nonium p. 61. 62. 302. 1103 et in Tac. annal. III 42. postea Gesnerus et Schneiderus eodem usi sunt, e quibus Gesnerus collationem a Theodoro Ryckio factam, ut ait praef. p. VII, habuit Schneiderus codicem cum editione Comeliniana ab Ioanne Friderico Gronovio collatum se habuisse scribit praef. p. IX. sed uterque pauca ex eo adnotavit.

Codex Laurentianus 30, 10 in membranis formae maximae quarto decimo saeculo scriptus post Vitruvii de architectura libros habet hos Catonis et Varronis libros. paginae bifariam divisae, scriptura elegans litteris vario modo in utramque versuum partem flexis et exornatis, multis etiam inauratis et pictis, ex eo genere est, quod gallicum cursivum olim dici solebat. Catonis liber prima scheda abscisa mutilatus incipit c. 3, 2 *oleariam uinariam dolia multa.* Varronis liber primus et tertius sine praescriptionibus scripti, in tertio etiam subscriptio omissa est, *totius omnem consecutus — exposui habeto. Explicit.* post primum autem et ante

secundum librum scripta sunt haec, *Explicit liber primus marcii cathonis De Agricultura Incipit Secundus feliciter marcii terencii varronis Rerum Rusticarum.* his rationibus factum est ut Bandinius, qui codicem descripsit catal. cod. latin. bibl. Laurent. v. II p. 74, duos inesse diceret Catonis libros et duos Varronis. idem veteris possessoris nomen in fine codicis scriptum esse indicavit ita, 'Francisci Sassetti Thomae filii Ciuis Florentini'. est autem hic ipse alter ille codex, quem Politianus post Marcianum cum principe editione contulit, eundemque ex Medicea bibliotheca depromptum habuit Victorius, qui eum semiueterem vel Gallicanum vel a Gallico homine scriptum dicere consuevit. itaque Victorium secutus Mediceum appellavi.

Hi duo igitur codices ut aetate reliquos superant, ita cognationis quodam vinculo inter se coniuncti sunt et diversa a ceteris ratione ex communi omnium archetypo videntur ducti esse. habent enim saepe proprias quasdam lectiones, quae cum in italicis libris non inveniantur, ex antiquiore libro, ex quo tamquam e communi fonte Parisinus et Mediceus descripti erant, ad illos propagatae sunt. neque enim ex ipso Parisino codice describi potuit Mediceus, quod non nulla in illo solo corrupta vel omissa sunt, quae integra leguntur in Mediceo, sicut in reliquis, neque ex Parisino peti poterant. ex communi autem omnium archetypo istum librum, ex quo uterque ductus est, descriptum fuisse, non ab antiquiore origine repetendum esse dico propterea, quod pauca in eo rectius quam in Marciano codice scripta erant, eaque omnia ita comparata sunt, ut coniectura facile inveniri potuerint. plurimis enim locis consensus Parisini et Medicei codicis in communibus quibusdam et manifestis scripturae vitiis conspicitur. itaque si haec ita se habent, ut dixi, ex Marciano codice, antequam is Florentiam delatus est, factum erat apographum, ex quo primum Parisinus, deinde centum et quinquaginta fere annis post Mediceus codex descriptus est. sed is qui Parisinum codicem scripsit vetustum exemplum qua maxima poterat fide expressit, et quamquam neglegentia vel ignorantia saepe lapsus est (fuit enim rerum et verborum quae descripsit plane ignarus), tamen nihil consulto mutavit, sed omnia sicut scripta invenerat in suum exemplum transtulit. quo factum est ut, quamvis ipsum archetypum scribenti ante oculos non fuerit, tamen multa accurate ex eo ex-

pressa servaret. atque etiam quae in archetypo correcta vel in marginibus adscripta erant non nullis locis accurate repetita inveniuntur in Parisino. ex quo genere sunt ea quae in Cat. c. 95 et 112 et in Varr. I 2, 5 adnotavi. praeterea in orthographia vocabulorum antiquam rationem fidelius quam reliqui servavit. contra Mediceus codex omni genere vitiorum depravatus est. nam non solum neglegentia eius qui librum scripsit plurima in eo graviter corrupta sunt, sed etiam manifesta habet interpolationis exempla ex antiquiore libro, postquam is correctoris studium expertus erat, recepta.

Eiusdem generis codicem sub initium quarti decimi saeculi habuit Petrus Crescentius Bononiensis. is enim in duodecim libris de agricultura, qui primis illius saeculi annis scripti sunt, saepe veterum scriptorum de re rustica praecepta adhibuit et ex Catonis et Varronis libris multa additis auctorum nominibus adscripsit. sed in his omnibus nihil inveni, quod ad diversam a nostrorum librorum stirpe originem referendum esset, vel quod meliore codice usum esse Crescentium, quam quos nunc habemus, ostenderet.

Ex iis libris qui quinto decimo saeculo in Italia scripti sunt pauci tum, cum Marcianus codex sic ut Politianus et Victorius eum habuerunt extrema parte decurtatus erat, ex eo descripti sunt, qui ipso defectu originem suam produnt. plurimi autem, qui tertium Varronis librum integrum habent, ex eodem archetypo, antequam illam iacturam ferret, ducti sunt. nam hi quoque et inter se et cum reliquis ita consentiunt, ut ad aliam stirpem referri nequeant. sed eorum omnium accuratissime ex Marciano codice descriptus est codex Laurentianus 51, 4 chartaceus. in eo Varronis libri tres cum capitulis libri primi scripti sunt omissa extrema parte libri tertii, *Varronis rerum rusticarum de agricultura liber primus incipit feliciter. Qui graeci et latini de agricultura scripserint — ad uendendum. Otius essem consecutus — ad tubicinam graecum.* praeter defectum tertii libri sub finem eiusdem libri inde a c. 16, 21 saepius singula verba, quae in archetypo lacunis membranarum perierant vel legi non poterant, omissa sunt, ubi librarius spatio intermisso lacunas indicavit.

In reliquis libris non inveni apographa pari diligentia ex

archetypo expressa. nam omnes partim neglegentia scribentium partim interpolatione Italorum ita corrupti sunt, ut minus accuratam veteris archetypi imaginem referant. ex his tres codices, quibus in Catonis libro usus sum, indicabo, duos Laurentianos, unum Caesenatem. codex Laurentianus 51, 1 membranaceus scriptura paulo antiquiore, quam quae in reliquis huius generis libris est, ut Bandinius catal. cod. lat. bibl. Laur. v. II p. 526 eum quarto decimo saeculo adsignaverit, continet Catonis et Varronis libros, *Incipiunt capitula de re rustica M. Catonis Quomodo agrum emi pararique oporteat — uermes tangant. Explicit liber M. Catonis de re rustica feliciter. M. Terentii Varronis rerum rusticarum de agricultura liber primus incipit feliciter. Incipiunt rubrice eiusdem libri — hoc quem exposui habito. M. T. Varronis rerum rusticarum de uillaticis pastionibus liber tercius explicit feliciter.* in primo Varronis libro multa correcta vel in marginibus adnotata sunt recentiore manu, quae mihi olim Nicolai Niccoli esse visa est. quaedam vero ex his ex Laurentiano codice 30, 10 videntur petita esse. codex Laurentianus 51, 2 membranaceus prima scheda abscisa mutilatus Catonis librum prima parte capitulorum amissa habet, *to Pultem punicam sic facito* (p. 7, 10) — *expliciunt rubricae. incipit liber — uermes tangent. M. Catonis de agricultura explicit foeliciter,* deinde Varronis libros tres — *haec quae exposui habeto. M. Terentii Varronis de agricultura rerum rusticarum libri expliciunt foeliciter.* codex Caesenas bibliothecae Malatestianae 42, 2 membranaceus formae maximae post Columellae libros habet Catonis et Varronis libros ita scriptos, *Incipit liber M. Catonis de re rustica. Quomodo agrum emi pararique oporteat — ofelle puteolane. Est interdum praestare — uermes tangent. Finis. M. Terencii Varronis rerum rusticarum de agricultura liber primus incipit foeliciter Prologus eiusdem Totius essem — tubicinam grecum. Incipiunt rubrice eiusdem libri. Qui greci — aut ad uendendum.* ea quae post v. *tubicinam grecum* usque ad finem libri omissa erant postea eadem manu addita sunt, sed ita ut alio tempore scripta esse verba appareat: nam pauca in spatio ante capitula primi libri relicto, plurima in margine adscripta sunt, *gregatim — habito. M. Terentii Varonis rerum rusticarum de uillaticis pastionibus*

liber tertius explicit. in extrema libri parte, similiter atque de Laurentiano codice supra dictum est, lacunae in scriptura codicis relictae sunt; quamquam de his non plane cum illo consentit, sed quaedam quae in Laurentiano codice indicata lacuna omissa sunt leguntur in hoc.

Ii qui ante Victorium Catonis et Varronis libros una cum reliquis Romanorum de re rustica scriptoribus in Italia ediderunt iisdem codicibus, quos nunc habemus, usi sunt. nam quaecumque in antiquissimis editonibus aliter, atque in manu scriptis libris legimus, expressa sunt, aut neglegentiae editorum aut coniecturae tribuenda esse certum est. primum autem Georgius Merula, qui principem editionem a. 1472 Venetiis apud Nicolaum Iensonum impressam fecit, permulta suo arbitrio, nulla librorum manu scriptorum fide mutavit. post hunc Iucundus Veronensis, qui Aldinae editioni a. 1514 factae praefuit, manu scriptos libros, in his Mediceum codicem, quem supra dixi, adhibuit; neque tamen ad fidem codicum scripturam revocavit, sed maiore etiam licentia usus plurima sua coniectura novavit. Aldinam editionem a. 1515 secuta est Iuntina a Nicolao Angelio Florentino facta, in qua non nullis locis lectiones Aldinae editionis ex Florentinis codicibus correctae, plurima tamen sic, ut in illa edita erant, repetita sunt. hac pro fundamento suae editionis usus est Petrus Victorius neque constanter pro interpolata impressi exemplaris lectione genuinam archetypi codicis scripturam restituit, sed olim vulgatam lectionem ex Iuntina editione saepe recepit. quid antiquissimi editores vel ii qui postea in iisdem libris operam collocaverunt in emendatione corruptae scripturae profecerint, hoc loco non dicam. nam fidem lectionis ab iis petendam non esse ex iis quae dixi apparere puto.

Restat ut de ratione novae editionis dicam. itaque ad restituendam veterem scripturam, quae in editis adhuc exemplaribus vehementer corrupta erat, plurimum haud dubie Politiani excerpta valent. quare operam dedi ut haec maxime in nova editione accurate repraesentarentur. et quoniam incertior eorum fides est in iis quae Politianus non mutata in principe editione reliquerat, quam in iis quae ex manu scripto libro adscripsit, haec duo genera ita distinxi, ut ea quae ex codice adnotaverat *P* littera, quae in principe editione non mutaverat littera *V* significarem.

praeterea ut intellegi posset, ad quae vocabula vel ad quas litteras mutatio lectionis ab eo ex codice adnotata pertineret, ubicumque illius lectiones indicatae erant, etiam quid in principe editione legeretur indicandum erat. nam saepius accidit ut, siquid in principis editionis lectione ex codice mutandum erat, Politianus non accurate ea quae mutari vel deleri voluit indicaret, sed quaedam ad fidem codicis corrigeret, alia sic, ut in edito exemplari habebantur, relinqueret, ubi error ex apographis cognosci potuit. itaque ut de fide Politiani in iis quae adnotavit iudicari posset lectiones principis editionis, ubi ab illo mutatae erant, *v* littera significatas adposui. neque tamen opus esse videbatur omnia principis editionis vitia, quae a Politiano ex codice correcta erant, memoriae prodere et integram discrepantiam editionis, in qua plurima sine ulla librorum auctoritate arbitrio editoris mutata sunt, adnotare. itaque ubi manifestae editoris interpolationes a Politiano ex codice correctae erant neque ulla scripturae discrepantia in manu scriptis libris, quibus nunc utimur, inveniebatur, inutile erat corruptas impressi exemplaris lectiones una cum correctionibus illius adscribere. sed ubicumque ad confirmandam receptae lectionis auctoritatem pertinebat, quod certo Politiani testimonio ita scriptum fuisse in archetypo constat, scripturam codicis ab illo indicatam addita lectione Venetae editionis in adnotatione repetivi. in iis vero quae in principe editione Politianus non mutaverat ne leviora quidem omitti poterant, in quibus ille diversam haud dubie codicis scripturam codicis non indicaverat, in primis ea quae ad orthographiam vocabulorum pertinent, propterea quod in hoc genere modo codicis scripturam adnotaverat, modo tamquam inutilem praeterierat. Politiani excerptis ea quae a Victorio in explicationibus ex eodem codice adnotata erant addidi. in quo ipsa Victorii verba suis locis integra repetivi, quamquam in Catonis libro saepius breviore ratione usus sum. in editione Victorii ea quae in impressis ante eum exemplaribus non leguntur aliquam auctoritatem ad confirmandam codicis scripturam habent. nam in his plerumque codicem, cui plurimum tribuebat, secutus vulgatam lectionem mutavit. quare tum maxime, cum propter aliquam causam dubitari de fide Politiani poterat, lectiones Victorii a prioribus editionibus diversas et ex codice, ut videtur, ab illo primum receptas indicavi.

Ex apographis scripturam Parisini codicis, quem *A* littera significavi, et apud Catonem et apud Varronem ita exhibui, ut nihil, quod quidem antiqua manu scriptum esset, omitteretur eaque quae a vetere librario mutata vel addita essent accurate indicarentur. ea quae recenti manu correcta vel adscripta sunt nullam auctoritatem habent, sed partim ad manifestos priscae scripturae errores corrigendos pertinent, partim ab italicis correctoribus recepta sunt. quare ex his quaedam, quae nullam utilitatem habent, omisi; plurima tamen, ut de lectione codicis constaret, ex hoc quoque genere indicavi.

Ex Mediceo codice in Catonis libro pauca, in Varronis libris plura, quae *m* littera significata sunt, adscripsi. adnotavi autem ea maxime, in quibus Parisinus codex a reliquorum scriptura dissentiens hunc unum habet consentientem, ut eo consensu probaretur Parisini codicis scripturam ex antiquiore fonte repetitam esse. praeterea quaedam, quae recte emendata in codice erant, memorabilia esse videbantur.

Ex recentioribus codicibus in libris Varronis adhibui unum Laurentianum codicem 51, 4 ex ipso archetypo accurate descriptum, cuius testimonium in iis etiam locis sufficiebat, in quibus dissentiente Parisino libro a Politiani excerptis, maxime tum cum ab illo principis editionis lectio mutata non erat, dubitari poterat, quid a Politiano praetermissum vel minus accurate indicatum, quid errori Parisini codicis tribuendum esset. huius quoque scripturam, quo certius de archetypo constaret, integram exhibui eamque *B* littera significavi. in Catonis libro paratum non erat apographum, cui similis tribuenda esset fides, sed plurimis librariorum vitiis, partim etiam correctionibus Italorum corruptos inveni libros. quare in hoc tribus usus sum codicibus, duobus Laurentianis 51, 1 et 2, uno Caesenate, quorum consentientes inter se lectiones, quoniam hae solae ex vetere fonte repetendae sunt, communi signo *R* littera usus indicavi. ea quae unius codicis propria sunt, quoniam errore vel licentia librariorum invecta sunt, plerumque omisi. ubi trium librorum lectiones uno signo comprehendi non poterant, sed quid in singulis libris scriptum esset indicandum erat, notas adposui in Laurentiano 51, 1 *f*, in Laurentiano 51, 2 *b*, in Caesenate *c*. sed ex his Florentinum codicem *f* in eo genere quod potius ad rationem scribendi quam

ad diversitatem lectionis pertinet minus accurate collatum habebam quam reliquos duos. quare in hoc genere eius lectiones una cum ceteris adscriptae non sunt.

Corruptam archetypi scripturam tum, cum certa emendatione correcta erat vel facili opera videbatur corrigi posse, correxi. ubi apta emendatio parata non erat vel gravia scripturae vitia sine acriore remedio sanari non poterant, ea quae in archetypo scripta erant repetivi; coniecturas vel editorum vel meas paucis locis in adnotatione addidi. reliqua, quae ad veterem lectionem restituendam pertinent, in commentarium, cui altera operis pars destinata est, reservavi. interim non inutilem fore putavi huius modi editionem, quae non emendata quocumque modo scriptorum verba exhiberet, sed remotis pravis editorum mutationibus et sincera antiquissimi exemplaris scriptura proposita ad veram emendationem viam pararet.

Scripsi Halis Saxonum mense Octobri a. MDCCCLXXXIV.

M. TERENTI VARRONIS

RERVM RVSTICARVM LIBRI TRES

P lectiones codicis Marciani ab Angelo Politiano in principe editione adnotatae

V editio princeps Venetiis apud Nicolaum Iensonum a. 1471 a Politiano non correcta

v eiusdem editionis lectiones a Politiano correctae

A codex Parisinus 6842 A

A[2] eiusdem codicis corrector

B codex Laurentianus 51, 4

m codex Laurentianus 30, 10, ex quo pauca adscripta sunt

CAPITVLA LIBRI PRIMI

Qui Graeci de agri cultura scripserint
Quae diiungenda sint ab agri cultura
Artem esse agri culturam
5 Agri culturae' quod sit initium et quis finis
Quot partes habeat disciplinae cultura agri
De solo fundi quae sint videnda
Qui sit ager optumus et quis ab eo proximus et qui deinceps
De vineis
10 De modis agrorum
Heredium et centuria et saltus quare sint his vocabulis appellata
De villa
De aqua villae
De loco et in quam partem caeli villa ponenda sit
15 De villae rusticae descriptione
De saeptis quae fundi tutandi causa fiant
De finibus tuendis
De eis quae extra fundum commoda fiant aut incommoda
Agri quibus rebus colantur
20 De numero rusticorum, quot operis quisque agri modus coli possit

---

1 Varronis Rerum Rusticarum de agricultura liber I (liber primus *B*) Incipit feliciter *PAB* M. T. VARRONIS REI RVSTICAE CAPITA LIBRI. I. *v* 2 Qui graeci de agricultura *PA* Qui graeci et latini de agricultura *B* Graeci et latini qui de re rustica *v* scripserint *AB Victorius* scripserunt *V* 6 Quot partes *Bv* Quod partes *PA* 7 quae sint uidenda *PA* quae et quot sint uidenda *Bv* 8 optumus *PB* optimus *Av* 14 et *post* loco *om.* *B* in quam] in aquam *A* 16 septis *V* fiant *P* fiunt *AB Victorius* fieri debeant et qualiter *v* 18 De eis *VB Victorius* De his *A* comoda *A* fiant *VB* fiunt *A Victorius* incomoda *A* 20 De numero rusticorum | Quotiens operis *A* De numero rusticorum et quot operis *B* De numero rusticorum quotiens operis *P* De numero familiae rusticalis et quot operis *v*

Quot iugis boum quisque agri modus coli possit
De bubus
De canibus
Si prata sunt in fundo, pecus non est, quid sit faciendum
De muto instrumento
Quae et quo quidque loco maxime expediat serere
Olea in quali agro serenda sit
Vinea in quo agro serenda sit
Quo loco ridicae in vinea figi debeant
De solis cursu [in] discripto in partes anni quattuor et octo et de eis *quae* quaque parte in agro debeant fieri
Quotenos dies habeat quodque tempus anni discripti in quattuor partes
Primo intervallo inter favonium et aequinoctium vernum quae fieri oporteat
Secundo intervallo inter vernum aequinoctium, quod est VIII Kal. Apriles, et vergiliarum exortum, qui est VI idus Maias, quae fieri oporteat
Tertio intervallo inter vergiliarum exortum, qui est VI idus Maias, et solstitium, quod est VI Kal. Iulias, quae fieri oporteat
De vineis novellis
De pampinatione
Qualis sit capreolus in vite

---

1 Quot *ABv* Quod *P* 7 serenda *priore loco AB Victorius* serunda *V* 8 serenda *posteriore loco PAB* serunda *v* 10 De solis cursu indescripto in partes anni quattuor et octo et de eis quaque parte in agro debeat fieri *PAB* Quot diuidatur mensibus et temporibus annus et in quibus quid seri oporteat ac colligi de agro seminata *v* 12 Quotenos dies habeat quodque tempus anni descripti (discripti *B*) in quattuor partes *PB* Quotenos dies habeat | Quodque tempus anni discripti in quatuor partes *A* Quot dies habeat quaelibet quarta pars anni et in quibus signis caeli intrent *v* 14 Primo interuallo *PAB*, *om. v . praetera* Primum interuallum inter fauonium et equinoctium uernum *rubro colore in margine adscripta sunt in A* 16 Secundo interuallo, *item in reliquis titulis* Tertio interuallo — Octauo interuallo *rubro colore scripta sunt in A, omissa in B.* Secundo interuallo, Tertio interuallo, Quarto interuallo *om. v, add. P* 19 VI idus Maias *posteriore loco om. A* 20 et solstitium] ad solstitium *VAB* 22 De pampinatione | Qualis sit capreolus in uite *P Victorius* De pampinatione qualis sit capreolus in uite *AB, om. v*

De pabulo secando

De inrigatione

Quarto intervallo inter solstitium, quod est ex VI Kal. Iulias in a. d. IIII idus Augustas, et caniculam, quae est ex a. d. III idus Augustas in a. d. V Kal. Octobres, quae fiant

De eis quae seri oporteat et quare legumina appellentur

Quinto intervallo inter caniculam, quae *est* a. d. III idus Augustas, et aequinoctium autumnale, quod est a. d. V Kal. Octobres, quae fieri oporteat

Sexto intervallo ab aequinoctio autumnali serere oportere usque ad brumam. medii sunt dies XCI. nec ante aequinoctium neque post brumam seri oportere. fabam optime seri in vergiliarum occasu VI idus Novembres. vindemiam fieri oportere inter aequinoctium autumnale V Kal. Octobres et vergiliarum occasum VI idus Novembres. deinde vites putari et propagari et seri poma frigidis locis vere

Septimo intervallo inter vergiliarum occasum V idus Novembres et brumam VIII Kal. Ianuarias quae fieri oporteat

Octavo intervallo inter brumam VIII Kal. Ianuarias et favonium V idus Februarias quae fieri oporteat

De lunaribus diebus

De altera temporum divisione coniuncta cum sole et luna et habenti sex partes

De stercore. stercilinum quo loco faciendum sit, in quo

---

2 irrigatione *B* 3 quod est ex VI Kal. Iulias] quod est Kal. iul. *B* 6 appellantur *A* 7 inter caniculam quae ad III idus augustas et aequinoctium *PAB* inter caniculam et aequinoctium *v* 8 autumnale *AB* auctunnale *P* auctunni *v* 9 oportet *A* 10 ab aequinoctio autumnali *B* ab aequinoctio auctũnali *V* ab equoctino auctũnale *A* 11 medii — 16 vere *om. v, add. P* et medii *B* nec ante *P Victorius* et nec ante *AB* 12 fabam *P Victorius* et fabam *AB* 13 .VI. dus nouembres *priore loco A* 14 equoctium *A* octubres *A* 18 oportet *A* 19 Inter brumam VIII Kl ianuarias | que fieri oporteat Inter brumam VIII Kl ianuarias et fabonium V idus febr. que oportent *A* fauonium *V* fabonium *B* 22 De altera — partes *om. v, add. P* coniucta con sole *A* 23 habentis sex *PAB* 24 De stercore sterquilinium quo (qui *A*) loco faciendum sit in quo medio si robusta materia sit (fit *ut videtur B*) depacta (dep···ata *A corr.* depacta *A*[2]) non nasci serpentem *AB Victorius* De stercore sterquilinum quo loco faciendum sit *P* De stercore et sterquilinio *v*

medio si robusta materia sit depacta, non nasci serpentem

Quattuor esse genera seminum, et quae quo tempore loco [ut] debeant seri

Quae sint genera seminum, et quem ad modum propagari debeant, et quibus temporibus quoque loco ponenda sint

De temporibus transferendorum surculorum, et quae sint post sationem observanda

De melica

De cytiso

Quoteni modii serantur in iugero fabae, tritici, hordei, farris

Sata quota quaeque die prodeant de terra

Ex quibus foliis cognosci possint anni tempora

Quem ad modum sata sint tuenda

Quae in spica sint vocabula et causae eorum

De fructibus maturis capiendis

De faenisicio et sicilitione pratorum

De messe et causa huius vocabuli, quare messis appellata sit quareve paleae appellatae sint

Aream qualem esse oporteat

In semen quem ad modum spicas secerni oporteat

Tritura quem ad modum fieri oporteat

De stipula

De vindemia facienda

De olea legenda

---

3 Quattuor esse genera seminum | Vt quae quo tempore | Loco ut debeant seri *A* 5 Quae si genera *A* 7 quae sint post sationem obseruanda *V* quae possint post sationem obseruanda *AB* 11 Quot enim modii serantur in iugero | Fabae | Tritici | Hordei | Farris *A* Quoteni modii serantur *P* Quot enim modis serantur *B* Quot modii seruntur *v* 13 cognosci possint | Anni tempora quemadmodum *A* 14 sint tuenda *AB Victorius* sunt tuenda *V* 15 spica] spicia *A* 17 fenisitio *A* foenisicio *VB* 18 apellata sit *priore loco A* 19 quareve] qr̄ *A* appellata sint *posteriore loco B* 21 spicas secerni oporteat | Tritura quemadmodum fieri oporteat | De stipula *Victorius et* de stipula *cum priore titulo coniunctum A* spicas secerni oporteat quemadmodum fieri oporteat tritura | De stipula *P* in spicas secerni oporteat tritura quemadmodum fieri oporteat De stipula *B* spicas secerni oporteat et de tritura | De stipula *v* 25 De oleo legenda *A*

De faeno condendo
De tritico condendo
De faba et leguminibus condendis
De uvis condendis
De pomis condendis
De olea condenda
De amurca condenda
De promendis frugibus tuendi causa
Quem ad modum frumentum promendum sit
De amurca tuenda et promenda
De vino promendo
De olea promenda
De nuce et palmula et fico promenda
De uvis et malis et sorbis pensilibus promendis
De farre promendo aut ad cibatum aut ad sationem aut ad vendundum

---

1 feno *A* foeno *VB* 9 K. quemadmodum frumentum *A* 10 tuenda ac promenda *B* 11 De vino promendo De olea promenda *om. A* 13 et fico promenda *P* et fico (foco *corr.* fico *A*) promendo *A Victorius, om. Bv* 14 sorbis *v* soruis *PAB* 15 aut acibatum aut asationem *A corr.* aut adcibatum aut adsationem A^2 16 uendundum *P Victorius* uendendum *ABv. Sequuntur in v indices capitulorum libri secundi et tertii.* Capita haec siue Tituli Alterius ac Tertii libri rusticarum rerum in uetustissimo codice desunt *in margine adscripsit P.* '*Inscriptionem trium M. Varronis librorum a me in optimis codicibus inuentam secutus sum. nam Indices, quibus declaratur, quid singulis partibus horum sermonum contineatur, non omnes ueteres sunt: Primi enim tantum libri in manu scriptis exemplaribus reperiuntur, et ii loco quo a me positi sunt collocati. Secundi, ac Tertii Indicum in iisdem uestigium nullum*' *Victorius*

M. TERENTI VARRONIS
RERVM RVSTICARVM DE AGRI CVLTVRA
LIBER PRIMVS

*Potius essem consecutus, Fundania, commodius tibi haec I scriberem, quae nunc, ut potero, exponam cogitans esse properandum, quod, ut dicitur, si est homo bulla, eo magis senex. annus enim octogesimus admonet me ut sarcinas conligam, antequam proficiscar e vita. quare, quoniam emisti fundum, quem 2 bene colendo fructuosum cum facere velis, meque ut id mihi habeam curare roges, experiar; et non solum, [ut] ipse quaad vivam, quid fieri oporteat ut te moneam, sed etiam post mortem. neque patiar Sibyllam non solum cecinisse quae, dum viveret, 3 prodessent hominibus, sed etiam quae cum perisset ipsa, et id etiam ignotissimis quoque hominibus; ad cuius libros tot annis post publice solemus redire, cum desideramus, quid faciendum sit nobis ex aliquo portento: me, ne dum vivo quidem, necessariis

---

1 M. TER. VARRONIS RERVM RVSTICARVM DE AGRICVLTVRA LIBER I *Victorius* MARCI TERENTII VARRONIS RERVM RVSTICARVM AD FVNDANIAM VXOREM LIBER. I PROLOGVS *V. sine inscriptione hoc loco AB* 4 P. OTIVS essem consecutus *P* Potius essem consecutus *Av* otius essem consecutus *B* Otium si essem consecutus *coniecit Politianus, edidit Iucundus* Fundania commodius *P* fundania et commodius *B* fundanie commodius, *ut videtur, sed deleta* e *littera A* Fundania et commodius si *v* 7 ottogesimus ammonet *B* sa[r]cinas *A* conligam *P* colligam *ABu* 9 cum facere *PAB* eum facere *mv* ut id] uti *Am* 10 ụṭ ipse *B* quaad *PB* quoad *Av*. '*In antiquissimo exemplari hic, et aliis locis passim* Quaad, *pro* Quoad, *ut in hoc libro [c. 49]*, Et quaad perarescat furcillis uersari. *In II capite II [11] Quaad refrigeratu aere uespertino. Paulo post: Et rursus pascunt quaad contenebrauit. Nec multo infra [15]: Quaad conualuerunt' Victorius* 12 paciar *A*

4 meis quod prosit facere. quocirca scribam tibi tres libros indices,
ad quos revertare, siqua in re quaeres, quem ad modum quidque
te in colendo oporteat facere. et quoniam, ut aiunt, dei facientes
adiuvant, prius invocabo eos, nec, ut Homerus et Ennius, Musas,
sed duodecim deos consentis; neque tamen eos urbanos, quorum
imagines ad forum auratae stant, sex mares et feminae totidem,
5 sed illos XII deos, qui maxime agricolarum duces sunt. primum,
qui omnis fructos agri culturae caelo et terra continent, Iovem
et Tellurem: itaque, quod ii parentes, magni dicuntur, Iuppiter
pater appellatur, Tellus terra mater. secundo Solem et Lunam,
quorum tempora observantur, cum quaedam seruntur et conduntur.
tertio Cererem et Liberum, quod horum fructus maxime necessarii
6 ad victum: ab his enim cibus et potio venit e fundo. quarto
Robigum ac Floram, quibus propitiis neque robigo frumenta
atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. itaque
publice Robigo feriae Robigalia, Florae ludi Floralia instituti.
item adveneror Minervam et Venerem, quarum unius procuratio
oliveti, alterius hortorum; quo nomine rustica Vinalia instituta.
nec non etiam precor Lympham ac Bonum Eventum, quoniam
sine aqua omnis arida ac misera agri cultura, sine successu ac
7 bono eventu frustratio est, non cultura. iis igitur deis ad venerationem advocatis, ego referam sermones eos quos de agri cultura habuimus nuper, ex quibus quid te facere oporteat animadvertere poteris. in quis quae non inerunt et quaeres, indicabo a quibus scriptoribus repetas et graecis et nostris.

---

2 reuertare *VB* reuertaris *A* 3 te intecolendo *A* 5 eos suburbanos *Am* 6 foeminae *V* 7 agricolarum *Av* agricularum *PB* 8 omnis fructos *P* oms fructos *A* omnes fructos *B* omnis fructus *v* 9 telurem *A* itaque quod ii parentes *B Victorius* itaque quod hi parentes *V* itaque quod $\overset{ii}{\text{duo}}$ parentes *A* itaque quod duo parentes *m* Iuppiter *V* iupiter *A* iuppiter *ut videtur corr.* iupiter *B* 10 tellus terra mater *AB Victorius* tellus uero mater *V* 11 obseruantur *V* obserbantur *B* obseruabantur *A* seruntur] seruantur *Am* 12 tercium *Am* necessarii *ABv* necessari *P* 14 neque robigo *VB* neque rubigo *A* 15 atque *ABv* adque *P* 17 mineruam aduenerор *A* $\overset{i}{\text{unus}}$ *A* 19 limpham *A* 20 miseria *A* sine successu] ac sine successu *B* 21 iis igitur *PB* is igitur *A* his igitur *v* 23 ad animaduertere *B* 25 repertas *ABm* reperias *V*. '*Optimi exemplaris diuersitas, locutionisque nouitas scrupulum mihi*

Qui graece scripserunt dispersim alius de alia re, sunt plus
quinquaginta. hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, cum 8
quid consulere voles, Hieron Siculus et Attalus Philometor: de
philosophis Democritus physicus, Xenophon Socraticus, Aristoteles
et Theophrastus peripatetici, Archytas Pythagoreus, item Amphi-
lochus Atheniensis, Anaxipolis Thasius, Apollodorus Lemnius,
Aristophanes Mallotes, Antigonus Cymaeus, Agathocles Chius,
Apollonius Pergamenus, Aristandros Atheniensis, Bacchius Milesius,
Bion Soleus, Chaeresteus et Chaereas Athenienses, Diodorus Prieneus,
Dion Colophonius, Diophanes Nicaeensis, Epigenes Rhodios, Euagon
Thasius, Euphronii duo, unus Atheniensis, *alter* Amphipolites,
Hegesias Maronites, Menandri duo, unus Prieneus, alter Heracleotes,
Nicesius Maronites, Pythion Rhodius. de reliquis, quorum quae 9
fuerit patria non accepi, sunt Androtion, Aeschrion, Aristomenes,
Athenagoras, Crates, Dadis, Dionysios, Euphiton, Euphorion,

---

1 Qui graece scripserunt *Colum. I 1, 7*

---

iniecerunt, ne aliquod hic mendum lateat: sed ne antiqua quidem scriptura omni labe uacat, Reperitas, *enim habet. Quare uideant eruditi, an* Repetas, *legendum sit' Victorius*

2 hi sunt *V* $\overset{h}{\text{ii}}$ sunt *A* ii sunt *B* hii sunt *m* conscilio *A* concilio *m* cum quid] conquid *A* 3 hyeron *B* 4 phisicus *AB* 5 Theophrastus *V* theophratus *AB* Archytas *P* arcytas *AB* Archias *v* pythagoreus *VB* pytagoreus *A* Amphilochus *P* amphylochus *AB* Amphilocus *v* 6 thasius *PAB* tharsius *v* 7 cymeus *PAB* cynicus *v* agathocles *AB* Agatocles *V* 8 Apollonius pergamenus *P* apollonius pergameneus *B* appollonius pergameneus *A*, *hoc loco om., sed supra* Anaxipolis tharsius Apollonius pergameneus *v* Bacchius *VB* bachius *A* 9 Chaeresteus *V* cheresteus *B* ceresteus *Am* Chaeristus *Plinius in indice auctorum l. 17. 18* Chrestus *Columella I 1, 8* Chaereas *V* chereas *AB* prieneus *Am* priēnaeus *V* prienneus *B* 10 nicęensis *PB* niceensis *A* nicensis *v* rhodios *PB* rodios *A* rhodius *v* euagon tasius *VB* euagor tasius *Am* 11 euphranii *VAB* euphronius *Plinius et Columella* atheniensis alter amphipolites *v* atheniensis amphipolites *PAB* 12 hegesias *PB* egesias *Am* Aegesias *v* priēnaeus *V* prieneis *A* prienneis *B* prienneus *m* heracleothes *A* 13 rodius *A* 14 ęschrion *PB* eschrion *A* Aescharion *v* Dadis] dandis *Columellae codex Sangermanensis* Dionysios *P* dyonisyos *A* dyonisios *B* Dionysius *v* Euphiton] eyheton *Columellae codex Sangermanensis* Euphorion *v* eophorion *PAB*

Eubulus, Lysimachus, Mnaseas, Menestratus, Plentiphanes, Persis, Theophilus. hi quos dixi omnes soluta oratione scripserunt; easdem res etiam quidam versibus, ut Hesiodus Ascraeus, Mene-
10 crates Ephesius. hos nobilitate Mago Carthaginiensis praeteriit, poenica lingua quod res dispersas conprendit libris XXIIX, quos Cassius Dionysius Uticensis vertit libris XX ac graeca lingua Sextilio praetori misit: in quae volumina de graecis libris eorum quos dixi adiecit non pauca et de Magonis dempsit instar librorum VIII. hosce ipsos utiliter ad VI libros redegit Diophanes in
11 Bithynia et misit Deiotaro regi. quo brevius de ea re conor tribus libris exponere, uno de agri cultura, altero de re pecuaria, tertio de villaticis pastionibus, hoc libro circumcisis rebus, quae non arbitror pertinere ad agri culturam. itaque prius ostendam, quae secerni oporteat ab ea, tum de his rebus dicam sequens naturales divisiones. ea erunt ex radicibus trinis, et quae ipse in meis fundis colendo animadverti, et quae legi, et quae a peritis audii.

II Sementivis feriis in aedem Telluris veneram rogatus ab aeditimo, ut dicere didicimus a patribus nostris, ut corrigimur a recentibus urbanis, ab aedituo. offendi ibi C. Fundanium,

---

1 eubulus *P* eubolus *AB* creobolus *v* eybulus *Columellae codex Sangermanensis* plentiphanes *PA* plenthiphanes *B* pleutephanes *v* euanthipanes *Columellae codex Sangermanensis* 3 quidam] quidem *B* ascreus *VAB* menecrathes *B* 4 nobilitate *P* nobilitatē *AB* nobilitatos *v* carthaginiensis *P* carthaginensis *Bv* cartaginensis *A* 5 poenica *v* phoenica *PAB* quod] *fortasse* qui comprendit *PB* comprehendit *mv* cumprehendit *A* 6 Dionysius *V* dionisius *A* dyonisius *B* ac graeca *PB* agreca *Am* graeca *v* 7 graecis] gręgis *B* 9 ad VI libros *PB* ad sexto libros *A* ad sex libros *v* 10 bit[h]ynia *A* 12 tercio *A* uilaticis *A* circuncisis *V* 14 de his *VB* de is *A* de eis *m* 17 audii *PA* audiui *B* audiui *v*

18 Sementivis] Disstantia | agriculturā et | pecuariā | et uillaticā | pastionē *in margine rubrica A* Sementiuis *AB* Sementinis *Vm* 'Sementiuis feriis etc. *Ita semper scriptum in his libris inueni: nam paulo item post*, *Num feriae sementiuae, apud Catonem etiam, [c. 7, 4.] Pira Volema, Anitiana, et Sementiua' Victorius* in aedem feriis *A* 19 aeditimo *priore loco VB* edituno *A* aedituo *m* 20 ab recentibus *B* offendi *VB* inueni offendi *A* Inneni offendi *m* ibi *om. B* fundan[i]um *B*

socerum meum, et C. Agrium equitem R. Socraticum et P. Agrasium publicanum spectantes in pariete pictam Italiam. Quid vos hic? inquam, num feriae sementivae otiosos huc adduxerunt, ut patres et avos solebant nostros? Nos vero, inquit Agrius, ut arbitror, 2 eadem [de] causa quae te, rogatio aeditimi. itaque si ita est, ut adnuis, morere oportet nobiscum, dum ille revertatur. nam accersitus ab aedile, cuius procuratio huius templi est, nondum rediit et nos uti expectaremus se reliquit qui rogaret. Voltis igitur interea vetus proverbium, quod est 'Romanus sedendo vincit', usurpemus, dum ille venit? Sane, inquit Agrius et simul cogitans portam itineri dici longissimam esse ad subsellia sequentibus nobis procedit.

Cum consedissemus, Agrasius, Vos, qui multas perambulastis 3 terras, ecquam cultiorem Italia vidistis, inquit? Ego vero, Agrius, nullam arbitror esse quae tam tota sit culta. primum cum orbis terrae divisus sit in duas partes ab Eratosthene maxume secundum naturam, ad meridiem versus et ad septemtriones, et sine 4 dubio quoniam salubrior pars septemtrionalis est quam meridiana, et quae salubriora, illa fructuosiora, dicendum ibique Italiam, magis

---

1 socer^{rum}meum *A* agrium *mv* acrium *PAB* equitem R *B Victorius* equitem R romanum *A* equitem romanum *V* socratium *A* 3 sementiuae *AB* sementinae *Vm* adduxerunt *AB Victorius* adduxere *V* 5 eadem de c^{u}asa *A*. de *omisit Iucundus* que te ^{a}rogatio *A* aeditimi *V* aedituum *B* editui *Am* 6 annuis *VAB* morere *VB* morr^{a}e *A* morari *m* morare *v* 7 nondum *AB* nundum *V* 8 uti expectaremus *P* ut expectaremus *ABv* uoltis *A* uultis *VB* 9 int$\bar{r}$^{e}a *A* 10 inquit *VB* inquid *A* 11 longissima *A* no sequentibus^{nobis} procedit *B* 13 consedisemus *A* Agrasius *PB* agrassius *A* Agrius *v* quid multas *A* 14 ecquam *Victorius* et quam *PAB* quam *v* italiam *B* inquit *Bv* inquid *PA* ego uero agrius *VAB* ego uero inquit agrius *A²m* 15 primum] De fertilitatę Italie *in margine rubrica A* 16 aberatos t^{h}ene *A* ab eratosthenę *B* ab Erathostene *V* maxume *PB* maxime *Av* 17 meredie m *B* ad septemtrionēs *A* ad septemtriones (*corr.* septentr.) *B* ad septentriones *V* ad septentrionem *m* 18 pars septētrionalis *AB*. pars septentrionalis *P* pars septentrionis *v* merediana *corr.* merid. *A* 19 quae salubriora illa fructuosiora *PAB* quae salubrior illa fructuosior *mv* dicendum

eam fuisse opportunam ad colendum quam Asiam, primum quod est in Europa, secundo quod haec temperatior pars quam interior. nam intus paene sempiternae hiemes, neque mirum, quod sunt regiones inter circulum septemtrionalem et inter cardinem caeli, ubi sol etiam sex mensibus continuis non videtur. itaque in oceano in ea parte ne navigari quidem posse dicunt propter mare
5 congelatum. Fundanius, Em ibi tu quidquam nasci putes posse aut coli natum? verum enim est illud Pacuvi, 'sol si perpetuo sit aut nox, flammeo vapore' aut frigore terrae fructos omnis interire. ego hic, ubi nox et dies modice redit et abit, tamen, aestivom diem si non diffinderem meo insiticio somno meridie,
6 vivere non possem. illic in semenstri die aut nocte quem ad modum quicquam seri aut alescere aut meti possit? contra quid in Italia utensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium fit? quod far conferam Campano? quod triticum Apulo? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro? non arboribus con-

---

Ibiq; italiam *A* dicendum ibique italiam ∾ *B* dicenda ibique italiam *V*. *fortasse* dicendum, ibi quod Italia 1 opportunam *v* oportunam *PAB* 2 quod est in europa *Bm* quod est europa *VA* 3 pene *V* hyemes *V* 4 septemtrionalem *A* septentrionalem *VB* 6 occeano *B* 7 em ibi tu *Victorius* emobitu *AB* Emobi tu *et in margine* in antiquo glossa nom̄ Loci *P* Eo ibi tu *v* quidquam *AB* quicquam *V* putas *Iucundus* 8 illud Paculi *PB* illud piaculi *Am* illud Pacuuii *v*. *post* illud *in margine minore scriptura sed eadem manu adscriptum est* nom̄ loci *A* 9 flammeo *B* flameo *Am* flammineo *V* fructos om̄s *PAB* fructus omnis *v* 10 abit] habit *A* 11 aestiuo die *VAB* aestiuum diem *Ursinus* diffinderem *PB* difinderem *A* diffiderem *v* · c' Si non diffinderem meo insiticio somnum meridie uiuere non *in margine adscripsit P*. 'Si non diffinderem meo insititio somno meridie. *Hic locus turpiter foedatus erat in omnibus excusis libris: nos in manu scriptis antiquioribus pene integrum inuenimus: hoc tantum in illis uitii erat, quod* Sumnu, *pro somno scriptum erat: quam maculam dum tollere uoluerunt sinistri quidam emendatores, magis locum inquinarunt' Victorius* meo insiticiosum numeri die (diem, *sed deleto* m *A*) *PAB* meo insiciosū muneri diem *m* in eo insiticiosum muneri die *v* 12 possem *m Iucundus* possim *v* possum *PAB* semenstri *PAB* semestri *v* 13 quicquam *hoc loco VAB* posit *A* 14 in italiā *A* egregium fit *AB Victorius* egregium sit *V* 15 campano *V* cāpāno *A* campauno *B* apulo *AB* appulo *V* 16 uenafro *VA* uenefrano *B*

sita Italia, ut tota pomarium videatur? an Phrygia magis vitibus 7 cooperta, quam Homerus appellat *ἀμπελόεσσαν*, quam haec? aut Argos, quod idem poeta *πολύπυρον*? in qua terra iugerum unum denos et quinos denos culleos fert vini, quod quaedam in Italia regiones? an non M. Cato scribit in libro Originum sic, 'ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium. in eo agro aliquodfariam in singula iugera dena cullea vini fiunt'? nonne item in agro Faventino, a quo ibi trecenariae appellantur vites, quod iugerum trecenas amphoras reddat? Simul aspicit me, Certe, inquit, Libo Marcius, praefectus fabrum tuos, in fundo suo Faventiae hanc multitudinem dicebat suas reddere vites. duo in primis spectasse videntur 8 Italici homines colendo, possentne fructus pro inpensa ac labore redire et utrum saluber locus esset an non. quorum si alterutrum decolat et nihilo minus quis vult colere, mente est captus atque ad agnatos et gentiles est deducendus. nemo enim sanus debet velle inpensam ac sumptum facere in cultura, si videt non posse refici, nec si potest reficere fructus, si videt eos fore ut pestilentia dispereant. sed, opinor, qui haec commodius ostendere 9

---

5 an non M. Cato *Plin. 14, 52 Colum. III 3, 2 . 9, 3 geopon. V 17, 9* 7 in singula iugera *Non. p. 197, 22* 12 duo in primis spectasse *Colum. I 3, 1*

---

1 italia ut *PA* italia est ut *Bv* phrygia *v* phrygea *PB* phyrigea *A* 2 appellat *ἀμπελόεσσαν P* appellatā peloescam *A* appellat ampeloessam *B* appellat *αμπελόεστα v* 3 Argos] agros *Am* *πολύπυρον V* polipirom *A* polypiron *B* 4 culleos *PB* culleo *A* culeos *v*
6 callicus *A* 'Qui uiritim cis Ariminum datus est. *Sic locum castigauimus. Antiqua lectio*, Caesarem inundatus est' *Victorius* uiriditim *A* Cesarem Inundatus · c'. Cis Aremin. datus *P* cesarē (caesarem *B*) inundatus *AB* Caesare iubente datus *v* 7 picentium *AB Victorius* picenum *V* 8 cullea *PAB* culea *v* no^{ne}nitem *B*
9 trecenariae *Ursinus* tricinariae *PAB* tricenariae *v* apellantur *A* trecenas *Ursinus* tricenas *VAB* 10 inquit *VB* inquid *A* Martius *VAB* 13 italici *VA* ita dici *et in margine* italici *B* impensa *VAB* 14 redire *PB* redire *corr.* reddere *A* reddere *mv* 15 decolat *PAB* decollat *v* nichilo *A* 16 atque *Bv* adque *PA* ad agnatos *Amv et* a *post* ad *in rasura B* adgnatos *P* est^{de}ducendus *B* sanus *AB Victorius* sanus mente *V* 17 inpensam *A* impensam *VB* in cultura *VB* in culturam *Am* 19 comodius *A*

possint adsunt. nam C. Licinium Stolonem et Cn. Tremelium Scrofam video venire: unum, cuius maiores de modo agri legem tulerunt (nam Stolonis illa lex, quae vetat plus D iugera habere civem R.), et qui propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores, e radicibus quae nascerentur e solo, quos stolones appellabant. eiusdem gentis C. Licinius, tr. pl. cum esset, post reges exactos annis CCCLXV primus populum ad leges accipiendas in septem iugera forensia e comitio
10 eduxit. alterum collegam tuum, viginti virum qui fuit ad agros dividendos Campanos, video huc venire, Cn. Tremelium Scrofam, virum omnibus virtutibus politum, qui de agri cultura Romanus peritissimus existimatur. An non iure? inquam. fundi enim eius propter culturam iucundiore spectaculo sunt multis, quam regie polita aedificia aliorum, cum huius spectatum veniant villas, non, ut apud Lucullum, ut videant pinacothecas, sed oporothecas. huiusce, inquam, pomarii summa sacra via, ubi poma veneunt contra aurum, imago.

11 Illi interea ad nos, et Stolo, Num cena comessa, inquit, venimus? nam non L. videmus Fundilium, qui nos advocavit. Bono animo este, inquit Agrius. nam non modo ovom illut

---

4 Stolonum confirmavit cognomen *Plin. 17, 7*
19 cena comessa *Diom. p. 387, 7*

---

2 scropham *A* modo] domo *Am* 4 ciuem R *AB Victorius* ciuem romanum *V* 7 stolones appellabant] *in margine* Stolones id est μοσχήματα *B* 8 primus] primū *A* 11 huc *Bv* hunc *A* hunc, *sed deleto* n *P* 12 omnibus] hom̄inibus *A* 13 enim *superscriptum in B* 14 iucundiore *V* iucondiore *corr.* iocondiore *A* iocundiore *B* 16 luculum *A* set oporothecas *in margine scriptum in A*

18 contra aurum imago *PB* contra aurū in mago *A* contra aurea imago *v.* '*Optimus omnium codex hac parte mendosus est, sic enim in illo,* Contra aurum imago' *Victorius*

19 ad nos *A Victorius et superscripto* ad *B* ad uos *V* stolonum cena *AB* stolonum coena *P* stolonem coena *v* comessa *P* com messa *A* cōmessa *B* comesa *v* inquit *VB* inquid *A* 21 este *v* estis *PAB* inquit *VB* inquid *A* agrius *v* acrius *PAB* ouom *coniecit Politianus* cum *VAB.* 'Nam non modo ouum illud. *Antiqua lectio,* Nam non modo cum illud . *Ouum castigauimus, ex his quae sequuntur' Victorius* illut *P* illud *ABv*

sublatum est, quod ludis circensibus novissimi curriculi finem
facit quadrigis, sed ne illud quidem ovom vidimus, quod in cenali
pompa solet esse primum. itaque dum id nobiscum una videatis 12
ac venit aeditumus, docete nos, agri cultura quam summam habeat,
utilitatemne an voluptatem an utrumque. ad te enim rudem esse
agri culturae nunc, olim ad Stolonem fuisse dicunt. Scrofa,
Prius, inquit, discernendum, utrum quae serantur in agro, ea sola
sint in cultura, an etiam quae inducantur in rura, ut oves et
armenta. video enim, qui de agri cultura scripserunt et poenice 13
et graece et latine, latius vagatos, quam oportuerit. Ego vero,
inquit Stolo, eos non in omni re imitandos arbitror et eo melius
fecisse quosdam, qui minore pomerio finierunt exclusis partibus
quae non pertinent ad hanc rem. quare tota pastio, quae con-
iungitur a plerisque cum agri cultura, magis ad pastorem quam
ad agricolam pertinere videtur. quocirca principes qui utrique 14
rei praeponuntur vocabulis quoque sunt diversi, quod unus voca-
tur vilicus, alter magister pecoris. vilicus agri colendi causa
constitutus atque appellatus a villa, quod ab eo in eam conve-
huntur fructus et evehuntur, cum veneunt. a quo rustici etiam
nunc quoque viam veham appellant propter vecturas et vellam,
non villam, quo vehunt et unde vehunt. item dicuntur qui
vecturis vivunt velaturam facere. Certe, inquit Fundanius, aliut 15
pastio et aliut agri cultura, sed adfinis et ut dextra tibia alia

---

1 circensibus *v* circiensibus *PAB* curriculi *V* curiculi *A* circuli curriculi *B* 2 ouom uidimus *VA* ouo inuidimus *B* 3 uideatis *VAB* al. tractaremus *in margine adscriptum est in B* 4 ac uenit *P* aduenit *AB* aduenietque *v* . *fortasse* ac veniat editumus *PAB* editimus *v* 5 an uoluptutatem *B* utrunque *VB* 6 scropha *A* 7 inquit *VB* inquid *A* 11 inquit *VB* inquid *A* inmitandos *A* ĩmutandos *m* 12 patribus *A* 13 tota partitio pastio *B* 14 ad pastorem] appastorem *A* 17 uilicus *utroque loco PA* uillicus *utroque Bv* 18 ab eo] habeo *sed deleto* h *A* 19 cum veneunt] conueneunt *A* conueniunt *m* 20 uiam ueham appellant *VB* uiamuiā ueam appellant *A* uiam ueam appellant *Victorius* uiam mea causa meam appellant *m* 21 non villam] nouellam *Am corr.* nouillam *A*[2] unde euehunt *Ursinus* 22 uelaturam *AB* uellaturam *Vm* inquit *VB* inquid *A* aliut *utroque loco P* aliud *utroque ABv* 23 pastio set *corr.* pastio et *A* agrigcultura *corr.* agric — *A* adfinis *PB* afinis *A* affinis *v*

quam sinistra, ita ut tamen sit quodam modo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva.
16 Et quidem licet adicias, inquam, pastorum vitam esse incentivam, agricolarum succentivam auctore doctissimo homine Dicaearcho, qui Graeciae vita qualis fuerit ab initio nobis ita ostendit, ut superioribus temporibus fuisse doceat, cum homines pastoriciam vitam agerent neque scirent etiam arare terram aut serere arbores aut putare; ab iis inferiore gradu aetatis susceptam agri culturam. quocirca ei succinit pastorali [L], quod est inferior, ut tibia
17 sinistra a dextrae foraminibus. Agrius, Tu, inquit, tibicen non solum adimis domino pecus, sed etiam servis peculium, quibus domini dant ut pascant, atque etiam leges colonicas tollis, in quibus scribimus, colonus in agro surculario ne capra natum pascat: quas etiam astrologia in caelum recepit, non longe ab
18 tauro. Cui Fundanius, Vide, inquit, ne, Agri, istuc sit ab hoc, cum in legibus etiam scribatur 'pecus quoddam'. quaedam enim pecudes culturae sunt inimicae ac veneno, ut istae, quas dixi, caprae. eae enim omnia novella sata carpendo corrumpunt, non
19 minimum vites atque oleas. itaque propterea institutum diversa de causa ut ex caprino genere ad alii dei aram hostia adduceretur, ad alii non sacrificaretur, cum ab eodem odio alter videre

13 colonus in agro *II, 3 7*

1 quodamodo cun (*corr.* con) iuncta *A* 3 addicias *Am* 4 autore *B* dicearcho *VAB* 6 temporibus *om. A* docent *Am*

7 arare *Amv* arari *PB* 8 p$\overset{v}{o}$tare *B* 9 ei succinit pastorali·L·*P* ei succinit pastorali·l·*AB* ei succinit pastoralis *v* ea succinit pastorali *Ursinus* 10 a dextrae *VB* addextre *A* agrius *mv* acrius *PAB* inquit *VB* inquid *A* 11 addimis *A* 12 atque *v* adque *PA* ad quae *B* 13 'Colonus in agro surculario ne capra natum pascat. *Ita emendaui ex uetusto codice, et ex illo loco libri II [3, 7]* Ne *colonus capra natum in fundo pascat. Nam ueteres libri aliquantulum deprauati, sic enim habent,* Ne capra tum pascat. *Prima igitur syllaba huius uerbi* Natum, *defecerat' Victorius* necapratum pascat *PAB* ne capras cum pascat *m* ne capras compascat *v* 14 ab tauro *VA* a tauro *B* 15 inquit *VB* inquid *A* Agri ne *Ursinus* 16 quaedam *superscriptum in A* 17 dixisti *Iucundus* 18 caprae] capere *A* eę enim *PB* hec enim *Am* hae enim *v* 19 atque *VB* adque *A* 20 ut ex caprino *Bv* ut é caprino *ut videtur P* ut caprino *Am* hostiā *corr.* — a *A*

nollet, alter etiam videre pereuntem vellet. sic factum ut Libero
patri, repertori vitis, hirci inmolarentur, proinde ut capite darent
poenas; contra ut Minervae caprini generis nihil inmolarent
propter oleam, quod eam quam laeserit fieri dicunt sterilem: eius
enim salivam esse fructuis venenum [L]: hoc nomine etiam Athenis 20
in arcem non inigi, praeterquam semel ad necessarium sacrificium,
ne arbor olea, quae primum dicitur ibi nata, a capra tangi possit.
[Nec] nullae, inquam, pecudes agri culturae sunt propriae, nisi quae
agrum opere, quo cultior sit, adiuvare, ut eae quae iunctae arare
possunt. Agrasius, Si istuc ita est, inquit, quo modo pecus 21
removeri potest ab agro, cum stercus, quod plurimum prodest,
greges pecorum ministrent? Sic, inquit Agrius, venalium greges
dicemus agri culturam esse, si propter istam rem habendum
statuerimus. sed error hinc, quod pecus in agro esse potest et
fructus in eo agro ferre, quod non sequendum. nam sic etiam
res aliae diversae ab agro erunt adsumendae, ut si habet plures
in fundo textores atque institutos histonas, sic alios artifices.

Scrofa, Diiungamus igitur, inquit, pastionem a cultura, et
siquis quid vult aliud aliud. Anne ego, inquam, sequar Saserna- 22
rum patris et fili libros ac magis putem pertinere, figilinas quem
ad modum exerceri oporteat, quam argenti fodinas aut alia [et

4 propter oleam *Plin. 15, 34. 17, 237* eius enim salivam *Non. p. 491, 9*

1 pereumtē *A* 2 hirci *v* irci *PAB* immolarentur *VB* imolarentur *A* 3 penas *A* nichil *A* immolarent *VAB* 4 laeserit *VB* laeserint *A* laeserunt *m* 5 fructuis *VB* fructus *Am* 6 inigi *PAB* iungi *v* inigi *in margine adscripsit P.* '*Inigi, quemadmodum est in antiquis libris, scripsi*' *Victorius* 7 caprea *A* 8 nec nullae *PAB* nec ullae *v.* ne nullae — sint propriae *m* 10 possunt *PB* possint *Av* istuc *Vm* iustu *corr.* istud *A* istud *B* 12 inquit *VB* inquid *posteriore loco A* 16 res *superscriptum in A* adsumendae *AB* assumendae *V* si habet *PAB* si habeas *v* 17 histonas *PB* histonas *corr.* histocos *A* histona *m* histrionas *v* 18 inquit *VB* inquid *A* 19 aliud aliud anne *PAB* aliud an *v* 20 fili *B* filii *VA* 21 aut aliā et aliā et alia quae *P* aut alia; et aliā et alia metalla quae *B* aut alius et aliam et aliaque [alia] *A* aut alius et aliam alia metalla quae *m* aut alia metalla quae *v.* '*Veteres libri hac parte inquinati,* Aliam et aliam et alia: *castigauimus, Alia, et alia metalla*' *Victorius*

23 alia] metalla, quae sine dubio in aliquo agro fiunt? sed ut neque lapidicinae neque harenariae ad agri culturam pertinent, sic figilinae. neque ideo non in quo agro idoneae possunt esse [non] exercendae, atque ex is capiendi fructus: ut etiam, si ager secundum viam et opportunus viatoribus locus, aedificandae tabernae devorsoriae, quae tamen, quamvis sint fructuosae, nihilo magis sunt agri culturae partes. non enim, siquid propter agrum aut etiam in agro profectus domino, agri culturae acceptum referre debet, sed id modo quod [nec] satione terra sit natum ad fruendum.
24 Suscipit Stolo, Tu, inquit, invides tanto scriptori et obstrigillandi causa figlinas reprehendis, cum praeclara quaedam, ne laudes,
25 praetermittas, quae ad agri culturam vehementer pertineant. Cum subrisisset Scrofa, quod non ignorabat libros et despiciebat, et Agrasius se scire modo putaret ac Stolonem rogasset ut diceret, coepit: Scribit cimices quem ad modum interfici oporteat his verbis, 'cucumerem anguinum condito in aquam eamque infundito quo voles, nulli accedent; vel fel bubulum cum aceto mixtum,
26 unguito lectum'. Fundanius aspicit ad Scrofam, Et tamen verum dicit, inquit, hic, ut hoc scripserit in agri cultura. Ille, Tam hercle quam hoc, siquem glabrum facere velis, quod iubet ranam luridam coicere in aquam, usque qua ad tertiam partem decoxeris, eoque unguere corpus. Ego, Quod magis, inquam, pertineat ad Fundani valetudinem [et] in eo libro, est satius dicas: nam

10 Tu inquit invides *Non. p. 147, 10*

1 fiunt *VB* fiant *Am* 2 harenariae *B* arenariae *VA* 3 possunt *B Victorius* pos | possunt *A* possint *V* non *posteriore loco inclusit Gesnerus* exercede *A* 4 exis *AB* ex iis *V* capiende *corr.* — di *A* 5 opportunus *V* oportunus *AB* deuorsorie *A* diuersoriae *VB* 6 nichilo *AB* 7 si quis *Iucundus* 9. quod ex satione *coniecit Victorius* 10 inquit *VB* inquid *A* obstrigillandi *Bm Victorius* obstrigillando *A corr.* — di A^2 obstrigilandi *V* 11 figlinas *PA* fig(i)linas *B* figilinas *v* ne laudes *VAB* nedum laudes A^2m 13 ignorabam *A corr.* — at A^2 14 putarem *A corr.* — et A^2 15 cepit *A* 17 fel(bu)bulum *B* acceto *A* 19 inquit *VB* inquid *A* 20 hercle *Bv* ercle *PA* 21 coicere in aquam *B* coicere inq(a)uā *A* (al. coquere al. aquam) coicere inquam *B* coniicere in aquam *v* terciam *A* 23 fundanii *VAB* ualetudinem *PA* ualitudinem *Bv* dicas *AB* dicam *Vm* nam huiusce *AB Victorius* nam et huiusce *V*

huiusce pedes solent dolere, in fronte contrahere rugas. Dic 27
sodes, inquit Fundanius: nam malo de meis pedibus audire, quam
quem ad modum pedes betaceos seri oporteat. Stolo subridens,
Dicam, inquit, eisdem quibus ille verbis scripsit vel Tarquennam
audivi; cum homini pedes dolere coepissent, qui tui meminisset,
ei mederi posse. ego tui memini, medere meis pedibus, 'terra
pestem teneto, salus hic maneto in meis pedibus'. hoc ter
noviens cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare.
Multa, inquam, item alia miracula apud Sasernas invenies, quae 28
omnia sunt diversa ab agri cultura et ideo repudianda. Quasi
vero, inquam, non apud ceteros quoque scriptores talia reperiantur.
an non in magni illius Catonis libro, qui de agri cultura est
editus, scripta sunt permulta similia, ut haec, quem ad modum
placentam facere oporteat, quo pacto libum, qua ratione pernas
sallere? Illud non dicis, inquit Agrius, quod scribit, 'si velis in
convivio multum bibere cenareque libenter, ante esse oportet
brassicam crudam ex aceto aliqua folia quinque'.

Igitur, inquit Agrasius, quae diiungenda essent a cultura III
cuius modi sint, quoniam discretum, de iis rebus quae [in] scientia

---

5 cum homini pedes dolere coepissent *Plin. 28, 21* 15 si velis in convivio *Cat. de agri cult. 156, 2*

---

1 in fronte *bis scriptum, sed posteriore loco deletum est in A* contraere *A* 2 inquit *VB* inquid *A* 4 inquit *VB* inquid *A* tarquennam *PAB* tantum quae iam *v.* 'Vel Tarquennam audiui. *Vetus haec est lectio. Tarquenna nomen, ut arbitror, proprium anagnostae' Victorius* 5 cepissent *A* 8 nouies *V* nobiens *corr.* nobies *A* al. nouies nobiens *B* nobes nouies *m* iubet] lubet *B* despuere *Iucundus* dispuere *VAB* 9 multa inquit *Gesnerus* 11 caeteros *V* 15 sallere *PAB* salire *v* inquit *VB* inquid *A* 16 coenareque *V* 17 aliqua] alia *A* alia uel aliqua *m*

18 inquit *VB* inquid *A* agrasius *VA* agrius *B* 19 discretum stolo cum aspexisset scrofam tu inquit (inquid *A*) et aetate et honore et scientia quod praestas (quod p̄ras *A*) dicere debes ille non grauatus de iis rebus quae inscientia sit incolendo nos docet ars id an quid aliud et a quibus carceribus decurrat admetas (admetat *A corr., ut videtur*, admetā *A*²) primum inquit (inquid *A*) *PAB* discretum. Stolon : cum aspexisset Scrofam inquit : et aetate et honore et scientia qua praestas : dicere debes. Ille non grauatus. De iis rebus : quae in scientia sint : quod in colendo nos docet : ars

sit in colendo nos docete, ars id an quid aliud, et a quibus
carceribus decurrat ad metas. Stolo cum aspexisset Scrofam,
Tu, inquit, et aetate et honore et scientia quod praestas, dicere
debes. Ille non gravatus, Primum, inquit, non modo est ars, sed
etiam necessaria ac magna; eaque est scientia, quae sint in quo-
que agro serenda ac facienda, quaeque terra maximos perpetuo
IIII reddat fructus. eius principia sunt eadem, quae mundi esse
Ennius scribit, aqua, terra, anima et sol. haec enim cognoscenda,
priusquam iacias semina, quod initium fructuum oritur. hinc
profecti agricolae ad duas metas dirigere debent, ad utilitatem
et voluptatem. utilitas quaerit fructum, voluptas delectationem:
2 priores partes agit quod utile est, quam quod delectat. nec non
ea quae faciunt cultura honestiorem agrum, pleraque non solum
fructuosiorem eadem faciunt, ut cum in ordinem sunt consita
arbusta atque oliveta, sed etiam vendibiliorem atque adiciunt ad
fundi pretium. nemo enim eadem utilitati non formosius quod
3 est emere mavult pluris, quam si est fructuosus turpis. utilissi-
mus autem is ager qui salubrior est quam alii, quod ibi fructus
certus; contra quod in pestilenti calamitas, quamvis in feraci
agro, colonum ad fructus pervenire non patitur. etenim ubi
ratio cum orco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed
etiam colentium vita. quare ubi salubritas non est, cultura non

---

19 contra quod in pestilenti *Colum. I 3, 2*

---

sit. An quid aliud : et a quibus carceribus decurrat ad metas? Primum inquit *v* discretum de iis rebus dicendum, quae scientia sit, et quid in colendo nos docet, ars an sit, an quid aliud, et a quibus carceribus decurrat ad metas . Stolo cum aspexisset Scrofam, Tu inquit, et aetate, et honore, et scientia quod praestas, dicere debes. Ille non grauatus, Primum inquit *Iucundus* 4 ars est *corr.* est ars *B* 6 serenda ac facienda *AB* serenda et facienda *P* serunda et faciunda *v* serunda ac faciunda *Victorius* quaeque terra *v* quaeque ṇ terra *B* quae aqua terra *P* que terra *Am* 8 anima et sol *ABv* anima sol *P* 12 non ẹ ea *B* 14 fructuosiora eadem *PAB* fructuosiorem eundem *v* in ordine *Am* consista *A* 15 atque *VB* adque *posteriore loco A* addiciunt *B* 16 utilitati *PAB* utilitate *v* 18 autem] aut *Am* 20 patiatur *corr.* patitur *A* 21 orco *P* orcho *B* orcho *vel* orbo, *ut videtur, A* orto *m* horco *v* 22 ubi salubritas — vitae *in margine scripta in A*

aliud est atque alea domini vitae ac rei familiaris. nec haec non 4
deminuitur scientia. ita enim salubritas, quae ducitur e caelo
ac terra, non est in nostra potestate, sed in naturae, ut tamen
multum sit in nobis, quo graviora quae sunt ea diligentia leviora
facere possimus. etenim si propter terram aut aquam odore,
quem aliquo loco eructat, pestilentior est fundus, aut propter
caeli regionem ager calidior sit, aut ventus non bonus flet, haec
vitia emendari solent domini scientia ac sumptu, quod permagni
interest, ube sint positae villae, quantae sint, quo spectent porti-
cibus, ostiis ac fenestris. an non ille Hippocrates medicus in 5
magna pestilentia non unum agrum, sed multa oppida scientia
servavit? sed quid ego illum voco ad testimonium? non hic
Varro noster, cum Corcyrae esset exercitus ac classis et omnes
domus repletae essent aegrotis ac funeribus, inmissis fenestris
novis aquilone et obstructis pestilentibus ianuaque permutata
ceteraque eius generis diligentia suos comites ac familiam inco-
lumes reduxit?

Sed quoniam agri culturae quod esset [id] initium et finis V
dixi, relinquitur quot partes ea disciplina habeat ut sit videndum.
Equidem innumerabiles mihi videntur, inquit Agrius, cum lego
libros Theophrasti conplures, qui inscribuntur *φυτῶν ἱστορίας* et
alteri *φυτικῶν αἰτίων*. Stolo, Isti, inquit, libri non tam idonei 2

---

1 alea *v* alia *PAB* 2 ducitur *v* dicitur *PAB* 5 odorem *PAB* odoremue *v* 6 aliquo] alico *A* 7 calidior sit *VB* calidior fit *A*

flet *v* fiet *PAB* 8 quod $\overset{per}{\text{magni}}$ *A* 9 ube *P* ube *corr.* ubi *A* ubi *B* uti bene *v* spectent *v* spectant *PAB* 10 ostiis *V* hostiis *A* hoostiis *B* 11 scientia *superscriptum in A* 12 quid ego uoco *A* *corr.* quid eum ego uoco A^2 13 ac classis *AB* et classis *V* 14 aegrotis essent *corr.* essent aegrotis *B* inmissis *A* immissis *PB* immisso *v* 15 nouis ẹṭ ọḷ aquilonę 16 caeteraque *V*

18 Sed quoniam] De partibus *in margine rubrica A* quod esset initium *Iucundus* inicium *A* et finis *VA* ac finis *B* 19 quot partes *v* quod partes *P* quod patres *corr.* quod partes *A* quoḍ partes *B* 20 michi *B* inquit *VB* inquid *A* 21 theophrati *A* complures *VAB* phyton historias et alteri physicon aetion *VB* phiton hystorias et alteri phisicon aetion *A*. 'Qui inscribuntur *φυτῶν ἱστορίας*. Et alteri *φυτικῶν αἰτιῶν*. *Vetus haec est lectio, ne parum quidem a nobis immutata' Victorius* 22 stolon isti *VAB* inquit *VB* inquid *A*

iis qui agrum colere volunt, quam qui scholas philosophorum; neque eo dico, quod *non* habeant et utilia et communia quaedam.
3 quapropter tu potius agri culturae partes nobis expone. Scrofa, Agri culturae, inquit, quattuor sunt partes summae: e quis prima cognitio fundi, solum partesque eius quales sint; secunda, quae in eo fundo opus sint ac debeant esse culturae causa; tertia, quae in eo praedio colendi causa sint facienda; quarta, quo quic-
4 que tempore in eo fundo fieri conveniat. de his quattuor gener*alibus part*ibus singulae minimum in binas dividuntur species, quod habet prima ea quae ad solum pertinent terrae et [alterum] quae ad villas et stabula. secunda pars, quae moventur atque in fundo debeant esse culturae causa, est item bipertita, de hominibus, per quos colendum, et de reliquo instrumento. tertia pars [quae] de rebus dividitur, quae ad quamque rem sint praeparanda et ubi quaeque facienda. quarta pars de temporibus, quae ad solis circumitum annuum sint referenda et quae ad lunae menstruum cursum. de primis quattuor partibus prius dicam, deinde subtilius de octo secundis.

VI Igitur primum de solo fundi videndum haec quattuor, quae sit forma, quo in genere terrae, quantus, quam per se tutus. formae cum duo genera sint, una quam natura dat, altera quam

---

1 scolas *A* phylosophorum *B* 2 quod habeant *AB* (non *post* quod *superscripsit* A^2) quot habeant *P* quin habeant *v* quod non habeant *coniecit Politianus*, *edidit Iucundus* 3 tu potius agricul-(partes nobis expone scrofa) ture inquid *A* 4 e quis *PA* ex quibus *B* e quibus *v* 5 fundi solum partesque eius *VB* fundi soli.. et partes eius, *ut videtur*, *duabus litteris post* soli *deletis A* soli fundi et partes eius *m* 6 opus sint ac debeant *Schneiderus* opus sunt ac debeant *V* opus sunt ac debent *AB* tercia *A* 7 facienda *AB* faciunda *V* quicque *PA* quidque *Bv* 8 generalibus partibus] generibus *VAB* 10 ea] eã *A* alterum] alterram *A*, *omisit Iucundus* 11 secunda que pars que *A* mouentur *VB* mouendo *Am* 12 debent *Schneiderus* 13 tercia *A* 14 ad quam | rem *A* ad quam rem *m* praeparandae *B* 15 facienda *AB* faciunda *V* 16 circumitum *PAB* circuitum *v* annuum A^2mv anuum *ut videtur A* annum *PB*

19 Igitur] De prima pci (i superscr.) | li parte (*h. e.* de prima principali parte) *in margine rubrica A* *fortasse* qua sit forma 20 per se tutus *Am* persecutus *B* prosecutus *V*

sationes inponunt, prior, quod alius ager bene natus, alius male,
posterior, quod alius fundus bene consitus est, alius male, dicam
prius de naturali. igitur cum tria genera sint a specie simplicia 2
agrorum, campestre, collinum, montanum, et ex iis tribus quar-
tum, ut in eo fundo haec duo aut tria sunt aut multis locis licet
videri, e quibus tribus fastigiis simplicibus sine dubio infimis
alia cultura aptior quam summis, quod haec calidiora quam
summa, sic collinis, quod ea tepidiora quam infima aut summa:
haec apparent magis ita esse in latioribus regionibus, simplicia
cum sunt. itaque ubi lati campi, ibi magis aestus, et eo in 3
Apulia loca calidiora ac graviora; et ubi montana, ut in Vesuvio,
quod leviora et ideo salubriora: qui colunt deorsum, magis aestate
laborant; qui susum, magis hieme. verno tempore in campestribus
maturius eadem illa seruntur quae in superioribus et celerius
hic quam illic coguntur. nec non susum quam deorsum tardius
seruntur ac metuntur. quaedam in montanis prolixiora nascuntur 4
ac firmiora propter frigus, ut abietes ac sappini; hic, quod tepi-
diora, populi ac salices: susum fertiliora, ut arbutus ac quercus,
deorsum ut nuces graecae ac mariscae fici. in collibus humilibus
societas maior cum campestri fructu quam cum montano, in

---

3 igitur cum tria genera sint *Colum. II 2, 1* 18 susum fertiliora *Plin. 16, 116* 19 ut nuces graecae ac mariscae fici *Non. p. 550, 22*

---

1 imponunt *VAB* aliud male *priore loco A corr.* alius male *A*²
3 simplicia *VB* simpliciạ *A* simplici *m* 5 ut in eo fundo in quo haec duo uel tria sunt ut multis locis *m*. *fortasse* ubi in uno fundo haec duo aut tria sunt, ut multis locis ut in eo fundo (ī q̊ *in rasura add. A*²) haec *VAB* sunt *AB* sint *V* aut multis *PAB* haud multis *v* 6 uidere *Ursinus* dubio] dubuo *A* 9 essent *corr.* esse *A* 11 ac grauiora *AB Victorius* et grauiora *V* 12 deorsum *hoc loco VAB* 13 'Qui sursum magis hyeme. *In manu scriptis hic Susum, et Deosum sine r, quemadmodum fere semper' Victorius* susum *PAB* sursum *v* hyeme *V* uerno tepore *A*
14 quae in superioribus *B* que (*fortasse* quē *corr.* que *A*) in superioribus *Am* quam in superioribus *V* 15 illic] illa *corr.* illic *A* susum quam deorsum *PAB* sursum quam deorsum *v* 17 habietes *A*
tepidiora *mv, ubi* pi *delendum esse significaverat, sed postea, ut videtur, restituit P* $\overset{pi}{\text{te}}$diora *A* tediora *B* 18 susum *PAB* sursum *v*
19 deosum *PA* deorsum *Bv* ut nuces *V* uit nuces *A* ut nucesị *B*
20 quam commontano *A*

5 altis contra. propter haec tria fastigia formae discrimina quaedam fiunt sationum, quod segetes meliores existimantur esse campestres, vineae collinae, silvae montanae: plerumque hiberna iis esse meliora, qui colunt campestria, quod tunc prata ibi herbosa, putatio arborum tolerabilior. contra aestiva montanis locis commodiora, quod ibi tum et pabulum multum, quod in campis aret, ac cultura arborum aptior, quod tum hic frigidior
6 aer. campester locus is melior, qui totus aequabiliter in unam partem verget, quam is qui est ad libellam aequos, quod is, cum aquae non habet delapsum, fieri solet uliginosus: eo magis, siquis est inaequabilis, eo deterior, quod fit propter lacunas aquosus. haec atque huiusce modi tria fastigia agri ad colendum dispariliter habent momentum.

VII Stolo, Quod ad hanc formam naturalem pertinet, de eo non incommode Cato videtur dicere, cum scribit optimum agrum esse, qui sub radice montis situs sit et spectet ad meridianam caeli
2 partem. Subicit Scrofa, De formae cultura hoc dico, quae specie fiant venustiora, sequi ut maiore quoque fructu sint, ut qui habent arbusta, si sata sunt in quincuncem, propter ordines atque intervalla modica. itaque maiores nostri ex arvo aeque magno male consito et minus multum et minus bonum faciebant vinum

---

15 Cato videtur dicere *Cat. de agri cult. 1, 3*

---

3 coline *A corr.* colline A^2 plerunque *VB* hibernales esse *PB* hiberna his esse *A*, *sed* his *in rasura* A^2 hibernales hiis esse *m* hiberna esse ibi *v* . *fortasse* hiberna · L · eis esse 4 patra ibi herbosam *A* 5 montanis locis *m* monta | nanis locis *A* montanaque iis locis *P* montana iis locis *B* montana his locis *v* 7 ac cultura *Vm* $\overset{c}{a}$cultura *AB, sed* c *recentiore manu superscriptum in A* et cultura *Iucundus* 8 quabiliter *A corr.* equabiliter A^2 9 aequos *PB* equ$\overset{v}{o}$s *A* aequus *v* 11 quod fit — 12 tria *in margine scripta in A* 12 atque *ABv* adque *P* huiuscemodi *PB Victorius* huiusmodi *Av* dispariliter *Bv* disperiliter *PA* 13 *fortasse* momenta 14 ad *in margine scriptum in B* 16 qui *om. A*, *add.* A^2 17 subiicit *V* 18 maiora *corr.* — re *A* 19 sata *V* $\overset{a}{s}$ịta *B* s. ata *una littera post* s *deleta A* quincuncem *AB* quicuncem *V* atque interualla *v et superscripto* inter *B* adque interualla *PA* 20 magno male *V* magnos male *AB* magnos⁊ (*h · e ·* magno set) male A^2 magno sed male *m Iucundus*

et frumentum, quod quae [que] suo quicque loco sunt posita, ea minus loci occupant, et minus officit aliud alii ab sole ac luna et vento. hoc licet coniectura videre ex aliquot rebus, ut nuces 3 integras quas uno modio conprendere possis, quod putamina suo loco quaeque habet natura conposita, cum easdem, si fregeris, vix sesquimodio concipere possis. praeterea quae arbores in 4 ordinem satae sunt, eas aequabiliter ex omnibus partibus sol ac luna coquunt. quo fit ut uvae et oleae plures nascantur et ut celerius coquantur. quas res duas sequuntur altera illa duo, ut plus [L] reddant musti et olei et preti pluris.

Sequitur secundum illud, quali terra solum sit fundi, a qua 5 parte vel maxime bonus aut non bonus appellatur. refert enim, quae res in eo seri nascique et cuius modi possint: non enim eadem omnia in eodem agro recte possunt. nam ut alius est ad vitem adpositus, alius ad frumentum, sic de ceteris alius ad aliam rem. itaque Cretae ad Cortyniam dicitur platanus esse, 6 quae folia hieme non amittat, itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una, item Subari, qui nunc Thurii dicuntur, quercus simili esse natura, quae est in oppidi conspectu: item contra atque apud nos fieri ad Elephantinem, ut neque ficus neque vites

16 itaque Cretae *Theophr. hist. plant. I 9, 5 Plin 12, 11* 18 item Subari *Plin. 16, 81* 19 item contra atque apud nos *Theophr. hist. plant. I 3, 5*

1 quod quaeque suo quicque loco sunt posita *P* quod queq; suo quicq; loco sunt posite *A corr.* quod queq; suo quoque loco posita *A*^{2} quod quaeque suo quidque loco sunt positae *B* quod quae suo queque loco posita *m* quod quaeque suo quoque loco sunt posita *v* 3 aliquot rebus *Av* aliquod rebus *P* aliquot ∾ rebus *B* 4 comprendere *VAB* 5 composita *VAB* cum *delevit Schneiderus* 6 sesquimodio *A V* Sesquimodio *in margine adscripsit P* ses (al. res) qui modio *B* 8 nascuntur *A* ut *ante* celerius *superscriptum in B* 9 sequuntur *mv* sequantur *PAB* illa *expunxit A*^{2} 10 plus · l · reddant *P* plus · i · reddant *AB* plus reddant *v* pretii *AB* precii *V*

14 eodem] eadem *A corr.* eodem *A*^{2} 15 adpositus *A* appositus *VB* caeteris *V* 16 cortyniam *VB* cort^{i}inā *B* 17 hyeme *V* cypro *VB* cipro *Am* 18 subari *PAB* sybari *v* thurii *VB* turii *Am* similis *Am* 19 opidi *A* 20 apud nos solet fieri, *sed* solet *deletum B* elephantinem *V* elephantinē *AB*

amittant folia. propter eandem causam multa sunt bifera, ut
vitis apud mare Zmurnae, malus [biferae ut] in agro Consentino.
7 idem ostendit, quod in locis feris plura ferunt, in iis quae sunt
culta meliora. eadem de causa sunt quae non possunt vivere
nisi in loco aquoso aut etiam aqua, et id discriminatim [ut] alia
in lacubus, ut harundines in Reatino, alia in fluminibus, ut in
Epiro arbores alni, alia in mari, ut scribit Theophrastus palmas
8 et squillam. in Gallia transalpina, intus ad Rhenum cum exer-
citum ducerem, aliquot regiones accessi, ubi nec vitis nec olea
nec poma nascerentur, ubi agros stercorarent candida fossicia
creta, ubi salem nec fossicium nec maritimum haberent, sed ex
quibusdam lignis conbustis carbonibus salsis pro eo uterentur.
9 Stolo, Cato quidem, inquit, gradatim praeponens alium alio agrum
meliorem dicit esse in novem discriminibus, quod sit primus ubi
vineae possint esse bono vino et multo, secundus ubi hortus
inriguus, tertius ubi salicta, quartus ubi oliveta, quintus ubi pra-
tum, sextus ubi campus frumentarius, septimus ubi caedua silva,
10 octavus ubi arbustum, nonus ubi glandaria silva. Scrofa, Scio,
inquit, scribere illum; sed de hoc non consentiunt omnes, quod
alii dant primatum bonis pratis, ut ego, a quo [que] antiqui
prata parata appellarunt. Caesar Vopiscus, aedilicius causam cum
ageret apud censores, campos Roseae Italiae dixit esse sumen, in
quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.
VIII contra vineam sunt qui putent sumptu fructum devorare.

---

1 propter eandem causam *Plin. 16, 115* 13 Cato quidem *Cat. de agri cult. 1, 7* 21 Caesar Vopiscus *Plin. 17, 32*

---

1 ut uites *VAB* . M. Varro auctor est vitem fuisse Zmyrnae apud mare biferam et malum in agro Consentino *Plinius XVI 115* 2 zmurne *A* zmyrnae *PB* mirnae *v* malus biferae ut *PB* malus bifere ut *A* malus bifera ut *v* 3 in iis *AB* in his *V* 5 etiam aqua *PB* etiam aquam *A* in aquam *m* etiam in aqua *v* discriminatim ut alia *PAB* discriminatim et alia *v* 6 arundines *VB* arudines *A* 7 epyro *B* theophras | stus *A* 8 squillam *PAB* squillas *v* rhenum *VB* renum *Am* 9 aliquot *BA²v* aliquod *PA* 12 combustis *VAB* 13 inquit *VB* inquid *A* proponens *m* 15 hortus *V* ortus *AB* 16 inriguus *PAB* irriguus *v* 18 octauum *corr.* — us *A* nonū *A* scio inquit *VB* $\overset{c}{s}$io inquid *A* 19 con see sentiunt, *sed deletis* see *litteris A* 20 ut ego a quoque antiqui *PAB* ut ego a quo antiqui *v* 24 sumptum *B*

Refert, inquam, quod genus vineae sit, quod sunt multae species eius. aliae enim humiles ac sine ridicis, ut in Hispania, aliae sublimes, ut quae appellantur iugatae, ut pleraeque in Italia. cuius nomina duo, pedamenta et iuga. quibus stat rectis vinea, dicuntur pedamenta; quae transversa iunguntur, iuga: ab eo quoque vineae iugatae. iugorum genera fere quattuor, pertica, 2
harundo, restes, vites: pertica, ut in Falerno, harundo, ut in Arpano, restes, ut in Brundisino, vites, ut in Mediolanensi. iugationis species duae, una derecta, ut in agro Canusino, altera conpluviata in longitudinem et latitudinem iugata, ut in Italia pleraeque. haec ubi domo nascuntur, vinea non metuit sumptum; ubi multa ex propinqua villa, non valde. primum genus quod dixi maxime quaerit salicta, secundum harundineta, tertium iunceta aut eius generis rem aliquam, quartum arbusta, ubi traduces possint fieri vitium, ut Mediolanenses faciunt in arboribus, quas vocant opulos, Canusini in hardulatione in ficis. pedamen- 4
tum item fere quattuor generum: unum robustum, quod optimum solet adferri in vineam e querco ac iunipiro et vocatur ridica: alterum palus e pertica, meliore dura, quo diuturnior; quem cum infimum terra solvit, puter evertitur et fit solum summum: tertium, quod horum inopiae subsidio misit harundinetum. inde enim

---

1 refert] fert *A* fer *m* sit] sint *A* 2 speties *B* 3 pleresque, *sed* s *deletum A* 4 cuius nomina *PAB* quarum nomina *v*. *fortasse* cuius rei nomina 7 harundo *priore loco AB* arundo *V* restes uites *AB Victorius* restes et uites *V* ut in falerno *A et superscripto* in *B* est in falerno *V* harundo *B* arundo *V* inarundineto *corr.* arundine *A* in arpano *PB* ĭ arpano, *sed* ĭ *in rasura A* in campano *m* in arpino *v* 8 brundisino *PA* brundusino *corr.* brundisino *B* brundusino *v* mdiolanensi *A corr.* med — A^2 9 speties *B* derecta *PAB* directa *v* 10 conpluuiata *A* compluuiata *VB* 12 ex propinqua uilla *Iucundus* et propinqua uillā *A* et propinqua uillam *PB* et propinqua uilla *mv* 13 harundineta *PAB* arundineta *v* tercium *A* 15 vitium] uinum *A* fatiunt *A* 16 opulos *PA* opuplos *B* populos *v* in hardulatione *PA et superscripto* h *B* in harundulacione *m* in ardulatione *v* 18 adferri *A* afferri *VB* querco *VAB* quercu *m Iucundus* iunipiro *PA* iunipero *Bv* 19 alterrum *A* melior e dura quod diuturnior *Iucundus* 20 in fimum *V* soluit *Gesnerus* uoluit *VB* uolunt *Am* 21 inhopiae *A* harundinetum *PB* harundineto *corr.* — tū *A* arundinetum *v*

aliquot conligatas libris demittunt in tubulos fictiles [cum] fundo pertusos, quos cuspides appellant, qua umor adventicius transire possit. quartum est pedamentum nativum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces
5 quidam rumpos appellant. vineae altitudinis modus longitudo hominis, intervalla pedamentorum, qua boves iuncti arare possint. ea minus sumptuosa vinea, quae sine iugo ministrat acratophoro vinum. huius genera duo: unum, in quo terra cubilia praebet uvis, ut in Asia multis locis, quae saepe vulpibus et hominibus fit communis. nec non si parit humus mures, minor fit vindemia, nisi totas vineas oppleris muscipulis, quod in insula Pandateria
6 faciunt. alterum genus vineti, ubi ea modo removetur a terra vitis, quae ostendit se adferre uvam. sub eam, ubi nascitur uva, subiciuntur circiter bipedales e surculis furcillae, ne vindemia facta denique discat pendere in palma aut funiculo aut vinctu, quod antiqui vocabant cestum. ibi dominus simul ac vidit occipitium vindemiatoris, furcillas reducit hibernatum in tecta, ut sine sumptu harum opera altero anno uti possit. hac consuetu-
7 dine in Italia utuntur Reatini. haec ideo varietas maxime, quod terra cuius modi sit refert. ubi enim natura umida, ibi altius vitis tollenda, quod in partu et alimonio vinum non, ut in calice, quaerit aquam, sed solem. itaque ideo, ut arbitror, primum e vinea in arbores escendit vitis.

IX Terra, inquam, cuius modi sit refert, et ad quam rem bona

---

1 aliquot *Bv* aliquod *PA* colligatas *VAB* $\overset{t}{\text{b}}$ubulos *B* cum fundo pertusos *PB* confundo pertusos *A* cum fundo pertuso *v* fundo pertuso *Ursinus* 2 cupides *A* umor *PA* humor *Bv* aduentitius *A*
3 pos.it *una littera post* s *deleta A* poterit *m* 7 ministrat acrathophoro *P* ministrata cratophoro *B* ministrat cratophoro *A* ministrat acratophoron *v*. '*Antiqui libri ueram lectionem retinent, Acratophoro' Victorius* 9 locis *superscriptum in A* 10 humus] huius *Am*
11 Muscipuli *in margine adscripsit P* pandateria *PB* pandataria *Am* pandatharia *v* 12 uineti ubi *Bv* uiniti ubi *P* uinee ti ubi *A* uinee ubi *m* . *fortasse* vineae fit ubi 13 adferre *AB* afferre *V*
14 subiciuntur *PB* subicitur *A* subiiciuntur *v* bipedales *A corr.* — is A^2 furcille *A corr.* — illa A^2 16 occipitium *AB* occipicium *V* 18 horum *PAB* eorum *v* earum *Iucundus* uti *superscriptum in A* 19 reatini *v* uriatini *PAB* 20 sit *om. A* humida *VAB* 23 escendit *PB* ascendit *Amv*
24 bonam *priore loco A*

aut non bona sit. ea tribus modis dicitur, communi et proprio et mixto. communi, ut cum dicimus orbem terrae et terram Italiam aut quam aliam. in ea enim et lapis et harena et cetera eius generis sunt in nominando conprensa. altero modo dicitur terra proprio nomine, quae nullo alio vocabulo neque cognomine adiecto appellatur. tertio modo dicitur terra, quae est mixta, in qua 2
seri potest quid et nasci, ut argillosa aut lapidosa, sic aliae, cum in hac species non minus sint multae quam in illa communi propter admixtiones. in illa enim, cum sit dissimili vi ac potestate, partes permultae, in quis lapis, marmor, rudus, harena, sabulo, argilla, rubrica, pulvis, creta, ignis, carbunculus, id est quae sole perferve ita fit, ut radices satorum conburat. ab iis quae pro- 3
prio nomine dicitur terra, cum est admixta ex iis generibus aliqua re, cum dicitur aut cretosa * sic ab aliis generum discriminibus mixta: horum .varietatis ita genera haec, ut praeterea suptiliora sint alia, minimum in singula facies terna, quod alia terra est valde lapidosa, alia mediocriter, alia prope pura. sic de aliis generibus reliquis admixtae terrae tres gradus ascendunt eosdem. praeterea hae ipsae ternae species ternas in se habent 4
alias, quod partim sunt umidiores, partim aridiores, partim mediocres. neque non haec discrimina pertinent ad fructus vehementer. itaque periti in loco umidiore far adoreum potius serunt quam triticum, contra in aridiore hordeum potius quam far, in mediocri utrumque. praeterea etiam discrimina omnium 5
horum generum subtiliora alia, ut in sabulosa terra, quod ibi refert sabulo albus sit an rubicundus, quod subalbus ad seren-

---

22 itaque periti *Plin. 18, 166 Non. p. 52, 16*

---

1 ea tribus *Iucundus* et a tribus *VB* tribus *Am* 2 cummuni *posteriore loco A* 3 harena *PA* arena *Bv* caetera *V* 4 comprensa *VB* compressa *A corr.* comprēsa *A²* 6 tercio *A* in qua *m Iucundus* in quo *VAB* 8 speties *B* 9 admi | tiones *A* cum sint *Gesnerus* disimili *A* de simili *m* 10 harena *A* arena *VB* sabulo *PAB* sabulum *v* 12 comburat *VB* cumburat *A* 16 suptiliora *PA* subtiliora *Bv* sint] sunt *A* *fortasse* in singula facie terna facies terna *Iucundus* facies terrena *VAB* quod *om. A* 19 habeant *corr.* habent *A* 20 umidiores *PA* humidiores *Bv* 22 umidiore *PA* humidiore *Bv* 24 utrunque *V*

dos surculos alienus, contra rubicundior adpositus. sic magna tria discrimina terrae, quod refert utrum sit macra an pinguis an mediocris, quod ad culturam pinguis fecundior ad multa, macra contra. itaque in iis, ut in Pupinia, neque arbores prolixae neque vites feraces, neque stramenta videre crassa possis neque ficum mariscam et arbores plerasque ac prata retorrida
6 muscosa. contra in agro pingui, ut in Etruria, licet videre et segetes fructuosas ac restibilis et arbores prolixas et omnia sine musco. in mediocri autem terra, ut in Tiburti, quo propius accedit ut non sit macra, quam ut sit ieiuna, eo ad omnes res
7 commodior, quam si inclinavit ad illud quod deterius. Stolo, Non male, inquit, quae sit idonea terra ad colendum aut non, Diophanes Bithynos scribit signa sumi posse aut ex ipsa aut quae nascuntur ex iis: ex ipsa, si sit terra alba, si nigra, si levis, quae cum fodiatur, facile frietur, natura quae non sit cineracia neve vehementer densa: ex iis autem quae enata sunt fera, si sunt prolixa atque [ea] quae ex iis nasci debent earum rerum feracia. sed quod sequitur, tertium illut de modis dic.

X Ille, Modos, quibus metirentur rura, alius alios constituit. nam in Hispania ulteriore metiuntur iugis, in Campania versibus,

---

1 appositus *VAB* si^{o} magna *A* 2 referet *A* 3 foecundior *V* ad mul^{ta} macra *A* 4 itaque in iis *A Victorius* itaque ˙˙ nus *et in margine* ˙˙nus c' ī iis *P* itaque nus *B* itaque in uiis *m* itaque nux *v* . itaque in Veiis *Iucundus.* '*Veteres libri hac parte corrupti, communem lectionem multis de causis non probamus, eamque ab aliquo emendatore repositam arbitramur*' *Victorius* prolixae *VB* prolixe *A* prolixas *Iucundus* 5 uites *superscriptum,* eraces *bis scriptum in A*

possis *AB Victorius* poteris *V* 6 marisscam *A* 7 pingui *superscriptum in A* 9 quo propius *Ursinus* quod propius *VA* quod proprius *B* 11 quam si inclinauit *B Victorius* quam s^{i}inclinauit *A* quam si inclinauerit *V* 12 inquit *VB* inquid *A* quae sit *om. A*

collendum *A* 13 bithynos *PB* bithinos *A* bithynius *v* signa *superscriptum in B* 14 si *primo loco om. B* 15 cum fodiatur] c^{v}onfodiatur *A* 17 atque *Bv* adque *PA* 18 quod sequitur *ABv* quot sequitur *P* tertium illud (illut *P*) de modis dici *PB* tercium illa id de modo dicit *A* tercium item de modis dicit *m* tertium illud de modis dice *v*

20 metiuntur] mentiuntur *A*

apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. iugum vocant, quod iuncti boves uno die exarare possint. versum dicunt centum pedes quoquo versum quadratum. iugerum, quod quadratos duos actus habeat. actus quadratus, qui et latus est pedes CXX et 2
longus totidem: is modus acnua latine appellatur. iugeri pars minima dicitur scripulum, id est decem pedes et longitudine et latitudine quadratum. ab hoc principio mensores non numquam dicunt in subsicivum esse unciam agri aut sextantem, sic quid aliud, cum ad iugerum pervenerunt, quod habet iugerum scripula CCLXXXVIII, quantum as antiquos noster ante bellum punicum pendebat. bina iugera quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim, quae heredem sequerentur, heredium appellarunt. haec postea centum centuria. centuria est quadrata in omnes quattuor partes, ut habeat latera longa pedum ∞ ∞ C Ð.

---

1 in agro Romano *Non. p. 53, 24* iugum vocant *Plin. 18, 9* 4 actus quadratus *Colum. V 1, 5* 11 bina iugera *Non. p. 61, 11*

---

3 quadratos] quadratum *corr.* — os *A* quadratum *m* duos actus *ABv* duos act$\overset{v}{o}$s *P* 5 is modus acnua *AB* is modius acnua *P* is modius acmina *v*. 'Is modus acnua [Latine *in editione add. Vict.*] appellatur. *Hanc lectionem in omnibus antiquioribus libris inueni, nam communem, peruulgatamque inanem puto' Victorius* 6 scripulum *PAB* scrupulum *mv* et longitudine et latitudine *VB* et longitudinē et latitudinē *A* in longitudine et latitudine *Iucundus* in longitudinem et latitudinem *m Victorius* 7 nonnunquam *VB* 8 subsiciuum *B* (a • indiuibisibile) sic quid] siquid *VB* siquis *A* 9 'Quod habet scrupula CCLXXXVIII. quantum as. *Haec est uetus, eademque syncera lectio. — Quod tamen ad orthographiam pertinet, ambobus locis scripulum i, non u, in prima syllaba habet' Victorius* 10 scripula *P* scriptula *AB* scrupula *mv* C$\overset{L}{C}$XXXVIII *B* 11 pende | pendebat *A* 12 dicebantur *deest apud Nonium p. 61, 12* haeredem *V* haeredium *V* 13 centum] centuria *corr.* centū *A* 14 ut habeat *bis scriptum in A* longa pedum MMCÐ *B* longa . . ∞ ∞ C Ð *duabus litteris post longa deletis A* longa ∞∞ C Ð pedes *P* longa . M.M.C. pedes *v* longa pedum ∞ ∞ C *editio Victorii. 'Cum studium meum exprimendae antiquitatis non bene percepissent operae, quae postea libros excuserunt, integrum hunc locum deprauarunt: Quibus enim notis summa pedum, quae centuriam conficiunt, in optimo exemplari descripta est, iisdem in nostro codice designari uolebam. Sic autem in illo scriptum est,* Pedum ∞ ∞ C Ð. *Typographi lineam, qua postrema litera dissecta*

hae porro quattuor centuriae coniunctae, ut sint in utramque partem binae, appellantur in agris divisis viritim publice saltus.

XI In modo fundi non animadverso lapsi multi, quod alii villam minus magnam fecerunt, quam modus postulavit, alii maiorem, cum utrumque sit contra rem familiarem ac fructum. maiora enim tecta et aedificamus pluris et tuemur sumptu maiore. minora cum sunt, quam postulat fundus, fructus solent disperire
2 [L]. dubium enim non est quin cella vinaria maior sit facienda in eo agro, ubi vineta sint, ampliora ut horrea, si frumentarius ager est.

Villam aedificandum potissimum, ut intra saepta villae habeat aquam, si non, quam proxime: primum, quae ibi sit nata; secundum, quae influat perennis. si omnino aqua non est viva, cisternae faciendae sub tectis et lacus sub dio, ex altero loco ut
XII homines, ex altero ut pecus uti possit. danda opera ut potissimum sub radicibus montis silvestris villam ponat, ubi pastiones sint laxae, ita ut contra ventos, qui saluberrimi in agro flabunt.

---

est, lituram esse 'credentes, ut arbitror, literam totam, tanquam a me deletam, reliquerunt, falsumque numerum pedum posuerunt . neque hoc tantum hoc loco fecere, sed in III etiam libro [5, 9] in eadem re lapsi sunt, quo facilius quid eos deceperit suspicari potui . Ita enim ille quoque locus legi debet, Longum P. Ð CCCC L · *Non solum autem hanc notam in fidelissimo Varronis codice, sed in aliis etiam priscis monumentis inueni' Victorius* 1 hae porro *VA* haec porro *B* coniunctae centuriae *corr.* centuriae coniunctae *B* utranque *VB* 2 binae appellantur *AB* binae. Et sic appellantur *V* 3 lapsi multi *AB* lapsi sunt multi *V* 4 *fortasse* quam fundus postulavit 5 utrunque *VB* 7 disperire . L . dubium *VB* disperire . l . dubium *A* 9 in ea *A corr.* in eo A^2 uineta sint ampliora *P* uineta sint | sint ampliora, *sed priore loco* sint *subducta lineola deletum A* uineta sint sint ampliora *B, ubi posteriore loco* sint *in extremo versu in margine adscriptum est,* uineta sunt ampliora *v* frumentarias *A corr.* — rius A^2 11 uillam edificandum potissimum *A* uillam aedificandam potissimum *PBm* in uilla aedificanda hoc potissimum *v* septa *V* villae *delevit Ursinus* habeat *PAB* habeas *v* 12 quae primum *corr.* primum quae *B* 13 aqua non est] aquam nouē *A* 14 et lacus] ut lacus *A* 15 danda opera *m Iucundus* dandam operam *VAB* 16 ponat *PAB* ponas *v* 17 laxae *PAB* latae *mv* quis saluberimi *A*

quae posita est ad exortos aequinoctiales, aptissima, quod aestate
habet umbram, hieme solem. sin cogare secundum flumen aedi-
ficare, curandum ne adversam eam ponas: hieme enim fiet vehe-
menter frigida et aestate non salubris. advertendum etiam, siqua 2
erunt loca palustria, et propter easdem causas, et quod [arescunt]
crescunt animalia quaedam minuta, quae non possunt oculi con-
sequi, et per aera intus in corpus per os ac nares perveniunt
atque efficiunt difficilis morbos. Fundanius, Quid potero, inquit,
facere, si istius modi mi fundus hereditati obvenerit, quo minus
pestilentia noceat? Istuc vel ego possum respondere, inquit
Agrius: vendas, quot assibus possis, aut si nequeas, relinquas.
At Scrofa, Vitandum, inquit, ne in eam partem spectet villa, 3
e quibus ventus gravior ex iis partibus adflare soleat, neve in
convalli cava et ut potius in sublimi loco aedifices, qui quod
perflatur, siquod est quod adversarium inferatur, facilius discuti-
tur. praeterea quod ab sole toto die inlustratur, salubrior est,
quod et bestiolae, siquae prope nascuntur et inferuntur, aut
efflantur aut aritudine cito pereunt. nimbi repentini ac torren- 4
tes fluvii periculosi illis, qui in humilibus ac cavis locis aedificia
habent, et repentinae praedonum manus quod inprovisos facilius
opprimere possunt, ab hac utraque superiora loca tutiora.

---

1 posita est *AB Victorius* posita sit *V* exortos *PAB* exortus *mv* 2 habet *PB Victorius* habes *A* habeat *v* umbra *A corr.* umbrā *A*[2] hyeme *V* solem *superscriptum in A* sin g cogare, *sed* g *post* sin *deletum A* 3 aduersum eum *PAB* aduersum eurum *v* hyeme *V* 4 aduertendum *Bmv* auertendum *PA* 5 arescunt *delevit Zahlfeldt quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 18* 6 quedam | minuta quedam minuta, *sed* minuta *posteriore loco deletum A* 8 effitiunt *A* difficilis *PAB* difficiles *v* morbus *corr.* — os *A* inquit *VB* inquid *A* 9 mi *PB Victorius* in *corr.* mi *A* mihi *v* hereditati *AB* haereditati *P* haereditate *v* 10 noceant *A* possim *A* inquit *VB* inquid *A* 11 quot assibus *VB* quod assibus *A* nequas *A corr.* nequeas *A*[2] 12 inquit *VB* inquid *A* ne in eas partes spectet uilla, ex quibus uentus grauior afflare soleat *Iucundus* uillam *A* 13 adflare *A* afflare *VB* 15 *fortasse* si est quod 16 ab sole *V* a sole *AB* inlustratur *A* illustratur *VB* salubrior est *VB* salubriorē *A* 18 torentes *A* 20 inprouisos *A* improuisos *VB* 21 ab hac utraque *PB* ab ac utraque *A* ab utroque *v* . *fortasse* ab hac utraque re

XIII In villa facienda stabula ita, ut bubilia sint ibi, hieme quae
possint esse caldiora. fructus, ut est vinum et oleum, loco plano
in cellis, item [ut] vasa vinaria et olearia potius faciendum:
aridus, ut est faba et faenum, in tabulatis. familia ubi versetur
providendum, si fessi opere aut frigore aut calore, ubi commo-
2 dissime possint se quiete reciperare. vilici proximum ianuam
cellam esse oportet, eumque scire, qui introeat aut exeat noctu
quidve ferat, praesertim si ostiarius est nemo. in primis culina
videnda ut sit admota, quod ibi hieme antelucanis temporibus
aliquot res conficiuntur, cibus paratur ac capitur. faciundum
etiam plaustris ac cetero instrumento omni in cohorte ut satis
magna sint tecta, quibus caelum pluvium inimicum. haec enim
si intra clausum in consaepto et sub dio, furem modo non
3 metuunt, adversus tempestatem nocentem non resistunt. cohortes
in fundo magno duae aptiores: una ut interdius conpluvium
habeat lacum, ubi aqua saliat, qui intra stylobatas, cum velit, sit
semipiscina. boves enim ex arvo aestate reducti hic bibunt, hic
perfunduntur, nec minus e pabulo cum redierunt anseres, sues,
porci. in cohorte exteriore lacum esse oportet, ubi maceretur

18 nec minus e pabulo *Non. p. 83, 13* 19 lacum esse oportet *Non. p. 211, 30*

1 hyeme *V* 2 est *ante* uinum *superscriptum in B* 3 potius faciendum *AB Victorius* potius faciundum *P* potius faciunda *v* 4 ut est faba et fenum *A* ut est faba et foenum *B Victorius* ut est faba lentes ordeum et far et foenum *v, ubi* faba lentes ordeum et far *delenda significavit P* 5 apere *corr.* opere *A* *fortasse* aut a frigore 6 quiete *in margine scriptum in B* uilici *PAB* uillici *v* proximum *PB* proximus *corr.* — mum *A* proxime *v* 8 hostiarius *B*

9 uidenda *VAB'* uidendum *Ursinus* a[d]mota *A* hyeme *V* 10 aliquot res *Bv* aliquod res *PA* ac capitur *B Victorius* et capitur *V* accipitur *A* faciundum *hoc loco VAB* faciendum *m* 11 plaustris] palustris *A* caetero *V* in cohorte *VB* in choorte *A* 12 caelum *om. A* 13 consepto *VAB* 14 cohortes *VB* choortes *A* 15 conpluuium *A* compluuium *VB* 16 ibi *corr.* ubi *A* stylobatas *B* stilobatas *VA* cum uelit *PAB* cum uenit *v* 17 ex aruo *B* ex [c'. uo] arbo *P* ex arbo *A* ex aratro *v* 18 e pabulo cum redierunt *A* e [c'. bulo] pauolo cum redierunt *P* epauolocum redier[u]nt *B* hoc loco reficiuntur *v* et a pabulo cum redierunt *Nonius p. 83, 13* 19 in cohorte *VB* in choorte *A* macerentur *A*

lupinum, item alia quae demissa in aquam ad usum aptiora fiunt.
cohors exterior crebro operta stramentis ac palea occulcata pedi- 4
bus pecudum fit ministra fundo, ex ea quod evehatur. secundum
villam duo habere oportet stercilina aut unum bifariam divisum.
alteram enim partem fieri oportet [villam] novam, alteram veterem
tolli in agrum, quod enim quam recens quod confracuit melius.
nec non stercilinum melius illud, cuius latera et summum virgis
ac fronde vindicatum a sole. non enim sucum, quem quaerit
terra, solem ante exugere oportet. itaque periti, qui possint, ut
eo aqua influat, eo nomine faciunt. sic enim maxime retinetur
sucus, in eoque quidam sellas familiaricas ponunt. aedificium 5
facere oportet, sub quod tectum totam fundi subicere possis
messem, quod vocant quidam nubilarium. id secundum aream
faciendum, ubi triturus sis frumentum, magnitudine pro modo
fundi, ex una parti apertum, et id ab area, quo et in tritura
proruere facile possis et, si nubilare coepit, inde ut rursus celeriter
reicere. fenestras habere oportet ex ea parti, unde commodissime

---

1 demissu *corr.* demissa *A* fiunt *PB* fiant *Am* sunt *v* 2 cohors *VB* choors *A* ope^{r}ta *A* occul^{c}ata *A* 3 ex ea *VAB* ex eo A^2m 4 stercilina *P* stercilinia *B* stercilianam *A corr.* stercilinia A^2 sterquilina *m* sterquilinia *v* aut unum *Vm* autumnum *A expuncto* m *ut videtur* A^2 autumnum *B* 5 alteram (alterram *A*) enim partem fieri oportet *AB* alteram enim ī partem ferri oportet *V* alteram enim partem ferri oportet *Victorius* uillā (uillā, *ut videtur*, *vel* villa *P*) nouam *PAB* e uilla nouum fimum *v* e uilla nouam *Victorius* alteram ueterem *B Victorius* alter | alterram ueterem, *sed* alter *deletum A* altera ueterem *V* 6 in agro *corr.* — um *A* 'Quod enim quam recens quod confacuit melius · *Ita in melioribus : nam in semiuetere pro* confacuit, conflacuit, *legimus : caetera eadem erant*' *Victorius* . *fortasse* quod enim confracuit quam recens melius confracuit *Scaliger* confacuit *PB* conf^{l}acuit *A* conflacuit *m* cum faciunt *v* 7 stercilinum *PB* stercilinium *A* sterquilinum *m* sterquilinium *v* 8 uindicatum *PAB* uindicatur A^2 *v* uincatur *m* a sole *PAB* ab sole *v* 9 exugere *P* exurgere *AB*, *sed* r *expunctum ut videtur* A^2 exurgere *mv* possunt *Iucundus* 10 faciunt *AB* faciant *V* 11 in eoque quidam *V* in eo quae quidam *B* in eoque | dam *A* in eo quidam *m* edifitium *A* 12 facere *AB* fieri *P* etiam fieri *v* subiicere *V* 15 parti *PB* parte *corr.* — ti *A* parte *v* intritura *PAB* intrituram *v* 16 cepit *A* 17 parti *PAB* parte *v*

6 perflari possit. Fundanius, Fructuosior, inquit, est certe fundus propter aedificia, si potius ad anticorum diligentiam quam ad horum luxuriam derigas aedificationem. illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. itaque illorum villae rusticae erant maioris preti quam urbanae, quae nunc sunt pleraque contra. illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam bonam, praesepis laxas, cellam vinariam et oleariam ad modum agri aptam et pavimento proclivi in lacum, quod saepe, ubi conditum novum vinum, orcae in Hispania fervore musti ruptae, neque non dolea in Italia. item cetera ut essent in villa huiusce modi, quae cultura quaereret, providebant.
7 nunc contra villam urbanam quam maximam ac politissimam habeant, dant operam ac cum Metelli ac Luculli villis pessimo publico aedificatis certant. quo hi laborant ut spectent sua aestiva triclinaria ad frigus orientis, hiberna ad solem occidentem, potius quam, ut antiqui, in quam partem cella vinaria aut olearia fenestras haberet, cum fructus in ea vinarius quaerat ad dolia aera frigidiorem, item olearia calidiorem. item videre oportet, si est collis, nisi quid impedit, ut ibi potissimum ponatur villa.

XIV Nunc de saeptis, quae tutandi causa fundi aut partis fiant, dicam. earum tutelarum genera IIII, unum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabrile. horum unum quod-

6 illic laudabatur *Non. p. 218, 8* 9 saepe ubi conditum *Non. p. 546, 3*

1 inquit *VB* inquid *A* 2 anticorum *A* antiquorum *VB* 3 derigas *PA* dirigas *B* ad fructuum rationem *AB* ad fructum rationem *P* ad fructum communem *v* 4 hi faciunt *v et una littera post* hi *deleta A* hic faciunt *PB* hii faciunt *m* 5 pretii *PAB*, *om. v* 7 praesepiis laxas *PAB* praesepes laxas *v* praesepim latam *Nonius p. 218, 9* uinaream *A* 9 quod saepe *v* quot saepe *PAB* ubi *superscriptum* in *A* hispania *v* hispaniā *PA* hispaniam *B* 10 ruptae sụṇṭ *B* neque non dolea *PAB* nec non et dolia *v* caetera *V* 11 cultura quaereret *Iucundus* cultura quaeret *PAB* cultum quạererent *v* prouide[b]ant *A* 13 ac cum metelli *Amv* ac cum metalli *P* ac metalli *B* luculi *Am* uillas *B* 14 quo hi laborent *AB* quod hi laborent, *sed* d *ut videtur deletum P* quocirca hi laborant *v* 15 tricliṇiaria *B* 16 cellaṃ uinariaṃ *A* 17 in ea *Iụcundus* in eo *VAB* 18 calidiorem *PAB* caldiorem *v* 19 impedit *om. Am* ut ibi *Am* ut ubi *PB* ubi *v* 20 septis *VAB*

que species habet plures. primum naturale saepimentum, quod opseri solet virgultis aut spinis, quod habet radices ac [vivae saepis] praetereuntis lascivi non metuet facem ardentem. secunda 2 saeps est agrestis e ligno, sed non vivit: fit aut palis statutis crebris [e] virgultis inplicatis aut latis perforatis et per ea foramina traiectis longuris fere binis aut ternis aut ex arboribus truncis demissis in terram deinceps constitutis. tertium militare saepimentum est fossa et terreus agger. sed fossa ita idonea, si omnem aquam, quae e caelo venit, recipere potest aut fastigium habet, ut exeat e fundo. agger is bonus, qui intrinsecus iunctus 3 fossa aut ita arduus, ut eum transcendere non sit facile. hoc genus saepes fieri secundum vias publicas solent et secundum amnes. ad viam salariam in agro Crustumino videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. aggeres faciunt sine fossa: eos quidam vocant muros, ut in agro Reatino. quartum fabrile saepimentum est novissimum, maceria. 4 huius fere species quattuor, quod fiunt e lapide, ut in agro Tusculano, quod e lateribus coctilibus, ut in agro Gallico, quod e lateribus crudis, ut in agro Sabino, quod ex terra et lapillis conpositis in formis, ut in Hispania et agro Tarentino.

Praeterea sine saeptis fines praedi sationis notis arborum XV

---

9 aquam quae e caelo venit *Non. p. 302, 12*

---

2 opseri *P* obseri *ABv* vivae saepis *inclusit Gesnerus* 3 praeteęreuntis *B* secunda seps *AB* secunda saepes *V* 4 est ex agresti eligno *PB et* e *littera ante* ligno *deleta A* est ex agresti ligno *mv* 5 e uirgultis *PAB* et uirgultis *m* ac uirgultis *v* inplicatis *A* implicatis *PB* implicitis *v* 6 traiectis *bis scriptum, sed posteriore loco deletum est in A* longuris *PAB* longuriis *v* 7 demisis *A* tercium *A* 8 te^r^eus *A* agger *V* ager *AB* 9 qua ecelo *A* 10 e fundo] effundo *A* agger is *Iucundus* aggeris *VAB* 12 saepes *P* sepes *AB* saepis *v* 13 crustrimino *A* crustimino *m* 14 aliquod *PA* aliquod (ul' os *supra*) *B* cuniunctos *A* cum fossis] confossis *A* 16 reatino *mv* retino *PAB* quartum *ABv* quantum *ut videtur P* 17 fiunt *PAB* fit A^2*mv* 19 de lateribus *posteriore loco Am* 20 compositis *VB* copiosius *A* in hispania et agro *v* in hispanię agro *P* in hispanie agro *A* in hispania in agro *m* in hinispaniae agro *B* terentino *A*
21 saeptis *B* septis *VA* praedii *VAB* sationis notis arborum *VB* sationis ationis notis arborum *A* satione arborum *Schneiderus*

tutiores fiunt, ne familiae rixent cum vicinis ac limites ex litibus iudicem quaerant. serunt alii circum pinos, ut habet uxor in Sabinis; alii cupressos, ut ego habui in Vesuvio; alii ulmos, ut multi habent in Crustumino: [quod] ubi id pote, ut ibi, quod est campus, nulla potior serenda, quod maxime fructuosa, quod et sustinet saepem ac cogit aliquot corbulas uvarum et frondem iucundissimam ministrat ovibus ac bubus ac virgas praebet saepibus et foco ac furno.

Scrofa, Igitur primum haec, quae dixi, quattuor videnda agricolae, de fundi forma, *de* terrae natura, de modo agri, de
XVI finibus tuendis. relinquitur altera pars, quae est extra fundum, cuius appendices et vehementer pertinent ad culturam propter adfinitatem. eius species totidem: si vicina regio est infesta; si quo neque fructus nostros exportare expediat neque inde quae opus sunt adportare; tertium, si viae aut fluvii, qua portetur, aut non sunt aut idonei non sunt; quartum, siquid ita est in con-
2 finibus fundis, ut nostris agris prosit aut noceat. e quis quattuor quod est primum, refert infesta regio sit necne. multos enim agros egregios colere non expedit propter latrocinia vicinorum, ut in Sardinia quosdam, qui sunt prope oeliem, et in Hispania prope Lusitaniam. quae vicinitatis invectos habent idoneos, quae

1 ne familiae rixent *Non. p. 477, 24* 6 cogit aliquot corbulas *Non. p. 197, 24*

1 rixent *Nonius p. 477, 24* rixentur *VAB et codices Victorii* 2 iudicem *in margine scriptum in B* 4 'Quod ubi id pote, ut ibi : quod est campus, nulla potior . *Ita habent antiqui libri, quam ueram esse lectionem puto, etsi diligens librarius mendosam putauit, ad eamque notam adposuit' Victorius* 6 sustinet saepem *PA* substinet saepem *B* sustineat saepem *v* cogit *Nonius p. 197, 25* colit *VAB* aliquod *VAB* frundem *A* 7 iucundissimam *V* lucumdissimam *corr.* loc. *A* iocundissimam *B*

10 de terrae *Pontedera antiq. lat. p. 106* Tterrae *V* terrae *AB* 11 relinquitur] De secunda principali *in margine rubrica A* 13 adfinitatem *PA* affinitatem *Bv* 15 adportare *PA* apportare *Bv* tercium *A* 17 agris *superscriptum in A* 19 latrocinia *V* latrociā *B* latrotinia *A* 20 qui sunt *om. Am* prope oeliē *PAB* prope çaeliem *v* 21 quae ibi nascuntur ubi uendant *AB Victorius* quae ibi nascuntur ibi uendant *P* quae ubi nascuntur ibi uendant *v*

ibi nascuntur ubi vendant, et illinc invectos opportunos quae in
fundo opus sunt, propter ea fructuosa. multi enim habent in
praediis, quibus frumentum aut vinum aliudve quid desit, in-
portandum; contra non pauci, quibus aliquod sit exportandum.
itaque sub urbe colere hortos late expedit, sic violaria ac rosaria, 3
item multa quae urps recipit, cum eadem in longinquo praedio,
ubi non sit quo deferri possit venale, non expediat colere.
[tertium est] item si ea oppida aut viciniae aut etiam divitum
copiosi agri ac villae, unde non care emere possis quae opus
sunt in fundum, quibus quae supersint venire possint, ut quibus-
dam pedamenta aut perticae aut harundo, fructuosior fit fundus,
quam si longe sint inportanda, non numquam etiam, quam si
colendo in tuo ea parare possis. itaque in hoc genus coloni 4
potius anniversarios habent vicinos, quibus imperent, medicos,
fullones, fabros, quam in villa suos habeant: quorum non num-
quam unius artificis mors tollit fundi fructum. quam partem
lati fundi divites domesticae copiae mandare solent. si enim a
fundo longius absunt oppida aut vici, fabros parant, quos habeant
in villa, sic ceteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab
opere discedat ac profestis diebus ambulet feriata potius, quam
opere faciendo agrum fructuosiorem reddat. itaque ideo Sasernae 5
liber praecipit, nequis de fundo exeat praeter vilicum et promum
et unum, quem vilicus legat; siquis contra exierit, ne inpune
abeat; si abierit, ut in vilicum animadvertatur. quod potius ita

---

13 itaque in hoc genus *geopon. II 49*

---

1 illinc *Iucundus* illic *VAB* opportunos *VA* oportunos *B* 3 inportandum *A* importandum *VB* 4 aliquod *B Victorius* aliquot *PA* aliquid *v* 5 sic uiolaria *PA* sicui olaria *B* sicut uiolaria *v, ubi P* ut *delendum significavit et* bi *superscripsit, sed postea* bi *delevit* 6 urps *PA* urbs *Bv* 7 quod deferri *A* 8 tercium est *A, delevit Iucundus* 9 copiosi *v* copiosȩ *PB* copiose *A* emere possis *VB* emere possit *corr.* — is *A* emere possint *m* 12 inportanda *A* importanda *VB* nonnunquam *V* nonunquam *B* 15 in uilla suos *V* in uillas uos *B* in uillam (*corr.* — as) uos *A* nonnunquam *V* nonunquam *B* 16 mors *v* mos *PAB* 17 latifundi *PAB* latifundii *v* domesticae copiae *v* domestica copiae *AB* domestica copia *P* 19 caeteros *V* 20 profertis *A corr.* profestis *A*^{2} 23 inpune *A* impune *VB* 24 abeat si abierit *V* habeat si abierit *Bm* habeat sihabierit *A*

praecipiendum fuit, nequis iniussu vilici exierit, neque vilicus iniussu domini longius, quam ut eodem die rediret, neque id 6 crebrius, quam opus esset fundo. [quarto] eundem fundum fructuosiorem faciunt vecturae, si viae sunt, qua plaustra agi facile possint, aut flumina propinqua, qua navigari possit. quibus utrisque rebus evehi atque invehi ad multa praedia scimus. refert etiam ad fundi fructus, quem ad modum vicinus in confinio consitum agrum habeat. si enim ad limitem querquetum habet, non possis recte secundum eam silvam serere oleam, quod usque eo est contrarium natura, ut arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiant, ut introrsum in fundum se reclinent, ut vitis adsita ad holus facere solet. ut quercus, sic iugulandes magnae et crebrae finitimae fundi oram faciunt sterilem.

XVII De fundi quattuor partibus, quae cum solo haerent, et alteris quattuor, quae extra fundum sunt et ad culturam pertinent, dixi. nunc dicam, agri quibus rebus colantur. quas res alii dividunt in duas partes, in homines et adminicula hominum, sine quibus rebus colere non possunt; alii in tres partes, instrumenti genus vocale et semivocale et mutum, vocale, in quo sunt servi, semivocale, in quo sunt boves, mutum, in quo sunt plaustra. omnes agri coluntur hominibus servis aut liberis aut utrisque: liberis, aut cum ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercennariis, cum conducticiis liberorum operis res maiores, ut vindemias ac faenisicia, administrant, iique quos

---

2 rediret *PB* redisset *Am* redierit *v* 6 atque inuehi *om. A* 8 querquetum *PAB* quercetum *v* 11 introrsum *VB* introssum *A corr.* introrsum A^2 12 adsita *v* adsista *PAB* ad holus *AB* ad olus *V* 'Vt quercus, sic iuglandes, etc. *Ita ex ingenio emendaui, spero sane castigationem hanc studiosis uiris probatum iri, uolui tamen pusillum licentiae, quo usus fueram, aperire: Nam in antiquissimo, et optimo libro* Iugulandes, *scriptum obseruaui, ut in illo etiam loco in eodem hoc libro [67?] Nuces iugulandes in harena' Victorius* quercus *VB* querquus *A* si iugulandes *PA* si iuglandes *Bv*

15 qui extra *A corr.* que extra A^2 17 homines et adminicula, *sed* et *superscriptum ut videtur* A^2 19 in quo] sin quo *primo loco B* 21 omnes agri *AB* omnes ii agri *V* 22 ut plerisque, *sed* s *expunctum ut videtur* A^2 23 mercennariis *B* mercenariis *VA* 24 fenisicia *A* foenisicia *VB* iisque *Schneiderus*

obaerarios nostri vocitarunt, et etiam nunc sunt in Asia atque Aegypto et in Illyrico conplures. de quibus universis hoc dico, gravia loca utilius esse mercennariis colere quam servis, et in salubribus quoque locis opera rustica maiora, ut sunt in condendis fructibus vindemiae aut messis. de iis, cuius modi esse oporteat, 3
Cassius scribit haec: operarios parandos esse, qui laborem ferre possint, ne minores annorum XXII et ad agri culturam dociles. eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerum imperatis, et in eo eorum e noviciis reliquis itio ad priorem dominum quid factitarent. mancipia esse oportere neque formidulosa neque animosa. qui praesint esse oportere, qui litteris aliqua sint 4
humanitate inbuti, frugi, aetate maiore quam operarios, quos dixi. facilius enim ii quam minori natu sunt dicto audientes. praeterea potissimum eos praeesse oportet, qui periti sint rerum rusticarum. non solum enim debere imperare, sed etiam facere, ut

---

1 obaerarios *PAB* obaeratos *v.* '*In manu scriptis,* Obaerarios' *Victorius* et etiam *AB Victorius* ut etiam *V* 2 egipto *A* illyrico *V* illirico *AB* complures *VAB* hoc dico *AB* hic dico *V* 3 mercennariis *B* mercenariis *VA* 4 condendis] condensis *Am* 8 ex *om. A* inperatis *A* et in eo eorum enouiciis reliquisitio ad priorem *PB* et in eo eorum rerum enouiciis reliquisitio ad priorem, *sed* rerum *deletum A* et more incolarum e nouiciis requisitio ad priorem *v*. Nouicii *in margine adscripsit P*. '*Vetus lectio,* Et in eo eorum e nouitiis reliquisitio ad priorem, etc'. *Victorius*. *fortasse* et in eorum novitiis requisitione ad priorem dominum quid factitarint 10 formidulosa *PB* formidolosa *Av* neque animosa *om*. *A* 11 litteris] lateris *A* aliqua sint *PAB* sint aliqua *v* sint et aliqua *Iucundus* 12 imbuti *VAB* 13 faci facilius, *sed* faci *deletum A*. 'Facilius enim his, quam minoribus natu. *Veteres libri hac parte perturbati, et fortasse uitiosi:* Facilius enim ii, quam minore, etc. *nisi* Ei quam minori, *legendum sit* : *quod tamen durum esset* : *antea enim numero multitudinis de uillicis locutus fuerat, et id statim etiam fecit*. *Praeterea infra, ubi de operariis sermo est, unitatis numero in illis legitur,* Imitetur : *et*, Animaduertat. *ubi autem de his, qui praesunt non multo post,* Illis, *et* Coerceant, *contra ac in impressis*' *Victorius*. *fortasse* facilius enim iis, quam qui minores natu, sunt dicto audientes ii quam minore natu sunt dicto *PB* ii quam minores natu sunt nati | dicto *A* hii quam minores natu sunt dicto *m* his quamuis minores natu dicto sunt *v* 14 *fortasse* praeesse oportere periti sint *VB* periti sunt *A* 15 enim *in margine scriptum in B*

facientem imitetur et ut animadvertat eum cum causa sibi prae-
5 esse, quod scientia praestet. neque illis concedendum ita imperare, ut verberibus coerceant potius quam verbis, si modo idem efficere possis. neque eiusdem nationis plures parandos esse. ex eo enim potissimum solere offensiones domesticas fieri. praefectos alacriores faciendum praemiis [ad facienda] dandaque opera ut habeant peculium et coniunctas conservas, e quibus habeant filios. eo enim fiunt firmiores ac coniunctiores fundo. itaque propter has cognationes Epiroticae familiae sunt inlustriores ac cariores.
6 iniciendum voluntatem praefectorum honore aliquo habendo et de operariis qui praestabunt alios, communicandum quoque cum his, quae facienda sint opera, quod, ita cum fit, minus se putant
7 despici atque aliquo numero haberi a domino. studiosiores ad opus fieri liberalius tractando aut cibariis aut vestitu largiore aut remissione operis concessioneve, ut peculiare aliquid in fundo pascere liceat, huiusce modi rerum aliis, ut quibus quid gravius sit imperatum aut animadversum qui, consolando eorum restituat voluntatem ac benevolentiam in dominum.

XVIII De familia Cato derigit ad duas metas, ad certum modum

18 De familia Cato derigit *Cat. c. 10. 11*

1 imitetur *PB* imitentur *Amv* animaduertat *PB* animũ (*corr.* — us A^2) aduertat *A* animaduertant *mv* causa sibi *Am* causas ibi *PB* causa ibi *v* 2 illis *PAB* illi *v* concedendum *AB* concedundum *V* 3 coerceant *PAB* coerceat *v* 4 nati | tionis *A* 6 ad facienda *delevit Iucundus* 9 cogitationes *corr.* cognationes *A* inlustriores *A* illustriores *VB* 10 iniciendam (initiendā *A* iniiciendam *P*) uoluptatem praefectorum honore aliquo habendo *PAB* ad iniiciendam uoluptatem his praefecturae honore aliquo habendi sunt *v*. 'Ad iniiciendum [Ad iniiciendam *editio Victorii*] uoluptatem. *Idem de hoc loco dicere possum, quod de proximo superiore. Vetus lectio* : Iniciendum uoluptatem praefectorum honore aliquo habendo, et de operariis, qui praestabunt alios. *Fortasse pro Voluptatem, Voluntatem legendum est*' *Victorius* *fortasse* incitandum 11 operaris *A* 12 quae facienda sint *B* quae faciunda sint *V* que^{fa}cienda sunt *A*, *sed* fa *superscriptum* A^2 quae facienda sunt *m* cum fit *AB* cum sit *V* 13 aliquo *superscriptum in B* 15 concessioniue *A corr.* concessioneue A^2 aliquid *ABv* aliquit *P* 18 beneuolentiam *PA* beniuolentiam *Bv* in domino *A*

19 derigit *PAB* dirigit *v*. '*In antiquissimo libro, et hic, et aliis in locis, hoc uerbum* E *in prima syllaba habet*' *Victorius* metas] mest tas *A*

agri et genus sationis, scribens de olivetis et vineis ut duas
formulas: unam, in qua praecipit, quo modo olivetum agri iugera
CCXL instruere oporteat. dicit enim in eo modo haec mancipia
XIII habenda, vilicum, vilicam, operarios V, bubulcos III, asinarium I,
subulcum I, opilionem I. alteram formulam scribit de vinearum
iugeribus C, ut dicat haberi oportere haec XV mancipia, vilicum,
vilicam, operarios X, bubulcum, asinarium, subulcum. Saserna 2
scribit satis esse ad iugera VIII hominem unum: ea debere eum
confodere diebus XLV, tametsi quaternis operis singula iugera
possit; sed relinquere se operas XIII valetudini, tempestati,
inertiae, indiligentiae [L]. horum neuter satis dilucide modulos
relinquit nobis, quod Cato, si voluit ut [debuit sit] pro portione ad 3
maiorem fundum et minorem adderemus et demeremus, praeterea
extra familiam debuit dicere vilicum et vilicam. neque enim si
minus CCXL iugera oliveti colas, non possis minus uno vilico
habere, nec si bis tanto ampliorem fundum aut eo plus colas,
ideo duo vilici aut tres habendi fere. operarii modo et bubulci 4
pro portione addendi [ad minoris] ad maioris modos fundorum.
ii quoque, si similis est ager. sin est ita dissimilis, ut arari
non posit, quod sit confragosus atque arduis clivis, minus multi

6 iugeribus *Charis. p. 134, 10*

2 iugera. CCXL *PAB* iugerum ducentorum quadraginta *v* 3 in eo *superscriptum in B* 5 formulas *corr.* — am *A* 6 iugeribus . C. *AB Victorius* iugeribus centum *V* mancipie *A corr.* — ia A^2 7 operarios X *PB* operarios decem *Av* bubulcum asinarium subulcum *PAB* bubulcum unum asinarium unum subulcum unum *v* bubulcum I asinarium I salictarium I subulcum I *Cato c. 11* 10 ualetudini *PB* ualitudini *Av* 11 indiligentiae . L . horum *VB* indiligentie . l . honorum, *sed deletis* no *litteris A* neuter satis *VB* satis neuter *Am* 12 relinquit *PB* relinquid *A*, *sed* n *expunctum* A^2 reliquit *mv* sit proportione *PAB* sic proporcione *m* ut proportionem *v* 13 praeterea *delevit Iucundus* 15 non *delevit Madvigius advers. v. II p. 180* posis *A* minus *superscriptum in B* 18 pro portione addendi ad minoris ad maioris modos *PAB* pro portione addendi ad minores maioresue modos *v* pro portione demendi uel addendi ad minores maioresue modos *Iucundus* 19 . ii . quoque *PAB* hi quoque *v* sin est *PB* sin̄ est *A* si non est *m* sin autem *v* ut si sit confragosus atque arduus cliuis *Iucundus.* '*Antiqua lectio diuersa,* Quod si confragosus, atque arduis cliuis' *Victorius* 20 quod sit confragosus *Scaliger* quod sit confragosus *B* quod si confragosus *VA*

opus sunt boves et bubulci. mitto illut, quod modum neque 5 unum nec modicum proposuit CCXL iugerum (modicus enim centuria, et ea CC iugerum), e quo quom sexta pars sint ea XL, quae de CCXL demuntur, non video quem ad modum ex eius praecepto demam sextam partem et de XIII mancipiis, nihilo magis si vilicum et vilicam removero, quem ad modum ex XI sextam partem demam. quod autem ait in C iugeribus vinearum opus esse XV mancipia, siquis habebit centuriam, quae dimidium vineti, dimidium oliveti, sequetur ut duo vilicos et duas vilicas 6 habeat, quod est deridiculum. quare alia ratione modus mancipiorum generatim est animadvertendus, et magis in hoc Saserna probandus, qui ait singula iugera quaternis operis uno operario ad conficiendum satis esse. sed si hoc in Sasernae fundo in Gallia satis fuit, non continuo idem in agro Ligusco montano. itaque de familiae magnitudine et reliquo instrumento commo- 7 dissime scies quantam pares, si tria animadverteris diligenter: in vicinitate praedia cuius modi sint et quanta, et quot quaeque hominibus colantur, et quot additis operis aut demptis melius aut deterius habeas cultum. bivium nobis enim ad culturam dedit natura, experientiam et imitationem. antiquissimi agricolae

---

7 quod autem ait in C iugeribus *Non. p. 501, 1*

---

1 mitto *PA* initio *Bv* illut *P* illud *ABv* 3 e quo quom *PA* aequo quom *B* e quo ni *v* sit ea *VAB* 5 mantipiis *A* nichilo *A* 6 quemadmodum ex XI *B Victorius* quemadmodum ex undecim *P* quemadmodum et undecim *A* quemadmodum et XI *m* quemadmodum centum uiginti *v* 9 duo uilicos et duas uilicas *P* duo uilicos et duo uilicas *A corr.* duos uilicos et duos uilicas *A*^{2} duos uilicos et duas uilicas *B* duos uillicos et duas uillicas *v* 10 habebat *A* mancipiarum *A* 13 in gallia *v* in galia *PAB* 14 idem *in margine scriptum in B* ligusco montano *P* ligus comontano *B* ligus cōmontano *A* ligustico nomentano *v*. '*In optimo, et antiquissimo codice nunquam Ligustico, sed aut* Ligusco *aut* Ligusto, *hic Ligusco. In II libro [5, 9] Ligusti, de bubus sermo est. In III iterum [9, 17] Liguscos: Secundum Italiam contra montes Liguscos' Victorius* 16 quantum pares *m Iucundus* animaduerteris *V* animadueteris *A* animaduert^{ri}es *B* animaduertes *m* 17 et quanta et quod queque *PB* et quanta et q̄t queque *A* et quanta quotque *v* 18 quot additis *Bv* quod additis *P* q̄ additis *A* operiis *B* 20 inmitationem *A* agricolae *VA* agriculae *Bm*

temptando pleraque constituerunt, liberi eorum magnam partem imitando. nos utrumque facere debemus, et imitari alios et aliter 8
ut faciamus experientia temptare quaedam, sequentes non aleam, sed rationem aliquam: ut si altius repastinaverimus aut minus quam alii, quod momentum ea res habeat, ut fecerunt ii in sariendo iterum et tertio, et qui insitiones ficulnas ex verno tempore in aestivum contulerunt.

De reliqua parte instrumenti, quod semivocale appellavi, XIX
Saserna ad iugera CC arvi boum iuga duo satis esse scribit, Cato in oliveti CCXL iugeris boves trinos. ita fit ut, *si* Saserna dicit verum, ad C iugera iugum opus sit, si Cato, ad octogena. sed ego neutrum modum horum omnem ad agrum convenire puto et utrumque ad aliquem. alia enim terra facilior aut difficilior est: aliam terram boves proscindere nisi magnis viribus non possunt 2
et saepe fracta bura relinquunt vomeres in arvo. quo sequendum nobis in singulis fundis, dum sumus novicii, triplici regula, superioris domini instituto et vicinorum et experientia quadam. quod addit asinos qui stercus vectent tres, asinum molarium, in 3
vinea iugerum C iugum boum, asinorum iugum, asinum molarium:

---

15 et saepe fracta *Non. p. 80, 16*

---

1 temptando *AB* tentando *V* 2 utrunque *VB* alios et aliter *VB* alios | taliter *A* alios et taliter *m* 3 temptare *AB* tentare *V* 6 tercio *A* ficulnas *PAB* ficulneas *v* tepore *A*

10 in oliuetis CCXL iugeris *PAB* in oliuetis ducentum quadraginta iugerum *v* ut saserna dicit *PAB* ut saserna dicat *v* 11 ad . C . iugera *AB* ad centum iugera *V* opus sit] opus est *PAB* opus esse *v* 12 ego *om. Bv*, *add. PA* netrum *A* horum omnem ad agrum *P* horum ſ ad omnem ad agrum *A* horum ad omnem agrum *Bv* eorum ad omnem agrum *m* 13 utrunque *VB* 14 prosindere *A* non *in margine scriptum in B* 15 uomerem *Nonius p. 80, 17* quo sequendum *PAB* quod sequendum *v* 16 Nouicii *in margine adscripsit P*

17 institata *corr.* — to *B* 18 tres *PAB* tris *v* 'In uinea iugerum C. asinorum iugum, [iugum boum, asinorum iugum *ed. Vict.*] asinum molarium. *Ex uetere scriptura locum restituimus, unum tantum reliquimus: Molendarium enim pro Molarium, uetustissimum exemplar habebat : apud Catonem tamen Molarium : hunc enim ipsius locum exprimit . Asinos plostarios II asinum molarium . In semiuetere codice Molendinarium, quo uerbo iurisconsulti etiam usi sunt, et haec fortasse uera M. Varronis lectio' Victorius* 19 iugum boum *mv* iugus boum *PAB* molarium] molendarium *posteriore loco VAB* molendinarium *m*

in hoc genere semivocalium adiciendum de pecore ea sola, quae agri colendi causa erunt, ut solent esse, peculiaria pauca habenda, quo facilius mancipia [quae solent] se tueri et adsidua esse possint. in eo numero non modo qui prata habent, ut potius oves quam sues habeant curant, sed etiam qui non solum pratorum causa habent, propter stercus. de canibus vero utique, quod villa sine iis parum tuta.

XX Igitur de omnibus quadripedibus prima est probatio, qui
idonei sint boves, qui arandi causa emuntur. quos rudis neque
minoris trimos neque maioris quadrimos parandum: ut viribus
magnis sint ac pares, ne in opere firmior inbecilliorem conficiat:
amplis cornibus et nigri potius quam aliter ut sint, lata fronte,
2 naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus. hos veteranos
ex campestribus locis non emendum in dura ac montana, nec
non contra si incidit ut sit vitandum. novellos cum quis emerit
iuvencos, si eorum colla in furcas destitutas incluserit ac dederit
cibum, diebus paucis erunt mansueti et ad domandum proni.
tum ita subigendum, ut minutatim adsuefaciant et ut tironem
cum veterano adiungant (imitando enim facilius domatur), et
primum in aequo loco et sine aratro, tum eo levi, principio per
3 harenam aut molliorem terram. quos ad vecturas, item instituen-

---

12 lata fronte *Non. p. 94, 5*

---

1 adiiciendum *V* 3 adsidua *B* assidua *VA* 5 curant *AB Victorius* curent *V* 6 de canibus — tuta *om. v, add. PAB* utiq.·. quod *A* utiq; quod *B* utile quod *P*

8 quadripedibus *PAB* quadrupedibus *v* 9 idonei sunt *A* 11 inbecilliorem *A* imbecilliorem *VB* 12 nigri . s. potius *B* nigris potius *VA* 13 peccore *A* conxendicibus *A* 14 nec nontra si incidit ut sit uitandum *PAB*, *ubi* c' ita *in margine ad* tra *adscripsit P*, nec non ita si incidit ut sit uitandum *m et Angelius* nec non si incidit uitandum *v*. 'Nec non ita si incidit, ut sit uitandum . *Antiquissimum, fidelissimumque exemplar dissentit ab hac lectione, quam et in aliquibus excusis, et in semiuetere etiam inueni. — Est igitur haec optimi codicis lectio,* Nec non tra si incidit, etc. *Vt autem nihil relinquam, quod possit studiosos adiuuare, uidendum est, an unius literae immutatione ita legi debeat,* Nec contra si incidit ut sit uitandum' *Victorius* 18 adsuefatiant *A* assuefaciant *VB* 21 harenam *PAB* arenam *v* ueturas *B*

dum ut inania primum ducant plaustra et, si possis, per vicum aut oppidum. creber crepitus ac varietas rerum consuetudine celeberrima ad utilitatem adducit. neque pertinaciter, quem feceris dextrum, in eo manendum, quod, si alternis fit sinister, fit laboranti in alterutra parte requies. ubi terra levis, ut in 4
Campania, ibi non bubus gravibus, sed vaccis aut asinis quod arant, eo facilius ad aratrum leve adduci possunt, ad molas et ad ea, siquae sunt, quae in fundo convehuntur. in qua re alii asellis, alii vaccis ac mulis utuntur, exinde ut pabuli facultas est. nam facilius asellus quam vacca alitur; sed fructuosior haec. in 5
eo agricolae hoc spectandum, quo fastigio sit fundus. in confragoso enim haec ac difficili valentiora parandum et potius ea quae per se fructum reddere possint, cum idem operis faciant.

Canes potius cum dignitate et acres paucos habendum quam XXI
multos, quos consuefacias [potius] noctu vigilare et interdiu clausos dormire. de indomitis quadripedibus ac pecore faciendum: si prata sunt in fundo neque pecus habet, danda opera ut pabulo vendito alienum pecus in suo fundo pascat ac stabulet.

De reliquo instrumento muto, in quo sunt corbulae, dolia, XXII
sic alia, haec praecipienda. quae nasci in fundo ac fieri a domesticis poterunt, eorum nequid ematur, ut fere sunt quae ex viminibus et materia rustica fiunt, ut corbes, fiscinae, tribula, valli, rastelli; sic quae fiunt de cannabi, lino, iunco, palmo, scirpo,

---

23 sic quae fiunt de cannabi *Non. p. 414, 24*

---

1 inania] inanima *A* plaustra ducant *corr.* ducant plaustra *B* 2 aut oppidum *VB* aut per opidum *A* aut per oppidum *m* creber crepitus *AB* ubi creber crepitus *P* ubi creber crepitus sit *v* 3 celeberrima *v* celeberrimę *P* celeberime *A* celeberrimae *B* celerrima *Victorius* 4 si alternis fit *A* si fiat alternis fit *B* si alternis sit *V*

6 bubus *VA* bobus *B* uaccis aut asinis *B* uaccis aū asinis *A* uaccis et asinis *V* 7 aratum *A* 8 siquae sunt quae in fundo conuehuntur *B* sique sunt que in fundo conueuntur *A* siquę sunt in fundo conuehuntur *P* si qua sunt in fundo conuehunt *v* 11 spectandum *AB* spectant *V* quo fastigio *v* quod fastigio *PAB* 13 faciant *VB* faciunt *Am*

16 quadripedibus *PAB* quadrupedibus *v* faciendum *AB* faciundum *v*, *delevit Scaliger* 17 prata sunt *AB* prata sint *V*

20 haec] hec *A* 23 ualli] malli *PAB* malei *v* cannabi *V*

2 ut funes, restes, tegetes. quae e fundo sumi non poterunt, ea
si empta erunt potius ad utilitatem quam ob speciem, sumptu
fructum non extenuabunt; eo magis si inde empta erunt potissi-
mum, ubi ea et bona et proxime et vilissimo emi poterunt.
cuius instrumenti varia discrimina ac multitudo agri magnitudine
3 finitur, quod plura opus sunt, si fines distant late. Itaque, Stolo
inquit, proposita magnitudine fundi de eo genere Cato scribit,
oliveti iugera CCXL qui coleret, eum instruere ita oportere, ut
faceret vasa olearia iuga quinque, quae membratim enumerat, ut
ex aere ahenea, urceos, nassiternam, item alia: sic e ligno et
ferro, ut plostra maiora tria, aratra cum vomeribus sex, crates
stercorarias quattuor, item alia: sic de ferramentis quae sint et
quot opus [multitudinem], ut ferreas octo, sarcula totidem, dimidio
4 minus palas, item alia. item alteram formulam instrumenti fundi
vinarii fecit, in qua scribit, si sit C iugerum, habere oportere
vasa torcularia instructa trina, dolia cum operculis culleorum
octingentorum, acinaria viginti, frumentaria viginti, item eius
modi alia. quae minus multa quidem alii, sed tantum numerum
culleorum scripsisse puto, ne cogeretur quotannis vendere vinum.
vetera enim quam nova, et eadem alio tempore quam alio pluris.
5 item sic de ferramentorum varietate scribit permulta, et genere
et multitudine qua sint, ut falces, palas, rastros, sic alia, quorum

---

7 de eo genere Cato scribit *c. 10* 9 ut ex aere ahenea *Non. p. 546, 5* 14 item alteram formulam *Cat. c. 11*

---

canabi *AB* cannabo *codex Montepessulanus Nonii p. 414, 25* cannabio *codex Parisinus Nonii* 1 sumi] sumu *ut videtur A* non potuerunt *codices Nonii* 3 fructus *corr.* — ū *A* 4 proximae *B*

5 instrumentum *corr.* — ti *A* 6 Plura opus sunt *in margine adscripsit P* 7 inquit *Bv* inquid *PA* 8 instruere ita *V* instrueret ita *A* ita instruere *corr.* instruere ita *B* 9 iuga quinque *VA* iuga V *B*

10 ex aere ahenea *P* ex aere $\overset{h}{a}$enea *A* ex aerea henea *B* ex aere ahena *v* nassiternam *PB* nasiternam *Av* 11 plostra *PAB* plaustra *v* sex crates *ABv* sex s. crates *P* 12 feramentis *A*
13 quod opus multitudinem *PAB* quot opus ad multitudinem *v*, *ubi* ad multitudinem *delevit Ursinus* 15 sit] sint *B* 16 trina *v* trima *PAB* 17 accinaria *Am* eiusmodi *AB* eiusdem *V* 18 numerum tantum *corr.* tantum numerum *B* 19 ꝗ annis *corr.* q̄t annis *ut videtur A* quod annis *PB* quot annis *v* 21 feramentorum *A*

non nulla genera species habent plures, ut falces. nam dicuntur
ab eodem scriptore vineaticae opus esse XL, sirpiculae V, ar-
borariae III, rustariae X. Hic haec. at Scrofa, Instrumentum et 6
supellectilem rusticam omnem oportet habere scriptam in urbe
et rure dominum, vilicum contra ea ruri omnia certo suo quo-
que loco ad villam [esse] posita. quae non possunt esse sub
clavi, quam maxime facere ut sint in conspectu oportet, eo magis
ea quae in rariore sunt usu, ut quibus in vindemia utuntur, ut
corbulae, [et] sic alia. quae enim res cotidie videntur, minus
metuunt furem.

Suscipit Agrasius, Et quoniam habemus illla duo prima ex XXIII
divisione quadripertita, de fundo et de instrumento, quo coli
solet, de tertia parte expecto. Scrofa, Quoniam fructum, inquit,
arbitror esse fundi eum qui ex eo satus nascitur utilis ad ali-
quam rem, duo consideranda, quae et quo quidque loco maxime
expediat serere. alia enim loca adposita sunt ad faenum, alia ad
frumentum, alia ad vinum, alia ad oleum, sic ad pabulum quae
pertinent, in quo est ocimum, farrago, vicia, medica, cytisum,
lupinum. neque in pingui terra omnia seruntur recte neque in 2
macra nihil. rectius enim in tenuiore terra ea quae non multo
indigent suco, ut cytisum et legumina praeter cicer: hoc enim

---

20 rectius enim in tenuiore terra *Plin. 18, 165*

---

2 opus ēē exisirpicule V *AB* opus esse sex : sirpiculae . V. *P* opus esse sex : scirpiculae quinque *v* . '*Emendandum, Vineaticae opus esse XL. Haec enim summa apud Catonem est: praeterea in optimo exemplari huius lectionis non parua uestigia remanent,* Esse exi sirpiculae' *Victorius*

3 rustariae *PAB* rusticariae *v* 4 suppellectilem *A* 5 suo quoque loco *PAB* suo quaeque loco *v* 6 possunt *VB* possint *A* sub claui *mv* subclam *B* subtam *ut videtur, corr.* subclam *vel* subclaui *A* sub clā *P* 8 ut corbulae et sic *mv* et corbulae et sic *P* et corbubule et sic *A* et corbulae (bu *supra*) et sic *B* . corbubulae *esse in Varronis codicibus testatur Victorius in Caton. 11, 5* 9 cotidie *PA* quotidie *Bv*

13 tercia *A* Scrofa quoniam] De tertia parte *in margine A* inquit *VB* inquid *A* 16 adposita *A* apposita *VB* fenum *A* foenum *VB* 17 ad pabulum quae pertinent] De pabulo *in margine A*

18 farago (r *supra*) *A* cytisum *v* cytiscum *PAB* 20 nichil *A* ea quae *AB* quam ea quae *V* 21 ut cytisum *V* ut cytison *B* ut tytison *A*

quoque legumen, ut cetera quae velluntur e terra, non subsecantur, quae, quod ita leguntur, legumina dicta. in pingui rectius, quae
3 cibi sunt maioris, ut holus, triticum, siligo, linum. quaedam etiam serenda non tam propter praesentem fructum quam in annum prospicientem, quod ibi subsecta atque relicta terram faciunt meliorem. itaque lupinum, cum minus siliculam cepit, et non numquam fabalia, si ad siliquas non ita pervenit, ut fabam legere expediat, si ager macrior est, pro stercore inarare solent.
4 nec minus ea discriminanda in conserendo quae sunt fructuosa, propter voluptatem, ut quae pomaria ac floralia appellantur, item illa quae ad hominum victum ac sensum delectationemque non pertinent neque ab agri utilitate sunt diiuncta. idoneus locus eligendus, ubi facias salictum et harundinetum, sic alia quae
5 umidum locum quaerunt, contra ubi segetes frumentarias, ubi fabam potissimum seras, item alia quae arida loca secuntur: sic ut umbrosis locis alia seras, ut corrudam, quod ita petit asparagus; aprica, ut ibi seras violam et hortos facias, quod ea sole nutricantur, sic alia. et alio loco * serenda, ut habeas vimina, unde

---

1 cetera quae velluntur *Non. p. 61, 14* 18 ut habeas vimina *Non. p. 189, 16*

---

1 caetera *V* 2 quae cibi sunt *Plinius XVIII, 165* quae ibi sunt *VAB* quae succi sunt *Iucundus.* '*In excusis antea libris, Succi* : *in manu scriptis omnibus* Ibi, *scriptum inueni* : *quare una addita litera, Cibi, castigaui*' *Victorius* 3 holus *PAB* olus *v* 4 non tam *Amv* non iam *PB* 5 propspicientem *corr.* prosp. *A* subsecta atque relicta *A²mv* subsectam atque relictam *PAB* 6 cum minus] cum dominus *VB* cum dñs *A* cum nec dum *Iucundus* . '*In cunctis manu scriptis,* Cum dominus siliculam, *inueni*' *Victorius.* quando minus *Salmasius Plin. exerc. p. 172* cepit *A et in margine scriptum B* coepit *V* 7 nonnunquam *B* fabalia *A²mv* fabulia *PAB codices Victorii I 31, 4* 9 *fortasse* fructuosa aut propter uoluptatem

11 illa] illae *B* 12 diiuncta *VAB* disiuncta *A²m* 14 umidum *PA* humidum *Bv* ubi fabam *PAB* ibi fabam *v* 16 alia seras *Iucundus* alta seras *VAB* corruda *PAB* coruda *v* petit asparagus (petitas paragus *B*) aprica ut ibi seras *AB* petit asparagus ut ibi seras *P* petit asparagus et aprica sit terra ubi seras *v* 17 apricis *Angelius* ortos *A* faciam *corr.* — as *A* 18 *fortasse* et alio loco salicta serenda

unde utendo . L . quid *P* unde utendo . l . quid *A* undeuntendo . L . quid *B* unde utendo aliquid *v* . '*Viendo, legi debere ostendit Nonius [p. 189, 16], qui uim huius uerbi declarans, auctoritate M. Varronis*

viendo [L] quid facias, ut sirpeas, vallus, crates. alio loco ut
seras ac colas silvam caeduam, alio ubi aucupare, sic ubi canna- 6
bim, linum, iuncum, spartum, unde nectas bubus paleas, lineas,
restis, funes. quaedam loca eadem alia ad serendum idonea.
nam et in recentibus pomariis dissitis seminibus in ordinemque
arbusculis positis primis annis, antequam radices longius pro-
cedere possint, alii conserunt hortos, alii quid aliud, neque cum
convaluerunt arbores, idem faciunt, ne violent radices.

Stolo, Quod ad haec pertinet, Cato non male, quod scribit 7
de sationibus, ager crassus et laetus si sit sine arboribus, eum
agrum frumentarium fieri oportere; idem ager si nebulosus sit,
rapa, raphanos, milium, panicum; in agro crasso et calido oleam XXIV
conditaneam, radium maiorem, sallentinam, orcitem, poseam,
sergianam, colminiam, albicerem, quam earum in iis locis opti-
mam dicant esse, eam maxime serere. agrum oliveto conserendo,
nisi qui in ventum favonium spectet et soli ostentus sit, alium
bonum nullum esse. qui ager frigidior et macrior sit, ibi oleam 2
licinianam seri oportere. si in loco crasso aut calido posueris,
hostum nequam fieri et [ei] ferendo arborem perire et muscum
rubrum molestum esse. hostum vocant quod ex uno facto olei 3
reficitur. factum dicunt quod uno tempore conficiunt, quem alii
CLX aiunt esse modiorum, alii ita minus magnum, ut ad CXX

---

9 Cato non male *c. 6* 12 in agro crasso *Non. p. 94, 7*

---

utitur, et hunc ipsum locum adducit. Peruetustus igitur etiam codex hac parte mendosus est, in quo Vtendo, legitur. Sed aliud etiam, quod non minus perturbat, in eo hic est: nam post utendo L. positum est: Vnde utendo L. quid facias: *et contra ea uerba in margine mendi nota adposita' Victorius* 1 uallus *PAB* uallos *v* 2 aucupere *Gesnerus* cannabim *B* cannabin *A* canabim *V* 3 bubus *VB* bobus *A* paleas] soleas *Bodaeus in Theophrast. hist. plant. I 8 p. 20* 4 idonea *v* idoneam *A* idoneam *PB* ydonea *m* 5 dissitis *Ursinus* dessitis *PAB* desitis *v. 'Antiqui libri* Dessitis' *Victorius* 6 primus *corr.* — is *A*
9 pertinet *v* pertinent *A* pertinent *PB* 12 callido *A* oleam conditiuam *Cato c. 6* 13 sallentinam *PAB* salentinam *v* orcitem *PAB* orchitem *v* posseam *A* puseam *Nonius p. 94, 9* 14 colminianam *Cato* 15 maximen *B* agrum *v* agro *PAB* 18 calido *PB* callido *A* caldo *v* posueris] seueris *Cato* 19 et ferundo *Cato* 20 exeuno *B* 22 adi. CXX *A*

descendat, exinde ut vasa olearia quot et quanta habeant, quibus conficiunt illut. quod Cato ait circum fundum ulmos et populos, unde fros ovibus et bubus sit et materies, seri oportere (sed hoc neque in omnibus fundis opus est, neque in quibus est opus, propter frondem maxime), sine detrimento ponuntur a septemtrionali parte, quod non officiunt soli.

4 Ille adicit ab eodem scriptore, si locus umectus sit, ibi cacumina populorum serenda et harundinetum. id prius bipalio verti, ibi oculos harundinis pedes ternos alium ab alio seri, * aptam esse utrique eandem fere culturam. salicem graecam circum harundinetum seri oportere, uti sit qui vitis alligari possit.

XXV vinea quo in agro serenda sit, sic observandum. qui locus optimus vino sit et ostentus soli, aminneum minusculum et geminum eugeneum, helvium minusculum seri oportere. qui locus crassior sit aut nebulosus, ibi aminneum maius aut murgentinum, apicium, lucanum seri. ceteras vites, et de iis miscellas

XXVI maxime, in omne genus agri convenire. in omni vinea diligenter

---

2 quod Cato ait *Non. p. 114, 3* ulmos et populos *Charis. p. 130, 33* 12 qui locus optimus *Diom. p. 376, 8* 13 ostentus soli *Priscian. l. X p. 520, 21*

---

1 descendat exinde *VB* descendat $\overset{\text{et}}{\text{exinde}}$ *A* descendat et inde *m* uasa olearia *Vm* uas (*corr.* uasa *A*^{2} *ut videtur*) olearia uas^{a} oleria *B* 2 confitiunt *A* illut *P* illud *ABv* 3 unde frons ouibus et bubus (bobus *B*) sit *PAB* unde frondes ouibus et bubus sint *v* unde est fros *Charisius p. 130, 34* 5 a septētrionali parte *V* a septentrionali parte *B* ab septemtrionali plagā *A* ab septentrionali plaga *m* 6 offitiunt *A*

7 adicit *PB* addicit *A* adiicit *v* ab eodem scriptore *delevit Zahlfeldt quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 25* umectus *PA* humectus *Bv* 8 harundinetum *PB* arundinetum *Av* bipalio *v* bipallo *PAB* 9 harundinis *PA* harundines *corr.* — is *B* arundinis *v* alium *V* altum *AB* seri, ibi quoque corrudam, unde asparagi fiant, aptam *Iucundus ex Catone* 10 eādē *V* eadem *AB* 11 harundinetum *PA* harundiretum *B* arundinetum *v* 12 serenda] $\overset{\text{e}}{\text{ser}}$da *A*

13 aminneum *PAB* ammineum *v* 14 eugeneum *VA* eugeneum *B* heluium *Plinius XIV 146* helutum *AB* et helutum *P* et helueolum *v* heluolum *Cato* 15 nebulosior *Cato* ibi] abi *corr.* ibi *B* aminneum *PAB* ammineum *v* 16 caeteras *V* et de iis *AB* et de his *V*, *om. Cato*

observant ut ridica vitis ad septemtrionem versus tegatur; et si cupressos vivas, pro ridicis quas inserunt, alternos ordines inponunt, neque eos crescere altius quam ridicas patiantur, neque propter eos ut adserant vites, quod inter se haec inimica.

Agrius Fundanio, Vereor, inquit, ne ante aeditimus veniat huc, quam hic ad quartum actum. vindemiam enim expecto.
Bono animo es, inquit Scrofa, ac fiscinas expedi et urnam. et XXVII
quoniam tempora duorum generum sunt, unum annale, quod sol
circuitu suo finit, alterum menstruum, quod luna circumiens
conprendit, prius dicam de sole. eius cursus annalis primum
fere circiter ternis mensibus ad fructus est divisus in IIII partis,
et idem subtilius sesquimensibus in IIX: in IIII, quod dividitur
in ver et aestatem et autumnum et hiemem. vere sationes quae 2
fiunt, terram rudem proscindere oportet, quae sunt ex ea enata,
priusquam ex iis quid seminis cadat, ut sint exradicata; et simul
glaebis [ac] sole percalefactis aptiores facere ad accipiendum imbrem et ad opus faciliores relaxatas; neque ea minus binis
arandum, ter melius. aestate fieri messes oportere, autumno 3

---

1 ad septentrionem *m* ab septentrionē *A* a septentrione *VB* tegatur *VB* tegatur *corr.* figatur *eadem manu ut videtur A* figatur *m* 2 inponunt *A* imponunt *VB* 3 neque eos *PAB* neque eas *v* neque propter eos ut adserunt *P* neque propter eos ut asserunt *AB* neque propter eas adserunt *v* . '*Vetus lectio,* Neque propter eos ut adserunt, etc. *et paulo supra, Neque eos crescere' Victorius* 4 haec *in margine scriptum in B*

5 Agrius] De IIII[a] parte *in margine A* uereor inquit *V* uereor inquid *A* inquit uereor *B* editimus ueniad *A* 6 hic *in margine scriptum in B* 7 inquit *VB* inquid *A* expedi et *P* expediet *ABv* 9 finit] fiunt *ut videtur, corr.* finit *A* 10 comprendit *AB* comprehendit *V* 11 diuisus inima partis *AB* diuisos in ima partis *P* diuisus in quattuor partis totus *v* 12 in IIX *PAB* in octo *v* in IIII] in $\overset{\text{I}}{\text{III}}$ *posteriore loco A* 13 autumnum et hiemen *A* autunnum et hiemem *B* auctunnum et hyemem *V* sationes *Ursinus* stationes *VAB* quae fiunt *PAB* quaedam fiunt *v* 14 quae sunt] quae sint *B* 15 ut sint *Amv* ut sit *PB* et simul claeuis ac sole percalefactis *PAB* et simul cauis ab sole percalefactis *v* . c' glębis *in margine adscripsit P* . 'Et simul glaebis a sole percalefactis . *Ita locum restitui, antea enim Cauis, mendose in omnibus excusis legebatur : uetus lectio* Claebis' *Victorius* 17 neque eam *Ursinus* minus binis *PAB* minus bis *v* 18 autumno *A* autunno *B* auctūno *V*

siccis tempestatibus vindemias, ac silvas excoli commodissime tunc, praecidi arbores oportere secundum terram: radices autem prioribus imbribus ut effodiantur, nequid ex iis nasci possit. hieme putari arbores dumtaxat his temporibus, cum gelu cortices ex imbribus careant [glacie].

XXVIII Dies primus est veris in aquario, aestatis in tauro, autumni in leone, hiemis in scorpione. cum unius cuiusque horum IIII signorum dies tertius et vicesimus IIII temporum sit primus et efficiat ut ver dies habeat XCI, aestas XCIV, autumnus XCI, hiems XXCIX, quae redacta ad dies civiles nostros, qui nunc sunt, primi verni temporis ex a. d. VII id. Febr., aestivi ex a. d. VII
2 id. Mai., autumnalis ex a. d. III id. Sextil., hiberni ex a. d. IV

---

6 Dies primus est veris *geopon. I 1*

---

2 radices autem (autem *superscriptum in A* aū *P*) prioribus imbribus ut *PAB* radices ut prioribus imbribus *v* 3 nasci] nasi *A* 4 duntaxat *V* temporibus] teporibus *A*

6 autumni *A* autunni *B* auctunni *V* 8 tertius et uicesimus *V* tercius et uicesimus *A* tertius (al. ueris) et uicensimus *B* et efficiat *AB* et efficitur *P* efficitur *v* 9 aestas XCIV *PAB*, *ubi* IV *expunxit* A^2, aestas XCIII *m* aestas nonagintaquinque *v* auctumnus . XCI . hiems XXCIX quae redacta ad dies ciuiles *P* autunnus XXCI (*corr.* XCI) hiems XXCIX quae redacta ad dies ciuiles *B* autumnum (*corr.* — us) XXCIIXI (*ut videtur*) que (hiems) redacta ad dies ciuiles *A, ubi notis* XX *expunctis et notis* IXI *deletis* CI *correxit et post* hiems *notas* XCII *addidit* A^2, autumpnus XCII quae redacta ad dies ciuiles *m* auctunnus nonagintaunum : hyems octogintanouem . quae diuisio ad dies reddacta ciuilis *v* 11 ex ad VII. id. febr. aestiui ex ad VII id. mai (maii *B*) auctumnalis (autumnalis *A* autunnalis *B*) ex ad VII id. sextil. hiberni ex ad IV (VII *in rasura scriptum* A^2 *ut videtur*) id. nou. *PAB* extat ad septem idus fabruarii : aestiui ad septem idus maii : auctunnalis ad septem idus sextilis : hiberni ad quartum idus nouembris *v* ex a. d. VII Id. Febr. Aestiui ex a. d. VII Idib. Maii Autumnales ex a. d. VII Idib. Sext. Hiberni ex a. d. IV Id. Nouemb. *Victorius* *θέρος δὲ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Μαίων τοῦ ἡλίου ἐν ταύρῳ ὄντος, πληροῦσθαι δὲ εἰς τὴν πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Αὐγούστων. ἔτι δὲ μετόπωρον ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς πρὸ ἓξ εἰδῶν Αὐγούστων ἡλίου ὄντος ἐν λέοντι geoponica I, 1, 3*

12 autumnalis extant ad tertium Idus Sextilis *Iucundus* hiberni ex ad VII ydus nouemb. *m*

id. Nov., suptilius discretis temporibus observanda quaedam sunt, eaque in partes VIII dividuntur: primum a favonio ad aequinoctium vernum dies XL, hinc ad vergiliarum exortum dies XLIV, ab hoc ad solstitium dies XLIIX, inde ad caniculae signum dies XXVII, dein ad aequinoctium autumnale dies LXVII, exin ad vergiliarum occasum dies XXXII, ab hoc ad brumam dies LVII, inde ad favonium dies XLV.

[In] primo intervallo inter favonium et aequinoctium vernum XXIX
haec fieri oportet. seminaria omne genus ut serantur, putari in pratis, circum vites ablacuari, radices quae in summa terra sunt praecidi, prata purgari, salicta seri, segetes sariri. seges dicitur quod aratum satum est, arvum quod aratum necdum satum est, novalis, ubi satum fuit, antequam secunda aratio renovatur rursus. 2
terram cum primum arant, proscindere appellant, cum iterum, offringere dicunt, quod prima aratione glaebae grandes solent excitari; cum iteratur, offringere vocant. tertio cum arant iacto semine, boves lirare dicuntur, id est cum tabellis additis ad vomerem simul et satum frumentum operiunt in porcis et sulcant fossas, quo pluvia aqua delabatur. non nulli postea, qui segetes

---

5 aequinoctium autumnale *Charis. p. 118, 25*

---

1 suptilius *P* subtilius *ABv* discretis *Am Victorius* descriptis *VB*. 'Subtilius discrĕtis temporibus. *Antea,* Descriptis. *Mendum ortum, quia in antiquis* Descretis, *uetere orthographia scriptum est, ut in Derigo, Deuertor. Libro II [1, 12] in iis uetustis codicibus*: *Ea partes habet nouem, descretas ter ternas. Ille enim locus, et ueteris scripturae, et intellectus huius uerbi ualde accommodatum exemplum est' Victorius* 2 a fauinio *A* ad | quinoctium *A corr.* ad equinoctium *A*[2] 3 dies XL] dies XLV *Schneiderus* 4 ab hoc ad solstitium] habet ab hoc ad solstitium autunnale *B* 5 dein ad aequinoctium *P* deinde ad aequinoctium *Bv* dein ad quinnoctium *A corr.* dein ad equinnoctium *A*[2] autumnale *PA* autunnale *B* auctunnale *v* exin *PA* exinde *Bv* 6 uirgiliarum *corr.* uerg — *B* 7 dies XLV] dies $\overset{L}{XV}$ *A*

8 equinoctinum *A* 9 putari inpratis *PAB* putari ĩprimis *v*. '*Nihil uariaui*: *diuersi tamen hic sunt antiqui libri*: In pratis, *enim habent' Victorius. fortasse* praeparari in pratis 10 ablacuari *PAB* ablaqueari *v* 11 sariri *Gesnerus* sarire *PAB* sarrire *v* 13 aratio renouatur *PAB* aratione renouetur *v*. *fortasse* aratione novatur 15 glebae *V* 16 offrigere *posteriore loco A* tercio *A*

non tam latas habent, ut in Apulia et id genus praediis, per sartores occare solent, siquae in porcis relictae grandiores sunt glaebae.
3 qua aratrum vomere lacunam striam fecit, sulcus vocatur. quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit. sic quoque exta deis cum dabant, porricere dicebant.

XXX Secundo intervallo inter vernum aequinoctium et vergiliarum exortum haec fieri. segetes runcari, herbam e segetibus expurgari, boves terram proscindere, salicem caedi, prata defendi. quae superiore tempore fieri oportuerit et non sunt absoluta, antequam gemmas agant ac florescere incipiant, fieri, quod, si quae folia mittere solent ante frondere inceperunt, statim ad serendum idonea non sunt. oleam seri interputarique oportet.

XXXI Tertio intervallo inter vergiliarum exortum et solstitium haec fieri debent. vineas novellas fodere aut arare et postea occare,

---

3 qua aratrum *Non. p. 61, 17* 4 quod est inter duos sulcos *Fest. p. 238, 7*

15 et postea occare *Non. p. 61, 24*

---

1 praediis *AB* praedii *V* 2 sartores *PAB corr.* saritores A^2 satores *v* 3 glebae *V* fecit *VAB* facit *Nonius p. 61, 18* 5 porricit *Victorius et in margine P* porrigit *PAB corr.* porricit A^2 porrigat *v* 6 porrigere *VAB corr.* porricere A^2 c' porricere *in margine adscripsit P*. 'Exta Deis cum dabant, porricere dicebant. *Sic ex ingenio emendaui : antea enim Porrigere, corrupte legebatur. Veteres autem librarios has literas commutare solitos, manifestum est. adnotaui in optimo exemplari* Grates, *et* Alagriores, *pro Crates, et Alacriores, scriptum esse: et contra* Virculta, *et* Fricora, *pro Virgulta, et Frigora' Victorius*

8 haec fieri *AB Victorius* haec fieri debent *V* herbam e segetibus expurgari *delevit Ursinus. fortasse* id est herbam *sqq.* 10 oportuerit *PAB* oportuerat *v* 11 'Quod si quae folia amittere. *Ita locum restitui, recte, ut opinor: ut autem facilius iudicari possit, ueterem lectionem, multum a peruulgata discrepantem, adponam* : Quod si quae folia mittere solent ante frondere inciperunt statim ad serendum idonea non sunt. *Primam syllabam indefinito tempori addendam censui, et pro Mittere, Amittere scribendum' Victorius* 12 inceperunt *B* inciperunt *PA* incoeperint *v*

14 tercio *A* uergilirum *A* solsticium *B* 15 et postea occare id est comminuere *Nonius p. 61, 25* et postea occare et postea comminuere *PAB* et postea occare et deinde comminuere *v*

id est conminuere, ne sit glaeba. quod ita occidunt, occare
dictum. vites pampinari, sed a sciente (nam id quam putare
maius), neque in arbusto, sed in vinea fieri. pampinare est e 2
sarmento coles qui nati sunt, de iis qui plurimum valent, primum
et secundum, non numquam etiam tertium, relinquere, reliquos
decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare
sucum. ideo in vitiario primitus cum exit vitis, tota resicari
solet, ut firmiore sarmento e terra exeat atque in pariendis
colibus vires habeat maiores. eiuncidum enim sarmentum propter 3
infirmitatem sterile neque ex se potest eicere vitem, quam vocant
minorem flagellum, maiorem et iam unde uvae nascuntur palmam.
prior littera una mutata declinata a venti flatu, similiter ac
flabellum flagellum. posterior, quod ea vitis inmittitur ad uvas
pariendas, dicta primo videtur a pariendo parilema: exin mutatis

---

3 e sarmento coles *Non. p. 93, 20*

---

1 gleba *V* 2 panpinari *A* 3 in arbusta *A* e sarmenta *corr.* — to *A* 4 caules *Nonius p. 93, 21* de iis *PB* de his *Av* ualent primum et secundum *Nonius* ualent asecundum *AB* ualent ad secundum *V* 5 nonnunquam *V* 7 uiciario *A* resicari *AB* resecari *VA*². '*Quod ad ueterem orthographiam pertinet, duo hic admonere possumus* : Resicari, *et* Sicari, *hoc capite contra huius temporis consuetudinem in antiquis libris scriptum esse, quemadmodum etiam hoc ipso in libro, ubi de messionis generibus agit* : *[50, 1] Et manipulum, ut quenque subsicuerunt, et eodem loco, Vt stramentum medium subsicent . nam eandem rationem habet, quod* (*ubi de modis quibus metirentur rura agit*) *in peruetusto scriptum est* : *[I 10, 2] In subsiciuum esse unciam agri* : *pro, In subseciuum* : *et quod contrariam rationem habere uidetur, Sagenantur, pro Saginantur' Victorius in fine capitis* 8 pariendis colibus *VBA*² pariendi collibus *A* pariendis collibus *m* 9 uires habeat uires | maiores, *sed* uires *posteriore loco subducta linea notatum A* eiuncidum *PAB* emucidum *v* euincidum *Angelius.* 'Eiuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile. *Vetus lectio. In excusis antea libris* Euincidum' *Victorius* sarmentum enim *corr.* enim sarmentum *B* 13 quo ea uitis immittitur *PB* quo ea uitis inmititur *A* et uitis eo quod inuitetur *v* quod ea uitis submittitur *Gesnerus* 14 exin mutatis litteris *P* exinmutatis litteris *A* ex immutatis litteris *Bv.* 'Exin mutatis litteris. *Ita ex ingenio emendaui, parua licentia usus*: *in excusis,* Ex immutatis' *Victorius*

4 litteris, ut in multis, dici coepta palma. ex altera parte parit capreolum. is est coliculus viteus intortus, ut cincinnus: is enim vitis quibus teneat id qua serpit ad locum capiendum, quo capiendo capreolus dictus. omne pabulum, primum ocinum farraginem viciam, novissime faenum, secari. ocinum dictum a graeco verbo ὠκέως, quod valet cito, similiter quod ocimum in horto. hoc amplius dictum ocinum, quod citat alvom bubus et ideo iis datur, ut purgentur. id est ex fabali segete viride
5 sectum, antequam genat siliquas; contra ex segete, ubi sata admixta hordeum et vicia et legumina, pabuli causa viride, a quo [fart] ferro caesa ferrago dicta, aut [nise] quod primum in farracia segete seri coepta. eo equi et iumenta cetera verno tempore purgantur ac saginantur. vicia dicta a vinciendo, quod item

---

2 capreolum *Paul. Fest. p. 57, 16* 4 primum ocinum *Non. p. 550, 24* 5 ocinum dictum *Plin. 18, 143*

---

1 'Ex altera parte. *Veteres libri hic perturbati: Receptam lectionem retinui, antiquam autem nunc notam faciam.* Ex altera parte parit capreolum, is est coliculus uiteus intortus, ut cincinnus : is enim uitis quib. teneat: id qua serpit ad locum capiendum quo capiendo capreolus dictus' *Victorius* 2 *fortasse* ut cincinni, vitis quibus teneat id quo serpit ad locum capiendum, a quo capiendo 3 uitis quibus teneat id qua serpit *PB* uitis quib.; teneat id qua seripit *A* uitis quibus teneat qua serpet *m* uites quibus teneat et quas eripiat *v* 4 primum ocimum *VAB* 5 fenum *A* foenum *VB* secari *Av* sicari *Pm* siccari *B* ocinum dictum *PAB* ocimum dictum *v* 6 ὠκέως] oceos *PAB* ochis *v* similiter quod *Nonius p. 551, 3* similiter quo *PAB* similiter quoque *v* ocimum in horto *PB* ocimum in orto *A* ocimum i. cito *v* 7 dictum ocinum *PAB* dictum ocimum *v* aluom *PAB* aluum *v* 8 iis *VAB corr.* his *ut videtur* A^2 id est (idē *A*) fabuli segete uiride sectum *PAB* id est pabuli segetes uirides sectae *v.* 'Id est pabuli segete. *In antiquis libris,* Id est fabuli segete. *Nam sic etiam non multo ante in iisdem locus ille scriptus est,* [I 23, 3] Et non nunquam fabulia: *in excusis autem, Fabalia*' *Victorius* 9 genat *P* genat *corr.* gerat *A* genat [al. rat] *B* gerat *m* generent *v.* '*In excusis Gerat, mendose, in manu scriptis omnibus* Genat, *recte*' *Victorius* 10 uiciam *B* pabuli causa uirdea quo fart ferro caesa ferrago dicta *PAB* pabuli causa sunt inde quod far ferro caesum farrago dictum *v* 11 aut nise quod *PB* aut inde quod *Am* aut quod *v* 12 coepta *PB* cepta *A* coeptum *v* caetera *V* 13 saginantur Am^2 sagenantur *VAB*

capreolos habet, ut vitis, quibus cum susum versus serpit, ad scapum lupini aliumve quem ut haereat, id solet vincire. si prata inrigua habebis, simulac faenum sustuleris, inrigare. in poma, quae insita erunt, siccitatibus aquam addi cotidie *vesperi.* a quo, quod indigent potu, poma [L] dicta esse possunt.

Quarto intervallo inter solstitium et caniculam plerique XXXII
messem faciunt, quod frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis, quindecim florere, quindecim exarescere, cum sit maturum. arationes absolvi, quae eo fructuosiores fiunt, quo caldiore terra aratur: si proscideris, offringi oportet, id est iterare, ut frangantur glaebae. prima enim aratione grandes glaebae ex terra scinduntur. serendum viciam, lentem, cicerculam, ervilam 2
ceteraque, quae alii legumina, alii, ut Gallicani quidam, legarica appellant, utraque dicta a legendo, quod ea non secantur, sed vellendo leguntur. vineas veteres iterum occare, novellas etiam tertio, si sunt etiam tum glaebae.

Quinto intervallo inter caniculam et aequinoctium autumnale XXXIII

4 aquam addi cotidie *Non. p. 61, 28* 5 a quo quod indigent *Non. p. 502, 24*

1 susum uersus *AB* susum uersum *P* sursum uorsum *v* 2 lupinum *corr.* — ni *A* uincire A^{2} *mv* uincere *PAB* 3 inrigua *A* irrigua *VB* fenum *A* foenum *VB* inrigare *PA* irrigare *Bv* 4 vesperi *om. VAB, add. Nonius p. 61, 28* 5 indigent *mv Nonius p. 61, 28. 502, 25* indiget *PAB* potu *VAB* potui *Nonius.* '*Communem lectionem conseruaui, quam etiam in antiquis libris repperi. Habent autem illi hic etiam L. de quo supra locutus sum*' *Victorius* poma . L. dicta *P* poma . l. dicta *AB* poma lege dicta *m* poma dicta *v*

6 plerisque *A* 7 dicunt *v* dicant *PAB* 9 absolui *AB* ad solui *P* ad solum *v* 10 caldiore terra *VA corr. ut videtur* caldiorē terrā A^{2} calidiore terra *B* calidiorem terram *m* aratur *v* arator *PAB* si proscideris *PB* supsideris *ut videtur corr.* si proscideris *A* suscindit *m* cum proscinderis *v* 11 fragantur *B* glebae *utroque loco V* 12 sinduntur *A* cice^{o}rulam *B* eruilam *PAB* eruiliam *v* 13 caeteraque *V* gal^{l}icani *A* legarica *PAB* legaria *v*

15 uel^{l}endo *A* nouellas etiam *B* nonuellas etiam *A* et nouellas etiam *V* 16 si sunt tertio *corr.* tertio si sunt *B* tercio *A* glebae *VB* glebe *A*

17 autūnale *P* autumnalae *A* autunnale *B* auctūni *v*

oportet stramenta desecari et acervos constitui, arata offringi, frondem caedi, prata inrigua iterum secari.

XXXIV Sexto intervallo ab aequinoctio autumnali incipere scribunt oportere serere usque ad diem nonagesimum unum; post brumam, nisi quae necessaria causa coegerit, non serere, quod tantum intersit, ut ante brumam sata quae septimo die, bruma sata quadragesimo die vix existant. neque ante aequinoctium incipi oportere putant, quod, si minus idoneae tempestates sint con-
2 secutae, putescere semina soleant. fabam optime seri in vergiliarum occasu: uvas autem legere et vindemiam facere inter aequinoctium autumnale et vergiliarum occasum: dein vites putare incipere et propagare et serere poma. haec aliquot regionibus, ubi maturius frigora fiunt asperiora, melius verno tempore.

XXXV Septimo intervallo inter vergiliarum occasum et brumam haec fieri oportere dicunt. serere lilium et crocum. quod iam egit radicem rosam ea conditur radicitus in virgulas palmares et obruitur: haec eadem postea transfertur facta viviradix. violaria in fundo facere non est utile, ideo quod necesse est terra adruenda

---

4 post brumam nisi quae *Plin. 18, 204* 9 fabam optime seri *Plin. 18, 228*

---

1 constitui *PAB* construi *v* aratra *A* aratra *PBm* aratro *v* inrigua *PA* irrigua *Bv*

3 autumnali *A* autunnali *B* auctunnali *V* 4 nonagesimum unum *AB* nonagensimum unum *P* XCI *v* 5 quod tantum] nisi quod tantum *B* 6 quae septimo die bruma sata quadragesimo die *PAB* septimo die quae a bruma sata XL die *v* bruma sata] *fortasse* post brumam sata 7 existant *PB* esistant *A* exeant *v*. 'XL die uix existant. *Haec est uetus lectio: antea in excusis, Exeant' Victorius*

8 sint consecutae *VB* sunt consecute *Am* 9 putescere *PAB* putrescere *v* 11 autumnale *A* autunnale *B* auctunnale *V* putare] parare *A* 12 aliquot *Bv* aliquod *PA* 15 *fortasse* quae iam egit radicem rosa, ea conciditur 16 egit *Vm* eget *AB* rosam ea conditur *AB* rosa mea conditur *P* rosa etiam conciditur *v* 17 haec eadem *VB* [hec] in eadem *A* haec in eadem *m* uiuiradix *PA* uiua radix *B* uiuiradice *v* uiolaeria *B* 18 adruendo[a]s *A* adru[e]nda *B* abruenda *P* adruendo *m* obruenda *v* ad ea obruenda *Iucundus*. '*Antiqui libri hac parte perturbati, quare communi lectione*

pulvinos fieri, quos inrigationes et pluviae tempestates abluunt
et agrum faciunt macriorem. a favonio usque ad arcturi 2
exortum recte serpillum e seminario transferri, quod dictum ab
eo, quod serpit. fossas novas fodere, veteres tergere, vineas
arbustumque putare, dum in XV diebus ante et post brumam,
ut pleraque, ne facias. nec non tum aliquid recte seritur,
ut ulmi.

Octavo intervallo inter brumam et favonium haec fieri XXXVI
oportet. de segetibus, siqua est aqua, deduci: sin siccitates sunt
et terra teneritudinem habet, sarire. vineas arbustaque putare.
cum in agris opus fieri non potest, quae sub tecto possunt tunc
conficienda antelucano tempore hiberno. quae dixi scripta et proposita habere in villa oportet, maxime ut vilicus norit.

Dies lunares quoque observandi, qui quodam modo bipertiti, XXXVII
quod a nova luna crescit ad plenam et inde rursus ad novam
lunam decrescit, quaad veniat ad intermenstruum, [e] quo die
dicitur luna esse extrema et prima; a quo eum diem Athenis
appellant ἕνην καὶ νέαν, τριακάδα alii. quaedam facienda in agris
potius crescente luna quam senescente, quaedam contra
quae metas, ut frumenta et caeduas silvas. Ego istaec, 2

---

20 ego istaec *Plin. 16, 194*

---

conseruata, ueterem nunc notam faciam, si possit aliquam utilitatem afferre: Terra adruenda puluinos, etc. *Caetera hic restituta, ex iisdem libris sumpta sunt, et uitio carent' Victorius* 1 inrigationes *A* irrigationes *VB* et pluuiae tempestates *P Victorius* et pluuiane tempestates *A* et pluuia et tempestates *B* et pluuiae et tempestates *v* 2 fatiunt *A* macriorem *PA Victorius* maiorem *B* minorem *v* 4 fassas *A corr.* fossas *A*² 6 pleraque *VB* plerumque *A* pleramque *m* serritur *A*

8 haec fieri *AB* hoc fieri *V* 9 sin *VB* si *m et in rasura A vel A*² 10 teritudinem *B* 13 proposita *PAB* posita *v*

15 quod a noua *VB* quod ab nououa *A* 16 quod adueniat *AB* quoad ueniat *V* quod ueniat *Victorius* e *delevit Ursinus* 17 extrema] extra *A* eum diem] eum diem facienda in agris *A* athenas *corr.* — nis *A* 18 appellant ἕνην καὶ νέαν τριακάδος *v ubi* τριακάδα *correxit et in margine* cenen cęnean triacada *adscripsit P*, appellant cenen cene antria | cada *A* appellant cenen caeneantriacada *B*

20 istaec *P* ista^{h}ec *A* ista et *B* ista haec *m* ista etiam *v*

inquit Agrasius, non solum in ovibus tondendis, sed in meo capillo a patre acceptum servo, ni decrescente luna tondens calvos fiam. Agrius, Quem ad modum, inquit, luna quadripertita? et quid ea
3 divisio ad agros pollet? Tremelius, Numquam rure audisti, inquit, octavo Ianam lunam et crescentem et contra senescentem, et quae crescente luna fieri oporteret, [et] tamen quaedam melius fieri post octavo Ianam lunam quam ante? et siquae senescente fieri conveniret, melius, quanto minus haberet ignis id astrum? dixi de quadripertita forma cultura agri.

4 Stolo, Est altera, inquit, temporum divisio coniuncta quodam modo cum sole et luna, quin sexpertita, quod omnis fere fructus quinto denique gradu pervenit ad perfectum ac videt in villa dolium ac modium, unde sexto prodit ad usum. primo praeparandum, secundo serendum, tertio nutricandum, quarto legendum, quinto condendum, sexto promendum. ad alia in praeparando faciendi scrobes aut repastinandum aut sulcandum, ut si arbustum aut pomarium facere velis; ad alia arandum aut fodien-

---

1 inquit *VB* inquid *A* agrassius *A* 2 'Ni decrescenti Luna tondens caluus fiam. *Antiqua lectio restituta: nisi quod uetere more scribendi illa* Tondes caluos, *habebat'. Victorius* ni decrescente *P* ni decrescente *corr.* — ti *A* ni decrescenti *B* ne decrescente *m* ut decrescente *v* tondens *mv* tondes *PAB* caluos fiam *PB* caluo fiam *A* caluefiam *m Iucundus* caluus fiam *v* 3 inquit *Bv* inquid *PA* 4 nunquam *V* inquit *VB* inquid *A* 5 ianam lunam *v* lanam lunam *PAB* 6 et tamen quae melius *A*. et *delevit Ursinus* 7 post octauo lanam lunam *PB* post octauo lunam lunam *A* octauo post ianam lunam *v* 9 cultura *PAB* culturae *v*. *fortasse* in cultura

10 est altera inquit *B* est altera inquid *A* est altera quidem inquit *V* 11 quin sexpertita *PB* quin (*sed* i *in rasura scriptum A*) sexpertitam *Am* quin sexpartita *v*. *fortasse* quae est sexpertita 13 mod[i]um *A* primo *Iucundus* primum *VAB* 14 serendum *bis scriptum, sed posteriore loco deletum est in B* tercio *A* 15 'Ad alia in praeparando faciendi scrobes. *Ita locum restitui ex antiquis libris. sic etiam infra loquitur,* Ad alia arandum. *nec multo post,* Ad quaedam bipalio uertenda terra. *Deceperat librarios, quod hic praepositio* Ad, *per t, scripta est,* At: *ut duobus etiam locis, qui consequuntur' Victorius.* at alia in praeparando faciendi scrobes *V* at alia in praeparando "scrobes "faciendi *A* at alia "faciendi in praeparando "scrobes *B* at in praeparando scrobes faciendi *Iucundus* 17 ad alia arandum *Iucundus* at alia arandum *VAB*

dum, ut si segetes instituas; ad quaedam bipalio vertenda terra 5 plus aut minus. aliae enim radices angustius diffundunt, ut cupressi, aliae latius, ut platani, usque eo, ut Theophrastus scribat Athenis in lyceo, cum etiam nunc platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse. quaedam si bubus et aratro proscideris, et iterandum, antequam semen iacias. item praeparatio siquae fit in pratis, id est ut defendantur a pastione, quod fere observant a piro florente; si inrigua sunt, ut tempestive inrigentur.

XXXVII Quae loca in agro stercoranda, videndum, et qui et quo genere potissimum facias: nam discrimina eius aliquot. stercus optimum scribit esse Cassius volucrium, praeter palustrium ac nantium. de hisce praestare columbinum, quod sit calidissimum ac fermentare possit terram. id ut semen aspargi oportere in agro, non ut de pecore acervatim poni. ego arbitror praestare 2 ex aviariis turdorum ac merularum, quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum ita bubus ac subus, ut fiant pingues. itaque qui aviaria conducunt, si cavet dominus stercus ut in

3 Theophrastus scribat *hist. plant. I 7, 1*
11 stercus optimum *geopon. II 21, 4* 15 ego arbitror *Plin. 17, 50*

1 $\text{instas}^{\text{itu}}$ *B* ad quaedam *PAB* at quaedam *v* 3 platani *VB* $\text{plata}^{\text{n'}}$ *A* scribat athenas *P* scribat athenaes *B* scribat ut athenas *A* scribit ut athenas *m* scribit athenis *v* 4 lyceo *A* lycaeo *VB* etiam nunc *PB* $\text{etiã}^{\overline{\text{nc}}}$ *A* etiam num *v* etiam tunc *Gesnerus* esset] esse *A* 6 proscideris *V* proscinderis *A* proscinderis *Bm* iacias] iactas *PAB* iactes *mv* 7 siquae *AB Victorius* sique *P* siqua *mv* pratis *ABv* partis *in margine adscripsit P* 8 inrigua *PA* irrigua *Bv* tepestiue *A* 9 inrigentur *A* irrigentur *VB* 11 $\text{discrim}^{\text{ina}}$ *B* aliquot *Bv* aliquod *PA* 13 praestare] p̄rare *A* 14 id ut] ụṭ id ut *A* aspargi *PAB* aspergi *v* 15 non *Bv* nunc *corr.* non *A* nun *P* praestare *V* p̄rare *A* praestare ịṇ ạgṛọ *B* 16 auiaris *A* merilarum *A* non solum ad agrum *VB* non solum id ad agrum *A*, *sed* i *littera addita* A^2, non solum id agrum *m* 17 bubus ac subus *PA* bubus ac suibus *B* bubus et suibus *v*. '*In antiquis libris* Subus, *ut etiam illo loco II libri [1, 5] de suibus nemini ignotum*' *Victorius* 18 si caueto *VA*, *sed* o *littera expuncta* A^2 sic aueto *B*

fundo maneat, minoris conducunt, quam ii quibus id accedit. Cassius secundum columbinum scribit esse hominis, tertio ca-
3 prinum et ovillum et asininum, minime bonum equinum, sed in segetes: in prata enim vel optimum, ut ceterarum veterinarum, quae hordeo pascuntur, quod multam facit herbam. stercilinum secundum villam facere oportet, ut quam paucissimis operis egeratur. in eo si in medio robusta aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci.

XXXIX Sationis autem gradus secundus [hanc] habet naturam ad quod tempus cuiusque seminis apta sit ad serendum. nam refert in agro ad quam partem caeli quisque locus spectet, sic ad quod quaeque tempus res facillime crescat. nonne videmus alia florere verno tempore, alia aestivo, neque eadem autumnali, quae hiberno?
2 itaque alia seruntur atque inseruntur et metuntur ante aut post quam alia; et cum pleraque vere quam autumno inserantur, circiter solstitium inseri ficos nec non brumalibus diebus cerasos.
3 quare cum semina sint fere quattuor generum, quae transferuntur

---

3 minime bonum equinum *Plin. 17, 54* 7 in eo si in medio *Plin. 17, 57*

---

1 maneant *A* quam ii *PB* quam in *Am* quam hi *v* accedit id *corr.* id accedit *B* 2 esse dns hominis, *sed* dns *deletum A* tercio *A* 4 caeterarum *V* 5 stercilinum *PB* stercilinium *A* sterquilinium *v* 7 in eo si] Mirum *in margine adscriptum A* robusta *PA* rusta robusta, *sed* rusta *deletum B* robustea *v*. 'Robusta aliqua materia. *Antiqua haec lectio* : *antea Robustea*' *Victorius* depacta *V* depicta *corr.* depacta *A* depacata *B* depicta *m*

9 Sationis] De serendis *in margine rubrica A* hanc habet *V* hunc (*corr.* hanc) habet *A* hanc aut habet, *sed* aut *deletum B* 12 facillime *V* facillissime *A* facilissime *B* crescat *PA* crescant *B* crescant *v* 13 autumnali *A* autūnali *P* autunnali *B* auctūnali *v* hyberno *V* 14 seruntur] reseruntur *Am* 15 uere melius quam autumno *Iucundus* autūno *P* autunno *B* autunnum *A* auctunno *v* 16 solstistitium *A* brumamlibus *corr.* brumalibus *A* 17 semina sint fere quattuor generum *AB* semina fere sint quattuor generum *P* semina fere quattuor sint generum *v* 'Quae transferuntur e terra in terram. *Plura hic erant uerba, quae in antiquis non inueniuntur* : *nam quod in illis primum est uerbum, post ultimum a nobis adductum*, Viuas radices, *est* : *non Viuae radices, ut in excusis*. *Locus obscuritatem non paruam in se habet, et fortasse lacer est*' *Victorius*

e terra in terram, vivas radices, quae ex arboribus dempta demittuntur in humum, quae inseruntur ex arboribus in arbores, de singulis rebus videndum, quae quoque tempore locoque facias.

Primum semen, quod est principium genendi, id duplex, XL unum quod latet nostrum sensum, alterum quod apertum. latet, si sunt semina in aere, ut ait physicos Anaxagoras, et si aqua, quae influit in agrum, inferre solet, ut scribit Theophrastus. illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. quaedam enim ad genendum propterea usque adeo parva, ut sint obscura, ut cupressi. non enim galbuli, qui nascuntur, id est tamquam pilae parvae corticiae, id semen, sed in iis intus. primigenia semina dedit natura, reliqua invenit experientia coloni. 2 [num] prima quae sine colono, priusquam sata, nata; secunda quae ex iis collecta neque, priusquam sata, nata. prima semina videre oportet ne vetustate sint exsucta aut ne sint admixta aut ne propter similitudinem sint adulterina. semen vetus tantum valet in quibusdam rebus, ut naturam conmutet. nam ex semine brassicae vetere sato nasci aiunt rapa et contra ex rapo-

---

5 latet, si sunt semina in aere *Theophr. hist. plant. III 1, 4 caus. plant. I 5, 2* 8 quaedam enim ad genendum *Theophr. caus. plant. I 5, 4*

---

1 in terram uiuas (*corr.* uiua *A*[2]) radices *PAB* in terram uiua radice *m* in terram per se a natura alia ex industria ut faciunt uiuiradices *v* 2 demittuntur *PB* dimittuntur *Av*

4 cenendi *PAB* oriendi *v* . 'Quod est principium genendi . *Haec uera est lectio : in excusis eadem sententia, sed alio uerbo, Oriendi legitur : manu scripti codices* Cenendi, *usitato errore, G, in C, commutandi . De hoc uerbo paulo ante copiosius disserui : infra item, Ad genendum, emendaui : ubi eodem pacto antea peccatum fuerat Victorius* 6 physicos *PA* phisicos *B* physicus *v* si aqua] si[a]qua *B* 9 ad cenendum propterea usque adeo *PAB* ad oriendum sunt usque adeo *v* propterea] *fortasse* principia 11 tanquam *VAB* 13 num prima quae sine *PB* num prima sine *A* non prima sine *m* unde prima quae sine *v* num] nam *Gesnerus* 14 collecta] colectu *A* neque priusquam *V* neque priusqua *A* neque prius s' quam, *sed* s' *deletum B*

15 sunt exsucta *A* adiuxta *corr.* admixta *A* 16 sint *postremo loco superscriptum in B* 17 commutet *VAB* 18 nas | sci *A* nascitur *B*

3 rum brassicam. secunda semina videre oportet ne, unde tollas,
nimium cito aut tarde tollas. tempus enim idoneum, quod
scribit Theophrastus, vere et autumno et caniculae exortu, neque
omnibus locis ac generibus idem. in sicco et macro loco et
argilloso vernum tempus idoneum, quo minus habet umoris:
in terra bona ac pingui autumno, quod vere multus umor, quam
4 sationem quidam metiuntur fere diebus XXX. tertium genus
seminis, quod ex arbore per surclos defertur in terram, si in
humum demittitur, in quibusdam [cum] est videndum ut eo
tempore sit deplantatum, quo oportet (id fit tum, antequam
gemmare aut florere quid incipit); et quae de arbore transferas
ut ea deplantes potius quam defringas, quod plantae solum
stabilius, quo latius aut radices facilius mittit. ea celeriter,
antequam sucus exarescat, in terram demittunt. [dum] in olea-
gineis seminibus [arbores] videndum ut sit de tenero ramo ex
utraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clavolas, alii
5 taleas appellant ac faciunt circiter pedales. quartum genus semi-
nis, quod transit ex arbore in aliam, videndum qua ex arbore

2 tempus enim idoneum *Theophr. caus. plant. I 6, 3 sqq.* 15 ex utraque parte aequabiliter *Non. p. 414, 27*

1 uidereṭ oportet *A* 3 theophratus *A* autūno *P* autunno *B* autum . *A* auctunno *v* 4 in sicco *ABv* in sico *P* 5 umoris *PA* humoris *Bv* 6 autūno *P* autumno *A* autunno *B* auctunno *v* umor *PA* humor *Bv* 8 'Quod ex arbore per surculos etc. *Communi lectione conseruata ueterem scripturam omnibus adponam : perturbatam illam quidem, et maculosam, quae tamen fortasse opem adferre possit ad ueriorem indagandam* : Quod ex arbore per surclos defertur in terram si in humum demittitur in quibusdam cum est uidedum etc.' *Victorius* surclos *PA* surdos *B* surculos *v* sic in humum demittitur, ut in quibusdam tamen sit uidendum *Iucundus* 9 dimittitur *VAB* in quibusdam cum est *PB* in quibusdam cumē *A* in quibusdam˙tamen est *v* 10 quo oportet *v* quod oportet *PAB* 13 mitti *A corr.* mittit *ut videtur* A^2 14 in terram demittendum, in oleagineis seminibus uidendum *Scaliger* dum in oleagineis *PA* dum in oleage^{e}nis *B* demum in oleagineis *v* '*Nihil hic uariaui, diuersi tamen sunt antiqui codices et locus fortasse uitii aliquid habet : pro Demum, igitur in illis* Dum : *ac non multo post, ubi in impressis, Alii clauolas : in iisdem,* Aliis clauolas . *Fortasse, Alii sclauolas, legendum est' Victorius* 15 ex utra^{que} parte *B* 16 alii clauolas *Pm* aliis clauolas *A* alii sclauolas *Bv* 18 uidemdum *A*

in quam transferatur et quo tempore et quem ad modum obligetur. non enim pirum recipit quercus: neque enim si malus pirum. hoc secuntur multi, qui haruspices audiunt [multum], a quibus proditum, in singulis arboribus quot genera insita sint, uno ictu tot fulmina fieri illut quod fulmen concepit. si in pirum silvaticam inserueris pirum quamvis bonam, non fore tam iucundam, quam si in eam quae silvestris non sit. in quam- 6
cumque arborem inseras, si eiusdem generis est, dumtaxat ut sit utraque malus, ita inserere oportet referentem ad fructum, meliore genere ut sit surculus, quam est quo veniat arbor. est altera species ex arbore in arborem inserendi nuper animadversa in arboribus propinquis. ex arbore, qua vult habere surculum, in eam quam inserere vult ramulum traducit et in eius ramo praeciso ac diffisso inplicat, eum locum qui contingit, ex utraque parte quod intro est falce extenuatum, ita ut ex una parte quod caelum visurum est corticem cum cortice exaequatum habeat. eius ramuli, quem inseret, cacumen ut derectum sit ad caelum curat. postero anno, cum conprendit, unde propagatum est, ab altera arbore praecidit.

Quo tempore quaeque transferas, haec in primis videnda, XLI
[quod] quae prius verno tempore inserebantur, nunc etiam

---

3 secuntur *AB* sequuntur *V* haruspices *PA* aruspices *Bv* 4 quot genera *v* quod genera *PAB* insita sint *A V* insita sunt *B* 5 illut *P* illud *ABv* concipit *corr.* concepit *B* 6 inserueris *PAB* inseueris *v* fore] foret *B* 7 iucundam *v* iucundum *PB* iudcundum *A* iocundum A^2m quam si in eam A^2mv quam si in ea *PB et superscripto* in *A* quamcumque *A* quancunque *VB* 8 ut sit utraque *VB* ut si utraque *A* 9 malus *V* maius *AB* inse^{e}rre *A*

14 ac diffisso *A* et diffisso *P* et defisso *v* inplicat . *una littera post* t *erasa A* implicat *VB* contingit *PB* contigit *A* contigerit *v*

15 quod intro est *VB* quo intro est *A* quo intra est *m* una parte *AB* una parti *P* ima parte *v* 16 corticem cum cortice exaequatum *m Iucundus* corticem cum cordice exequantum *A* cortice cum cordice exaequatum *B* corticem cum codice exaequatum *V* 17 insereret *corr.* inseret *A* derectum *PAB* detectum *v* 18 cum comprendit *PB* con conprendit *A* cum comprehendit *v* 19 praecidit *VB* procidit *A*

20 quaeque transferas *mv* quaque transferas *PAB* 21 quodque *VA* quodq; *B* quoque *m* quod quae *Iucundus*

solstitiali, ut ficus, quod densa materia non est et ideo sequitur caldorem. a quo fit ut in locis frigidis ficeta fieri non possint. aqua recenti insito inimica: tenellum enim cito facit putre.
2 itaque [qui fit] caniculae signo commodissime existimatur ea inseri. quae autem natura minus sunt mollia, vas aliquod supra alligant, unde stillet lente aqua, ne prius exarescat surculus, quam colescat. cuius surculi corticem integrum servandum et eum sic exacuendum, ut non denudes medullam. ne extrinsecus imbres noceant aut nimius calor, argilla oblinendum ac libro obligandum.
3 itaque vitem triduo antequam inserant desecant, ut qui in ea nimius est umor defluat, antequam inseratur; aut in quam inserunt, in ea paulo infra, quam insitum est, incidunt, [in] qua umor adventicius effluere possit. contra in fico et malo punica, et siqua etiam horum natura aridiora, continuo. in aliis translationibus videndum ut quod transferat [in] cacumen habeat gemmam, ut in ficis.

4 De his primis quattuor generibus seminum quaedam quod tardiora, surculis potius utendum, ut in ficetis faciunt. fici enim semen naturale intus in ea fico, quam edimus, quae sunt minuta grana, e quibus parvis quod enasci coliculi vix queunt —: omnia enim minuta et arida ad crescendum tarda, ea quae laxiora, et

3 aqua recenti insito inimica *Theophr. caus. plant. I 6, 6* 20 omnia enim minuta *Theophr. caus. plant. I 8, 4*

1 solsticiali *A* 2 caldorem *Iucundus* caldiorem *PAB* calidiorem *v* 4 qui fit caniculae signo *PAB* quae fit caniculae signo *v* quod inseritur caniculae signo *Iucundus*. '*Vetus lectio*, Qui fit caniculae etc.' *Victorius* existimatur *PAB* existimantur *v* 6 colescat *PAB* coalescat *mv* 7 cort[ic]em *B* 9 argillam, *sed* m *deletum A* 10 uitem triduo *ABv* uitem cum triduo *Pm* ut qui in ea A^2*mv* ut quod ea *PAB* 11 umor *PA* humor *Bv* defluat *m* diffluat *VAB* in qua inserunt *VAB* 12 in ea] in qua ea, *sed* qua *deletum A* 13 umor *PA* humor *Bv* malo punica *V* malo punico *AB* 14 aridiora *AB* aridior *V* translationibus *ABv*. s *ante* l *subducta lineola, ut esset* tranlationibus, *notavit P* 15 transferat *AB Victorius* transferat' *h. e.* transferatur *V*
17 de his *ABv* de iis *P* primis *delevit Gesnerus* quedam *A corr.* quorūdam A^2 18 surculus *corr.* — lis *B* fecetis *corr.* ficetis *B* 21 tarda] tardat *B*

fecundiora, ut femina quam mas et pro portione in virgultis
item. itaque ficus, malus punica et vitis propter femineam
mollitiam ad crescendum prona, contra palma et cupressus et 5
olea in crescendo tarda: in hoc enim umidiora quam aridiora.
quare ex terra potius in seminariis surculos de ficeto quam
grana de fico expedit obruere, praeter si aliter nequeas, ut
siquando quis trans mare semina mittere aut inde petere vult.
tum enim resticulam per ficos, quas edimus, maturas perserunt
et eas, cum inaruerunt, conplicant ac quo volunt mittunt, ubi
obrutae in seminario pariant. sic genera ficorum, chiae ac chal- 6
cidicae et lydiae africanae, item cetera transmarina in Italiam perlata. simili de causa, oleae semen cum sit nuculeus, quod ex eo
tardius enascebatur colis quam ex aliis, ideo potius in seminariis
taleas, quas dixi, serimus. in primis observes ne in terram XLII
nimium aridam aut variam, sed temperatam, semen demittas. in
iugerum unum, si est natura temperata terra, scribunt opus esse
medicae sesquimodium. id seritur ita, ut semen iaciatur, quem
ad modum [L] cum pabulum et frumentum seritur. cytisum XLIII
seritur in terra bene subacta tamquam semen brassicae. inde
differtur et in sesquipedem ponitur, aut etiam de cytiso duriore
virgulae deplantantur, et ita pangitur in serendo. seruntur fabae XLIV

---

1 foecundiora *V* foemina *V* 2 'Propter foemineam mollitiam. *Ita habent antiqui libri : non Mollitiem, ut in excusis' Victorius* femineam A^2*m* feminam *AB* foemineam *V*, *ubi* a *litteram subducta lineola notavit P*, *ut esset* feminem; *videtur potius* e *littera notata* feminam *scribere voluisse* 3 mollitiam *PAB* molliciam *v* 4 olea inc increscendo *A* umidiora *PA* humidiora *Bv* 8 pesticulam (*corr.* resticulam A^2) per ficos *PAB* resticulam per ficus *m* per resticulam ficos *v* 9 inaruerunt *AB Victorius* inaruerint *V* complicant *VAB* quo] co *A corr.* quo A^2 11 lydiae africanae *V* lidiae africanae *B* lidie affricane *A* lydiae et africanae *Iucundus* caetera *V* 12 nuculeus *PAB* nucleus A^2*mv* 13 in seminariis *in margine scriptum in B* 14 dixi *AB* diximus *V* ne in terram *AB* uel in terram *V* 15 demittas *VA* dimittas *B* 17 medica esesquimodium *A* ita ut — seritur *in margine scripta in B* iaciatur *Gesnerus* iactatur *VAB* quemadmodum . L. cum *PB* quemadmodum . l. cum *A* quemadmodum scilicet cum *v* . '*Pro scilicet, in manu scriptis codicibus est nota illa, de qua bis antea locutus sum, quae quid significet, non dum percepi* : Quemadmodum L. cum pabulum' *Victorius* 19 tamquam *A* tanquam *VB* 21 deplantantur *VB* deplantatur *A*

modii IIII in iugero, tritici V, hordei VI, farris X, sed non nullis
locis paulo amplius aut minus. si enim locus crassus, plus; si
macer, minus. quare observabis, quantum in ea regione consu-
etudo erit serendi, ut tantum facias: quantum valet regio ac
genus terrae, ut ex eodem semine aliubi cum decimo redeat,
2 aliubi cum quinto decimo, ut in Etruria locis aliquot. in Italia
in Subaritano dicunt etiam cum centesimo redire solitum, in
Syria ad Gadara et in Africa ad Byzacium item ex modio nasci
centum. illut quoque multum interest, in rudi terra, an in ea
seras, quae quotannis obsita sit, quae vocatur restibilis, an in
3 vervacto, quae interdum requierit. Cui Agrius, in Olynthia quo-
tannis restibilia esse dicunt, sed ita ut tertio quoque anno
uberiores ferant fructos. Licinius, Agrum alternis annis relinqui
oportet paulo [aut] levioribus sationibus, id est quae minus
sugunt terram.

Dicetur, inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus
4 atque alimoniis eorum? Ille, Quae nata sunt, inquit, in fundo

---

2 paulo] pabulo, *sed* b *littera deleta A* 4 quantum valet] quod tantum valet *Ursinus* 5 aliubi *utroque loco VA* alicubi *utroque loco Bm* 6 aliquot *v* aliquod *PAB* 7 subaritano *PAB* sybaritano *v* 8 syria *VA* siria *B* ad garada *PAB* agarada *v* byzacium *B* byzachium *P* bizantium *A* bizancium *m* byrachium *v* . 'Et in Africa ad Byzacium . *Sic habent antiqui libri, non ut ante excusi omnes Byrachium' Victorius* 9 illut *P* illud *ABv* 10 quot annis *Bv* quod annis *corr. ut videtur* quot annis *A* quod annis *P* 11 agrius *mv* acrius *PA* acruis *B* quot annis *V* quod annis *B* quod animis *corr.* quod annis *A* 12 sed ita ut tertio *P* sed ita ut tercio *A* sedit aut tertio *B* sed id aut tertio *v* anno quoque *corr.* quoque anno *A* anno quoque *m* 13 fructos *PAB* fructus *mv* 14 paulo aut *AB* aut paulo *V* sa[ti]nonibus *A* sancionibus *m* 15 ternam *ut videtur A corr.* terram *A*[2]

16 Dicetur] De nutricand' *in margine rubrica A* inquit *VB* inquid *A* tercio ·*A* nutri[c]ationibus *A* 17 atque *Bv* adque *PA* 'Quae nata sunt inquit . *Ante haec uerba in excusis, Licinius* : *in uetustissimis libris*, Ille : *infra post Praegnantia, eadem illa littera, quae nobis saepe molesta est* : *antiqua enim lectio haec*, Praegnantia L. cum sunt . *Praeterea ad hunc locum in margine optimi exemplaris mendi nota adposita' Victorius* ille *VA corr.* illa *A*[2] illae *B* Licinius *Iucundus* inquit *Bv* inquid *PA*

alescunt, adulta concipiunt, praegnatia [L], cum sunt matura, pariunt poma aut spicam, sic alia. a quo profectum redit semen. itaque si florem acerbumve pirum aliudve quid decerpseris, in eodem loco eodem anno nihil renascitur, quod praegnationis idem bis habere non potest. ut enim mulieres habent ad partum dies certos, sic arbores ac fruges.

Primum plerumque e terra exit hordeum diebus VII, nec XLV
multo post triticum; legumina fere quadriduo aut quinque diebus, praeterquam faba: ea enim serius aliquanto prodit, seges ostendit. item milium et sesima et cetera similiter aequis fere diebus, praeterquam siquid regio aut tempestas viti attulit, quo minus ita fiat. quae in seminario nata, si loca erunt frigidiora, quae 2
molli natura sunt, per brumalia tempora tegere oportet fronde aut stramentis. si erunt imbres secuti, videndum necubi aqua consistat: venenum enim gelum radicibus tenellis. sub terra et supra virgulta ne eodem tempore aeque crescunt. nam radices 3
autumno aut hieme magis sub terra quam supra alescunt, quod tectae terrae tepore propagantur, supra terram aere frigidiore tinguntur. itaque ita esse docent silvestria, ad quae sator non

---

3 itaque si florem *Theophr. caus. plant. I 14, 1* 7 Primum plerumque *Theophr. hist. plant. VIII 1, 5* 15 sub terra et supra *Theophr. caus. plant. I 12, 1 sqq.*

---

1 praegnatia (*corr.* praegnātia *A*) . l . cum sunt *AB* praegnan- ia . L. cum sunt *P* praegnantia uel cum sunt *v* maturia *A corr.* matura A^2 *ut videtur* 2 poma u aut *B* 3 decer^p serit *corr.* — ris *A* 4 nichil *A* 6 harbores *A*

7 e te^r ra *A* 9 faba *VB* fabā *A* seges ostendit *delevit Ursinus* 10 ses^i ma *A* caetera *V* 11 uitii *VAB* atulit *A*

13 tege^re *A* 15 consistit *A* gelum *PAB* gelu *v* tenellis *V et superscriptum B* tenēdis *sed* dis *in rasura A* tenendis *m* 16 ne eodem *PAB* nec eodem *v* 17 autumno *A* autunno *B* auctūno *V* quod tectae terrae tepore *AB* quo tecte terrae tepore *P* quo certe terra tempore tectae *v* 19 tinguntur *VAB* ringuntur *Iucundus.* 'Aëre frigidiore tinguntur . *Manu scripti libri sic habent* : *Excusi uero, Ringuntur* : *neutra lectio satis plana* : — *Fortasse, Tanguntur, legi debet*' *Victorius* . stringuntur *Pontedera p. 161* itaque ita esse *PAB* idque ita esse *v* . *fortasse* atque ita esse ad quae sator A^2mv at quae sator *P* atq; sator *AB*

accessit. nam prius radices, quam ex iis quod solet nasci, crescunt. neque radices longius procedunt, nisi quo tepor venit solis. duplex causa radicum, quod et materiem aliam quam aliam longius proicit natura, et quod alia terra alia facilius viam dat.
XLVI propter cuius modi res admiranda discrimina sunt natura aliquot, ex quibusdam foliis propter eorum versuram, quod sit anni tempus, ut dici possit, ut olea et populus alba et salix. horum enim folia cum converterunt se, solstitium dicitur fuisse. nec minus admirandum quod fit in floribus, quos vocant heliotropia ab eo, quod ad solis ortum mane spectant et eius iter ita secuntur ad occasum, ut ad eum semper spectent.

XLVII In seminario quae surculis consita et eorum molliora erunt natura cacumina, ut olea ac ficus, ea summa integenda binis tabellis dextra et sinistra deligata herbaeque eligendae. eae dum tenerae sunt, vellendae. prius enim aridae factae rixantur ac celerius rumpuntur, quam secuntur. contra herba in pratis ad spem faenisiciae nata non modo non evellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda. quo et pecus ab prato ablegandum et omne iumentum, etiam hominem. solum enim hominis exitium herbae
XLVIII et semitae fundamentum. in segetibus autem frumentum, quo

---

2 neque radices longius *Theophr. hist. plant. I 7, 1 Plin. 16, 129*
3 causa radicum *Charis. p. 142, 14* 5 propter cuius modi res *Theophr. hist. plant. I 10, 1 Plin. 2, 108*

---

1 quam ex iis quod solent *PB* qua ex iis quod solent *A* quam ex iis quae solent *v* 2 tepor uenit solis *Popma* tempore uenit solis *PAB* tempore uenit sol his *v* 3 radicium *Charisius p. 142, 14* materiem *AB* materiam *V* 5 admiranda *VA* ammiranda *B* natura aliquod *PAB* naturalia quod *m* nam aliquot *v* . *fortasse* naturae aliquot 10 ad solis] $\overset{d}{a}$solis *A* spectantant *corr.* spectant *priore loco A* 11 secuntur *AB* sequuntur *V* spectant *corr.* spectent *posteriore loco A*
13 cacumina *superscriptum in A* ac ficus *Vm* ac fi *AB* ea] ca *corr.* ea *ut videtur A* integendo *A* 14 deligata *PAB* alligata *v* deligatis *Iucundus* ęligendae *B* eae dum *VB* cedum *A corr.* hedum A^2 hec dum *m* 16 secuntur *AB* sequuntur *V* herba *mv* herbam *PAB* 17 fenisiciae *AB* foenisiciae *V* 18 quo et *VB* qui (*corr. ut videtur* quo) et *A* quin et *m* ab prato *P* ab pratro *A* a prato *Bv*
20 *fortasse* frumenti quam culmus quo culmus *VB* quod culmus *Am*

culmus extulit spicam, ea, quae mutilata non est in hordeo et
tritico, tria habet continentia, granum, glumam, aristam et etiam,
primitus spica cum oritur, vaginam. granum dictum quod est
intimum soldum; gluma qui est folliculus eius; arista quae ut
acus tenuis longa eminet e gluma, proinde ut grani apex sit
gluma et arista. arista et granum omnibus fere notum, gluma 2
paucis. itaque id apud Ennium solum scriptum scio esse in
Euhemeri libris versis. videtur vocabulum etymum habere a
glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. itaque eodem
vocabulo appellant fici eius, quam edimus, folliculum. arista
dicta, quod arescit prima. granum a gerendo: id enim ut gerat
spica, seritur frumentum, non ut glumam aut aristam gerat, ut
vitis seritur, non ut pampinum ferat, sed ut uvam. spica autem,
quam rustici, ut acceperunt antiquitus, vocant specam, a spe
videtur nominata: eam enim quod sperant fore, serunt. spica 3
mutila dicitur, quae non habet aristam: ea enim quasi cornua
sunt spicarum. quae primitus cum oriuntur neque plane appa-
rent, qua sub latent herba, ea vocatur vagina, ut in qua latet

---

3 granum dictum *Non. p. 118, 3*

---

1 mutilata *m* multilata *PA* multiloca *v* mutica *Iucundus* . 'Ea quae mutilata non est . *Antea hic, Mutica* : *Vetustissimum exemplar*, Multilata : *Vna detracta litera* Mutilata *emendaui*, *quam ueriorem puto esse lectionem, et ex priscis uestigiis*, *et ex sententia etiam ipsa. Sed hanc ipsam, quam me restituisse dico, in Gallicano etiam codice sine ullo uitio inueni' Victorius* ut in hordeo *Gesnerus* 2 continentiam *A*, *sed* m *expunctum* A^2 4 soldum *PAB* solidum *v* gluma qui est *Am* glumam qui est *VB* foliculus *A* 5 longe eminet *Nonius p. 118*, *5* 8 euhemeri libris uersis *PB* euhemeris libris uersis *A* ephemeridis uersibus *v* uocabubum *B* etymum *PAB* etymon *v* 9 fulliculo *A corr.* folliculo A^2 10 quam edimus *AB* quem edimus *V* 11 granum a gerendo *m* granum gerendo *VB* $^{\text{granum a}}$gerendo *A* 12 non ụt ut *A* glumam aut aristam VA^2m gluma aut arista *AB* 13 pampinnum *A* sed ut uuam *AB* sed uuam *V* spica autem *Iucundus* spicam autem *VAB* 14 uocant specam *Iucundus* uocant spicam *VAB* . c'. specam *in margine adscripsit P* 15 fore serunt *om. A* spica mutila *Ursinus* spica mutica *VB* spicam | utica *A* 16 ea enim *VAB* eae enim *Victorius* 17 ori^{v}antur *A* plane *VAB* plene A^2m 18 qua sub latent *Gesnerus* qua sublatent *PAB* qua sublatet *v* ut in qua latet *VB* ut . . iqua latẹnt *duabus litteris post* ut *deletis A* uti qua latet *m*

conditum gladium. illut autem summa in spica iam matura, quod est minus quam granum, vocatur frit. quod *in* infima spica ad culmum stramenti summum item minus quam granum est, appellatur urrucum.

XLIX Cum conticuisset nec interrogaretur, de nutricatu credens nihil desiderari, Dicam, inquit, de fructibus maturis capiendis. primum de pratis summissis, herba cum crescere desiit et aestu arescit, subsecari falcibus debet et, quaad perarescat, furcillis versari: cum peraruit, de his manipulos fieri ac vehi ad villam: tum de pratis stipulam rastellis eradi atque addere faenisiciae

2 cumulum. quo facto sicilienda prata, id est falcibus consectanda quae faenisices praeterierunt ac quasi herba tuberosum reliquerunt campum. a qua sectione arbitror dictum sicilire pratum.

---

11 sicilienda prata *Plin. 18, 259*

---

1 conditum gladium *PB* conditū gladium *corr.* conditu gladius *A* conditus gladius *mv* . 'Latet conditum gladium. *Vetus haec est lectio, quam restitui' Victorius* illut autem *P* illud autem *Bv* illa autem *Am* 2 quod in infima *Iucundus* quod in firma *VAB* 3 appellatur (appellatum *B*) urrucum conticuisset *PB* appellatur ... cum conticuisse *cum rasura trium litterarum ante* cum *et in margine rubrica* De Colligend' *A* appellatur uerum cum conticuisset *A*[2]*m* appellatur urruncum Cum tacuisset *v* 4 urruncum . Verum cum de nutricatu conticuisset Licinius, nec interrogaretur *Iucundus*

5 'Verum cum de nutricatu conticuisset Licinus etc. *Vetustissimus ac fidelissimus Codex, quem multi manu scripti sequuntur, ita habet*, Conticuisset, nec interrogaretur de nutricatu, credens nihil desiderari dicam inquit de fructibus . *Minoris uetustatis liber, a Gallo homine scriptus, communem lectionem habet' Victorius* 6 nichil *A* inquit *VB* inquid *A* 8 falcibus *in fine versus omissum, sed in margine additum est in A* quaad *PAB* quoad *v* 9 perarruit *A* 10 atque addere *v* adque (ad quae *corr.* ad que *B*) addere *PAB* fenisicie *A* foenisiciae *V* foenis^i^ciae *B* 11 consecanda *m* faenisices *B* foenisices *P* feniscices *A* foenisicae *v* 12 quasi barba tuberosum *Iucundus* quasi tuberosum *Angelius* . '*Pro herba excusi alii* Barba, *mendose habebant, in aliis uox illa plane defecerat . Reposui ex antiquis libris*, Herba . *Paulo item supra pro* Foenisecae, Faeniseces' *Victorius*

Messis proprio nomine dicitur in iis quae metimur, maxime L in frumento, et ab eo esse vocabulo declinata. frumenti tria genera sunt messionis, unum, ut in Vmbria, ubi falce secundum terram succidunt stramentum et manipulum, ut quemque subsicuerunt, ponunt in terra. ubi eos fecerunt multos, iterum eos percensent ac de singulis secant inter spicas et stramentum. spicas coiciunt in corbem atque in aream mittunt, stramenta relincunt in segete, unde tollantur in acervum. altero modo 2 metunt, ut in Piceno, ubi ligneum habent incurvum bacillum, in quo sit extremo serrula ferrea. haec cum conprendit fascem spicarum, desecat et stramenta stantia in segete relinquit, ut postea subsecentur. tertio modo metitur, ut sub urbe Roma et locis plerisque, ut stramentum medium subsicent, quod manu sinistra summum prendunt: a quo medio messem dictam puto. infra manum stramentum quod terra haeret, postea subsecatur. contra quod cum spica stramentum haeret, corbibus in aream 3 defertur. ibi discedit in aperto loco palam: a quo potest nominata esse palea. alii stramentum ab stando, ut stamen, dictum putant; alii ab stratu, quod id substernatur pecori. cum est matura seges, metendum, cum in ea iugerum fere una opera propemodum in facili agro satis esse dicatur. messas spicas corbibus in aream deferre debent.

Aream esse oportet in agro sublimiori loco, quam perflare LI

---

1 in iis *AB* in his *V* metimur *PAB corr.* metimus A^2 metuntur *v*. '*In excusis antea* Metuntur: *manu scripti omnes habent* Metimur' *Victorius* 4 quenque *VB* quemcumque, *sed* cum *deletum A* quecumque *m* subsicuerunt *AB* subsicuerint *P* subsecuerint *v* 5 ponunt *mv* ponent *PAB* 7 coiciunt *AB* coniciunt *P* coniiciunt *v* aream] aeram *A* 8 relincunt *P* relinquunt *ABv* altero — incuruum *in margine scripta in A* 9 bacillum *VAB* batillum *m* 10 extremo *v* extrema *PAB* haec *AB* hac *V* conprehendit *A* comprendit *B* comprehendit *V* 11 stramentịa *B* segete *Vm* segeti *AB* relinquit *V* relinquid *A* relinquunt *corr.* — quit *B* 12 tercio *A* 13 subsicent *PAB* subsecet *m* subsecent *v* 14 prendunt *PAB* prehendunt *v* 15 quod terra haeret *PB* quod de terra haeret *Am* quod terrae haeret *v*. *fortasse* quod cum terra haeret 18 ab stando *PA* a stando *Bv* ut stamen A^2m ut stramen *VA* ut strame *B* 19 ab stratu *PA* a stratu *Bv* 20 *fortasse* in ea in iugerum 22 corbibus *V* coruibus *AB* 23 quam perflare *VB* qua perflare *A*

possit ventus: hanc esse modicam pro magnitudine segetis, potissimum rutundam et mediam paulo extumidam, ut, si pluerit, non consistat aqua et quam brevissimo itinere extra aream defluere possit: omne porro brevissimum in rutundo e medio ad extremum: solida terra pavita, maxime si est argilla, ne aestu peminosa in rimis eius grana oblitescant et recipiant aquam et ostia aperiant muribus ac formicis. itaque amurca solent perfundere: ea enim herbarum [de amurca] et formicarum et tal-
2 parum venenum. quidam aream ut habeant soldam, muniunt lapide aut etiam faciunt pavimentum. non nulli etiam tegunt areas, ut in Bagiennis, quod ibi saepe id temporis anni oriuntur nimbi. ubi ea retecta et loca calda, prope aream faciundum umbracula, quo succedant homines in aestu tempore meridiano.

LII quae seges grandissima atque optima fuerit, seorsum in aream secerni oportet spicas, ut semen optimum habeat; e spicis in area excuti grana. quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribulo. id fit e tabula lapidibus aut ferro asperata, quo inposito auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis [aut] discutit e spica grana: aut ex axibus dentatis cum orbiculis,

---

5 solida terra pavita *Non. p. 163, 11* 14 quae seges grandissima *geopon. II 16* 16 quod fit apud alios *Non. p. 228, 26*

---

2 rutundam *PB* rotundam *Av* 3 extra aream | defluere possit omē porro breuissimum in rutundo. e medio ad extre | ma (*corr.* mū) aerem defluere possit omē porro breuissimum in rotundo | e medio ad extremum *A* 4 rutundo *P* rotundo *Bv* 5 'Maxime si est argilla, ne aestu peminosa. *Vetus haec lectio, quam imperiti et audaces sustulerunt, pessimo consilio, quo consueuerunt, quaecunque non intelligunt, commutare: eam in cunctis manu scriptis inueni' Victorius* si est argilla ne aestu peminosa *PB* (sic) argillane e | stu peminosa *A* si est argillosa ne aestu rumosa *m* si est argillosa ne aestu perrimosa *v* aestu] situ *Nonius p. 163, 12* 6 *fortasse* peminosa si sit 9 soldam *PAB* solidam *v* 10 fatiunt *A* 11 aream *corr.* — as *A* bagiennis *PAB* bagienis *v* 12 nymbi *V* calda *PAB* calida *v* 15 ut *superscriptum in B* 16 apud *VB* aput *A* 17 quo inposito *A* quo imposito *VB* . *fortasse* quae cum imposito 18 pendere *A corr.* pondere A^2 iunctis *superscriptum in A* 19 discutit] discunt *Am* e spica *AB* ex spica *V* ex axibus *P* ex asibus *A* ex assibus *Bv* dentantis *A*

quod vocant plostellum poenicum; in eo quis sedeat atque agitet
quae trahant iumenta, ut in Hispania citeriore et aliis locis
faciunt. apud alios exteritur grege iumentorum inacto et ibi 2
agitato perticis, quod ungulis e spica exteruntur grana. iis tritis
oportet e terra subiectari vallis aut ventilabris, cum ventus spirat
lenis. ita fit ut quod levissimum est in eo atque appellatur acus
ac palea evannatur foras extra aream ac frumentum, quod est
ponderosum, purum veniat ad corbem. messi facta spicilegium LIII
venire oportet aut domi legere stipulam aut, si sunt spicae rarae
et operae carae, conpasci. summa enim spectanda, ne in ea re
sumptus fructum superet.

In vinetis uva cum erit matura, vindemiam ita fieri oportet, LIV
ut videas, a quo genere uvarum et a quo loco vineti incipias
legere. nam et praecox et miscella, quam vocant nigram, multo
ante coquitur, quo prior legenda, et quae pars arbusti ac vineae
magis aprica, prius debet descendere de vite. in vindemia dili- 2
gentis uva non solum legitur *sed etiam eligitur: legitur* ad

---

6 ut quod levissimum est *Non. p. 19, 20* 16 aprica prius debet descendere *Non. p. 444, 26*

---

1 poenicum *VB* penicum *A* in eo quis sedeat *PB* in eo qui sedeat *Am* in eo quis sedet *v*. *fortasse* in quo quis sedeat atque agitet *B* adque agitet *PA* ut agitet *v* 2 ut in hispania *mv* aut in hispania *PB* ut in spania *A* 3 apud *VB* aput *A* 4 agitato perticis *PA* c agitat operticis *B* agitat e perticis *v* *fortasse* quorum ungulis ^{ex}teruntur *B* tritis *superscriptum in A* 5 subiectari *PAB* subiactari *v* cum] cōn *A* spirat *VA* spiret *B* 6 acus ac palea euannatur *Nonius p. 19, 29* acus euannuatur *PB* acus euā | nuatur *A* acus euaminatur *v* acus euannatur *m Iucundus*. '*Peruetustum exemplar* Euannuatur, *habet' Victorius* 9 uenisse *A* 10 compasci *V* compassi *Am* compa^{ci}sci, *sed deletis litteris* ci *quae superscriptae erant B* sū summa *A* re superent sumptus fructum superet *B* 11 superet] sumperet, *sed* m *littera deleta A*

13 quo] co *priore loco A corr.* quo A^2 14 nam | praecox *A*

15 coquitur *VA* quoquitur *B* 16 diligentis *PB* diligentis *A* diligenti *m* diligentius *v* 17 non solum legitur sed etiam eligitur ad uiuendum eligitur ad edendum *codices Nonii p. 444, 29* non solum legitur ad bibendum eligitur ad edendum *PB* non solum legitur ad bibendum (sed *add.* A^2m) eligitur ad esum *Am* non solum legitur ad bibendum sed eligitur ad edendum *v*

bibendum, eligitur ad edendum. itaque lecta defertur in forum vinarium, unde in dolium inane veniat; electa in secretam corbulam, unde in ollulas addatur et in dolia plena vinaciorum contrudatur, alia quae in piscinam in amphoram picatam descendat, alia quae [in ara] in carnarium escendat. quae calcatae uvae erunt, earum scopi cum folliculis subiciendi sub prelum, ut, siquid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum.
3 cum desiit sub prelo fluere, quidam circumcidunt extrema et rursus premunt et, rursus cum expressum, circumcisicium appellant ac seorsum quod expressum est servant, quod resipit ferrum. expressi acinorum folliculi in dolia coiciuntur, eoque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino operariis datur hieme.

LV De oliveto oleam, quam manu tangere possis e terra ac scalis, legere oportet potius quam quatere, quod ea quae vapulavit macescit nec dat tantum olei. quae manu stricta, melior ea quae digitis nudis [laudabilior L], quam illa quae cum digitabulis, durities

---

1 lecta] lectius *VA et superscripta* i *littera B* lectae ius *Iucundus.* 'Itaque lectius defertur. *Ita scriptum in omnibus antiquis libris inueni: emendarunt ex ingenio nonnulli, ut opinor,* Lectae ius' *Victorius* 2 uinarium *v* uiniarium *PB* uiniariam *A* 5 in ara *PAB* in haram *v* in aream *Popma* escendat *PAB* ascendat *v* 6 earum *AB* eorum *V* foliculis *A* prelum *A^2m* plerum *PAB* praelum *v* 7 siquid reliqui habeāt *A^2v* siquid reliqui habeat *Bm* siqui reliqui habeat *PA* 8 sub praelo *V* sub p̄lo *A* sub plero *B* 9 circumcisitium *Scaliger* circumcisicitum *PAB* circumcisitum *v.* '*In manu scriptis una syllaba productius uerbum,* Circumcisicitum' *Victorius* 10 resipit] respicit *Am* 11 coiciuntur *Am* coniciuntur *B* coniciuntur *P* coniiciuntur *v* 12 ea uocatur *bis scriptum, sed posteriore loco subducta linea notatum A* lota *superscriptum in A* datur operariis in hieme *corr.* operariis datur hieme *B* 13 hyeme *V*

14 e terra l ac scalis, *sed* l *ante* ac *deletum B* s^{c}alis *A* 15 macessit *A* manus stricta, *sed* s *priore loco deletum A* 17 laudabilior . L . quam *P* laudabilior . l . quam *A et superscripto* . l . *B* laudabilior quam *v* digitabulis *PAB* digitalibus *v* . '*Optimum exemplar* Digitabulis. *Est in eo aliud etiam quod explicare non possum,* L . *inquam, sic enim habet*: Quae digitis nudis laudabilior L . quam illa quae cum digitabulis' *Victorius* 'Durities enim eorum quod non solum stringit etc. *Locum hunc ualde mendosum habemus in codicibus Nonianis : ab eo enim adducitur in dictione Stringere. Varro de re rustica libro II.*

enim eorum quod non solum stringit bacam, sed etiam 2
ramos glubit ac relinquit ad gelicidium retectos. quae manu tangi non poterunt, ita quati debent, ut harundine potius quam pertica feriantur: gravior enim plaga medicum quaerit. qui quatiet, ne adversam caedat. saepe enim ita percussa olea 3
secum defert de ramulo plantam, quo facto fructum amittunt posteri anni. nec haec non minima causa, quod oliveta dicant alternis annis non ferre fructus aut non aeque magnos. olea ut 4
uva per idem bivium redit in villam, alia ad cibum [l. edatur], alia ut eliquescat ac non solum corpus intus unguat sed etiam extrinsecus. itaque dominum in balneas et guminasium sequitur. haec, de qua fit oleum, congeri solet acervatim dies singulos in 5
tabulata, ut ibi mediocriter fracescat ac primus quisque acervos

---

1 durities enim *Non. p. 119, 11* quod non solum *Non. p. 403, 9* 3 ita quati debent *Theophr. caus. plant. I 20, 3 Plin. 15, 12* 12 haec de qua fit oleum *Non. p. 62, 2*

Quod non solum celeriter praeterire stringere uacant, sed etiam te transglubit. In excusis M. Varronis codicibus, Quod, *non erat: in optimo tamen ac uetustissimo, eodem loco positum inuenitur. Duo illa, quae apud Nonium sunt uerba,* Celeriter praeterire, *unde fluxerint nescio: apud Varronem certe, nec in impressis, nec in manu scriptis eorum uestigium ullum: nam* Vacant, *ex* Vacam *factum esse affirmarim: in eodem enim fidelissimo codice per* u, *id uerbum et hic, et aliis multis locis scriptum est. Extremae etiam dictiones huius loci apud Nonium deprauatae, quae in cunctis manu scriptis Varronis libris eodem pacto leguntur' Victorius* duricies *A* 1 bacam *Am* uacam *B* baccam *V* 2 relinquit *VB* relinquid *A* quae manu *v* qui manu *PAB* 5 quatiet] quatinet *A* 6 facto] factū *corr.* — to *A* 7 nec haec *PAB* ut haec *v* 9 biuium *v* biluium *PAB* l. edatur] ledatur *PAB* datur *v* . c' dedatur *in margine adscripsit P* . eligitur *Iucundus. 'Maculam habet optimus codex.* Ledatur, *enim hic scriptum est' Victorius* 10 eliquescat *VB* eliquescant *Am* 11 'Itaque dominum et balneas et gymnasium sequitur. *Vetus haec est lectio, quae et elegans, et erudita uidetur' Victorius* itaque bal dominum *B* in balneas] et balneas *VAB* et in balneas *Schneiderus* gyminasium *P* giminasium *A* gy̅nasium *B* gymnasium *v* sequitur *AB* inde sequitur *V, ubi* inde *delevisse videtur P* 12 *fortasse* acervatim in dies singulos 13 fracescat *A* quisque *superscriptum in A* aceruos *PAB* aceruus *v*

demittatur per serias ad vasa olearia ac trapetas, quae res molae
6 oleariae ex duro et aspero lapide. olea lecta si nimium diu fuit
in acervis, caldore fracescit et oleum foetidum fit. itaque si
nequeas mature conficere, [in acervis] iactando ventilare oportet.
7 ex olea fructus duplex, oleum, quod omnibus notum, et amurca,
cuius utilitatem quod ignorant plerique, licet videre e torculis
oleariis fluere in agros ac non solum denigrare terram, sed
multitudine facere sterilem; cum is umor modicus cum ad multas
res tum ad agri culturam pertineat vehementer, quod circum
arborum radices infundi solet, maxime ad oleam, et ubicumque
in agro herba nocet.

LVI Agrius, Iamdudum, inquit, in villa sedens expecto cum clavi
te, Stolo, dum fructus in villam referas. Ille, Em quin adsum,
venio, inquit, ad limen, fores aperi. primum faenisiciae con-
duntur melius sub tecto quam in acervis, quod ita fit iucundius
pabulum. ex eo intellegitur, quod pecus utroque posito libentius
LVII est. [et] triticum condi oportet in granaria sublimia, quae per-
flentur vento ab exortu ac septemtrionum regione, ad quae nulla

---

17 triticum condi *Plin. 18, 301 sqq. geopon. II 17*

---

1 demittatur *PB* dimittatur *corr.* demittatur *A* dimittitur *v* 'Per serias, ac uasa olearia.' *Hic locus in manu scriptis codicibus ualde perturbatus est: Optimum exemplar ita habet,* Per sena ad uasa olearia ac trapetas quae res molae etc. *in semiuetere alio, qui Galli hominis manu exaratus est,* Seria*: reliqua omnia ut in uetustissimo' Victorius* per serias *v* per seria *m* per sena *PAB* 2 ex duro *PB* et duro *A* duro *v* lacta *corr.* lecta *A* 3 aceruus *corr.* aceruis *A* caldore *VB* caldiore, *sed* i *deletum A* foetidum *V* fetidum *A* faetidum *B* 4 aceruus *corr.* aceruis *A* 5 et olea *corr.* ex olea *A* 6 quod (quid *A*) ignorant plerique *AB* quod ignorant a plerique *P* quod ignoratur a plerisque *v* 8 cum is humor *VB* cum his umor *A* 9 tum *om. A* 12 Agrius] De condendis fructibus *in margine rubrica A* inquit *B* inquid *A*, *om. V* expecto *ABv* exspecto *P* 13 ille em (*corr.* en *A*) quin adsum *A Victorius* ille en quin adsum *B* ille enim Emquin adsum *P* ille enim ecquid adsum *v* . 'Em, quin absum . *In excusis antea En, antiqui Libri* Em' *Victorius* 14 inquit *VB* inquid *A* foenisiciae *V* 16 intellegitur *P* intelligitur *ABv* 17 Et triticum *PBm* triticum *A* at triticum *v* 18 uenta *corr.* uento *A*

aura umida ex propinquis locis adspiret. parietes et solum opere tectorio marmorato loricandi; si minus, ex argilla mixta acere e frumento et amurca, quod murem et vermem non patitur esse et grana facit solidiora ac firmiora. quidam ipsum triticum conspargunt, cum addant in circiter mille modium quadrantal amurcae. item alius aliut adfriat aut aspargit, ut chalcidicam aut caricam cretam aut apsinthium, item huius generis alia. 2 quidam granaria habent sub terris speluncas, quas vocant sirus, ut in Cappadocia ac Thracia; alii, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi et Oscensi. horum solum paleis sub-

---

2 ex argilla *Priscian. l. V p. 163, 1*

---

1 humida *VAB* ex propinquis *PB* $\overset{\text{ex}}{\text{et}}$ propinquis *A*, *sed* ex *superscriptum* A^2, et ex propinquis *m* e propinquis *v* 2 ex argilla mixto agere (*corr.* acere A^2) *VAB* argillam mixtam acere *Priscianus l. V p. 163, 1* 3 uermen *Am* 4 conspargunt *m* conspargant *B* cumsparg$\overset{\text{v}}{\text{a}}$nt *A*, *sed* v *superscriptum* A^2, conspergant *P* conspergunt *v*. ‘Quidam ipsum triticum conspergunt. *Consuetudinem nostrorum temporum in hac re custodiui. Nolui tamen praeterire quin ueterem Orthographiam notam facerem: Hic enim in optimo exemplari,* Conspargant: *et non multo post* Aspargit, *omnibus denique in locis ubi hoc uerbum est, apud Varronem, Catonemque in compositione, eandem uocalem primam litteram habet, quam simplex; ut si a Quaero Disquaero fingas: quod uetustissimi etiam poetae protulisse dicuntur. Apud Catonem etiam in Decerpo id seruatum est illo loco, [c. 112] Tum acina de uuis miscellis decarpito. Potuissem infinitis locis hoc adnotare: semel tamen hoc, in illo perpetuo custoditum, indicare satis habui*’ *Victorius* 5 in circiter mille modium *AB Victorius* in circiter in mille modium *P* circiter in M. modios *v* quadrantal *Iucundus* quadrante *PA* quadrantę *B* quadrantem A^2*mv* 6 alius aliut *P* alius aliud *ABv* adfriat *PA* adfricat *B* afriat *v* aut aspargit ut *AB* aut aspargit quod ut *P* aut id aspergit quod ut *v* chalcidicam *VB* calcidicam *Am* 7 cretam aut *AB* cretam ac *V* absenthium *P* apsenthium *A* apsentium *B* absintium *m* absynthium *v* 8 sirus *AB* syros *V*. ‘Quas uocant siros. *Ita scribendum hoc nomen, quod a Columella etiam usurpatur, et sane in uetustissimo libro recte scriptum est: in excusis antea ypsilon habebat in prima syllaba*’ *Victorius*

ut in *primo loco om. A* 9 cappadocia ac thrachia *PB* cappadoci$\overset{\text{hac}}{\text{e}}$ (*corr.* — cia) trachia *A* cappadocia aut thracia *v* *fortasse* alii puteos ut in Hispania citeriore in agro in spania *A* 10 carthaginiensi *P* cartaginensi *A* carthaginensi *Bv*

sternunt et curant ne umor aut aer tangere possit, nisi cum
promitur ad usum. quo enim spiritus non pervenit, ibi non
oritur curculio. sic conditum triticum manet vel annos L, milium
3 vero plus annos C. supra terram granaria in agro quidam sub-
limia faciunt, ut in Hispania citeriore et in Apulia quidam,
quae non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subtus a
LVIII solo ventus regelare possit. faba legumina in oleariis vasis oblita
cinere perdiu incolumia servantur.

Cato ait uvam aminneam minusculam et maiorem et apiciam
in ollis commodissime condi: eadem in sapa et musto recte:
quas suspendas opportunissimas esse duracinas et aminneas scan-
LIX tianas. de pomis conditiva, mala struthea, cotonea, scantiana,
scaudiana, orbiculata et quae antea mustea vocabant, nunc meli-
mela appellant, haec omnia in loco arido et frigido supra paleam
posita servari recte putant. et ideo oporothecas qui faciunt ad
aquilonem ut fenestras habeant atque ut eae perflentur curant,

---

9 Cato ait *c. 7* 11 aminneas scantianas *Plin. 14, 47*

---

1 ne umor *PA* neụ humor *B* ne humor *v* 4 plus] ụplus *B* 5 fatiunt *A* ampulia *A* 7 regerare *PAB* regyrare *v* . c' regelare *in margine adscripsit P*. 'Ventus regelare possit. *Ita castigaui, in manu enim scriptis* Regerare' *Victorius*. refrigerare *Schneiderus* faba legumina *PAB* faba et legumina *v*. fabam et legumina in oleariis cadis oblita cinere longo tempore servari *Plinius XVIII 307*

9 uvam *om. A* 10 in spa sapa, *sed* spa *deletum A* et ịṇ musto *B* 11 opportunissimas *V* oportunissimas *AB* duracinas et aminneas (duracinnas et ami | neas *A*) scantianas De pomis conditiua *PAB* duracinas et amineas scancianas Conditiua *v*. *fortasse* duracinas aminneas : de pomis conditiva 12 'Conditiua mala struthea. *Ante haec uerba in uetustissimis libris* De pomis, *scriptum est : quod aut inscriptionem fuisse arbitror, quae ostenderet, de quo hic ageretur : aut ea ratione dictum esse, qua non multo post declarabo. Hic paulo infra* Quiriniana *in antiquis non inueni, sed pro illa uoce* Scandiana' *Victorius*

struthea *PAB* structea *v* cotonea *PAB* cotonia *v* scantiana scandiana orbiculata *VAB* scantiana quiriniana orbiculata *Angelius*

13 melamela *A* 14 supra palea posita *PB* supra paleas posita *Am* supra posita palea *v* 16 atque *Bv* adque *PA* ut eę perflentur *P* ut aeae perflentur *A* ut ea perflentur *B* ut aere perflentur *m* ut perflentur *v*

neque tamen sine foriculis, ne, cum umorem amiserint, pertinaci vento vieta fiant. ideoque in iis camaras marmorato et parietes 2 pavimentaque [L laudabiliter] faciunt, quo frigidius sit. in quo etiam quidam triclinium sternere solent cenandi causa. etenim in quibus luxuria concesserit ut in pinacothece faciant, quod spectaculum datur ab arte, cur non quod natura datum utantur in venustate disposita pomorum? praesertim cum id non sit faciendum, quod quidam fecerunt, ut Romae coempta poma rus intulerint in oporothecen instruendam convivi causa. in oporo- 3 theca mala manere putant satis commode alii in tabulis in opere marmorato, alii substrata palea vel etiam floccis, mala punica demissis suis surculis in dolio harenae, mala cotonea struthea in pensilibus iunctis; contra in sapa condita manere pira aniciana sementiva; sorba quidam dissecta et in sole macerata, ut pira; et sorba per se, ubicumque sint posita in arido, facile durare: [servare] rapa consecta in sinape, nuces iugulandis in harena. punica mala et in harena iam decerpta ac matura et etiam inmatura, cum haereant in sua virga et demiseris in ollam sine

---

11 mala punica *Plin. 15, 60*

---

1 foriculis *A corr.* folliculis *A*^{2} humorem *VAB* amiserint *VB* amiserunt *A* 2 in iis *AB* in ·his *V* camaras *PB* camaratas *corr.* camaras *A* cameras *v* 3 '*In optimo codice,* Pauimentaque L. laudabiliter faciunt, quo frigidius sit. *Nam pro, Frigidior locus, quod in excusis erat,* Frigidius, *in cunctis antiquis inueni' Victorius* pauimentoque *corr. ut videtur* — taque *A* pauimentoque *m* . L . laudabiliter *V* . l . laudabiliter *AB* quo frigidior locus sit *Iucundus* quo *posteriore loco superscriptum in A* 4 coenandi *V* 5 in pinacothece *AB* in pinacothecae *V* 6 datum utantur *PB* datū mutantur *A* datum imitantur *v* 7 praesertim cum *AB* praesertim quidem cum *V* 8 coempta *v* coepta *PB* cepta *Am* 9 in oporothecen *priore loco v* in oporothece *PA* in oporothecae *B* conuiuii *VAB* in oporotheca *posteriore loco PA* in porotheca *B* in oporothece *v* 10 in tabulis ut opere *PAB* in tubulos ut opere *v* 12 sarculis *A* cotonea struthea *PB* coctonea structhea *A* cotonia strutea *v* 13 iunctis *VAB* iunctas *Iucundus* . '*Veteres libri* Vinctis : *Quidam emendarunt* Iunctas' *Victorius* 14 sorba quidam *v* sorba quaedam *PAB* dissecta *PB* disecta *Av* 15 et sorba *v* et sorua *PAB* 16 iugulandis *PA* iuglandis *B* iuglandes *v* arena *utroque loco B* 18 inmatura] immatura *VAB*

fundo, eaque si coieceris in terram et obleris circum ramum, si extrinsecus spiritus adflet, ea non modo integra eximi, sed etiam maiora, quam in arbore umquam pependerint.

LX De olivitate oleas esui optime condi scribit Cato orcites et
puseas aridas vel virides in muria vel *in* lentisco contusas. orcites
nigras, sale si sint confricatae dies quinque et tum sale excusso
biduum si in sole positae fuerint, manere idoneas solere: easdem
LXI sine sale in defrutum condi recte. amurcam periti agricolae tam
in doleis condunt quam oleum aut vinum. eius conditio, cum
expressa effluxit, quod statim de ea decoquuntur duae partes et
refrigeratum conditur in vasa. sunt item aliae conditiones, ut ea
in qua adicitur [L] mustum.

---

2 non modo integra eximi *Non. p. 148, 3*

---

1 eaque si coieceris *PA* eaque[sic] coieceris, *sed* sic *corr.* si *B* eamque si conieceris *v* obleris *Zahlfeldt quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 30* obteris *VB* obsteris, *sed* s *priore loco deletum A* obleueris *Schneiderus* ni extrinsecus *Ursinus* 2 adflet *PA* afflet *B* aflet *v* eximi *Amv* exsimi *PB* 3 umquam *A* unquam *VB*

4 De olivitate *om. v, add. PAB* . 'Oleas esui optime. *Ante haec uerba in antiquissimo exemplari,* De oliuitate, *scriptum est : quod inscriptionem, titulumque fuisse puto . Possunt tamen recte in contextu sermonis huiuscemodi locutiones collocatae esse. — Quod etiam confirmat Nonius, qui cum quid Oliuitas sit, declararet, et locum hunc Varronis adduceret, ita eum legit, ut in peruetusto codice scriptum illum inueni. — quare maior hinc etiam apud nos auctoritas antiquissimi exemplaris esse debet, in quo sermo Varronis, siue eorum quos de rebus rusticis disserentes inducit, nunquam capitibus distinctus aut interruptus est' Victorius* exui *corr.* esui *B* orcites et puseas *PAB* orchites et pauseas *v* 5 aridas — orcites *om. v, add. PAB* muria] murica *B* uel in lentisco *Iucundus* uel lentisco *PAB* 6 confricatae *PAB* confricata *v* confriatae *Schneiderus* 8 condi *Ursinus* condire *VAB* 9 in doleis] in oleis *PAB* in ollis *v* . '*Antea, in ollis : Veteres libri,* In oleis: *castigaui, In doliis . ueruntamen quia parua licentia usus sum, si forte deceptus essem, uolui totam rem indicare. Animaduerti alibi in optimo codice* Doleis, *pro Doliis scriptum esse, ut in III [15, 2] ubi de gliribus loquitur, Cum positum est in doleis fiunt pingues' Victorius* oleum] oleo *Am* 10 expresa efluxit *A* 12 in qua adiicitur . L . mustum *P* in qua adicitur . l . mustum *B* in[a] qua dicitur . l . mustum *A* in aqua adicitur . l . mustum *m* in qua adiiciunt mustum *v* . '*Vetustissimus liber,* In qua adicitur L . mustum' *Victorius*

Quod nemo fructus condit, nisi ut promat, de eo quoque LXII vel sexto gradu animadvertenda pauca. promunt condita aut propterea, quod sunt tuenda, aut quod utenda, aut quod vendunda. ea quod dissimilia sunt inter se, aliut alio tempore tuendum et utendum.

Tuendi causa promendum id frumentum, quod curculiones LXIII exesse incipiunt. id enim cum promptum est, in sole ponere oportet aquae catinos, quod eo conveniunt, ut ipsi se necent, curculiones. sub terra qui habent frumentum in iis quos vocant sirus, quod cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam sit interclusa anima, aliquanto post promere, quam aperueris, oportet. far, quod in spicis condideris per messem et ad [usus] cibatus èxpedire velis, promendum hieme, ut in pistrino pisatur ac torreatur.

Amurca cum ex olea expressa, qui est umor aquatilis, ac LXIV recrimentum [et] conditum in vas fictile, id quidam sic solent tueri, diebus XV *in* eo quod est levissimum ac summum deflatum

---

6 promendum id frumentum *Non. p. 546, 7* 13 promendum hieme *Non. p. 163, 14*

---

1 de eo quoque] De promendis *in margine rubrica A* 2 promunt condita aut *Iucundus* Primum (*corr.* Promendum A^2) condita aut *PAB* Primum aut *v.* '*In cunctis, quos uidi, manu scriptis,* Primum condita, *legi*' *Victorius* 3 uendunda *PAB* uendenda *v* 4 ea quod *VB* ea quae *Am* disimilia *A* aliut *P* aliud *ABv*

10 serus *PAB* syros *v* quod cum *VAB corr.* quo cum A^2 11 aperueris *VAB corr.* aperuerint A^2 apparuerint *m* 12 messem] mensem *Am* 13 'Vt in pistrino pisatur, ac torreatur. *Vetusta lectio. Apud Nonium, qui hunc locum adducit, legitur,* Pisetur' *Victorius* in pistrino *AB* in pistino *P* in pristino *v* pisatur *PB* pascitur *ut videtur, corr.* pīsatur *A* pinsetur *m* pisetur *v Nonius p. 163, 16*

15 expresa *A* umor *A* humor *VB* 16 recrimentum et conditum *PAB* retrimentum conditum *v.* '*Peruetustus liber,* Recrimentum' *Victorius* 17 diebus XV ex eo quod est leuissimum ac summum depletur *Iucundus.* '*Omnes manu scripti* Deflatum, *habent : quemadmodum etiam primis temporibus excusi libri, ex quo intelligitur ita ab nouis correctoribus locum castigatum fuisse. In optimo omnium codice ita totus locus legitur, Diebus XV eo quod est leuissimum, ac summum deflatum*' *Victorius* in *ante* eo *om. VAB*

ut traiciant in alia vasa et hoc isdem intervallis duodeciens sex mensibus proximis item faciant; cum id novissime, potissimum traiciant, cum senescit luna. tum decocunt in ahenis leni igni, *in* duas partes quaad regerunt. tum denique ad usum recte promitur.

LXV Quod mustum conditur in dolium, ut habeamus vinum, non promendum dum fervet, neque etiam cum processit ita, ut sit vinum factum, si vetus bibere velis, quod non fit, antequam accesserunt anniculum prodit. si est vero ex eo genere uvae, quod mature cocescat, ante vindemiam consumi aut venire oportet. genera sunt vini, in quo Falerna, quae quanto pluris annos condita habuerunt, tanto, cum prompta, sunt fructuosiora.

LXVI Oleas albas quas condideris, novas si celeriter promas, [nisi condideris] propter amaritudinem respuit palatum; item nigras, nisi prius eas sale maceraris, ut libenter in os recipiantur.

---

1 et hoc idem *VA et* hoc *in margine scripto B* et hoc iisdem *Iucundus* duodeciens *PAB* duodecies *v* 3 'Tunc decoquunt in ahenis *Totus locus in optimo exemplari ita scriptus,* Tum decocunt in ahenis: leni lignis duas partes quaad regerunt' *Victorius* tunc decocunt in ahenis *PB* tum dequoquunt in haenis *A* tunc decoquunt in ahenis *v* lenilignis duas partes quaad *PAB* leui igni duas partes quoad *v* 4 tum denique ad usum *A* tum ad usum denique *P* mustum denique ad usum *B* Mustum ad usum denique *v*

7 neque etiam cum processit, nisi prius sit uinum factum *Iucundus. 'Valde diuersa uetusta lectio, et sane extrema haec pars libri aliquantulum inquinata:* Neque etiam cum processet ita ut sit, etc.' *Victorius . fortasse* neque etiam cum processerit, ut sit vinum factum, si vetus bibere velis, quod non fit, antequam anniculum prodit processet *PAB* processit *v* 8 ante quam accesserit annus, tum, cum fuerit anniculum, promitto *Iucundus.* 'Antequam accesserit annus. *Totus hic locus ita legitur in antiquis codicibus,* Antequam accesserunt anniculum promitto' *Victorius* 9 accesserunt *PAB* acescit *v* anniculum prodit *PAB Victorius* anniculum promito *v* 10 quod mature cocescant *PA* quod maturę ạ coacescant *B* quod mature coacescat A^2m quaedam mature coacescunt *v* '*In cunctis manu scriptis* Quod mature coacescant' *Victorius* 12 tanto ^{cum} propta *A*

13 'Oleas albas, quas condideris nouas, sic celeriter promas. *Quidam formis excusi libri ita habent, in aliis locus ualde uariatus : culpa tamen, ut puto eorum qui id commiserunt : nimis enim licenter a uetere scriptura discessere. In optimis ab hac, quam hic ad-*

Nucem iuglandem et palmulam et ficum Sabinam quanto citius promas, iucundiore utare, quod vetustate ficus fit pallidior, palmula cariosior, nux aridior. LXVII

Pensilia, ut uvae, mala et sorba, ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat promi, quod colore mutato et contractu acinorum, si non dempseris ad edendum, ad abiciendum descensurum se minitantur. sorbum maturum mite conditum citius promi oportet: acerbum enim suspensum lentius est, quod prius domi maturitatem adsequi vult, quam nequit in arbore, quam mitescat. LXVIII

Messum far promendum hieme in pistrino ad torrendum, quod ad cibatum expeditum esse velis; quod ad sationem, tum promendum, cum segetes maturae sunt ad accipiendum. item quae pertinent ad sationem, suo quoque tempore promenda. quae vendenda videndum, quae quoque tempore oporteat promi; alia enim, quae manere non possunt, antequam se conmutent, ut celeriter promas ac vendas; alia, quae servari possunt, ut tum vendas, cum caritas est. saepe enim diutius servata non modo usuram adiciunt, sed etiam fructum duplicant, si tempore promas. LXIX

Cum haec diceret, venit libertus aeditumi ad nos flens et 2
rogat ut ignoscamus, quod simus retenti, et ut ei in funus

---

posuimus, hoc tantum mutatum inuenio, quod Conderis, *in illis, pro Condideris, legitur* : *uerbo negligentia librarii imminuto. quod si postremam literam aduerbii* Sic, *sustuleris, ac* Si, *feceris, puto locum satis purgatum esse' Victorius* quas condideris *v* quas conderis *PB* quas conderius *corr.* quas cond'e uis *A* quas condere uis *m* sic celeriter *VAB*

2 iocundiore *B* palidior *A*

4 pensıla (i *supra* a) *B* ut uuae *mv* aut uuae *A* aut uuae *PB* sorba *v* sorua *PAB* 5 colore *mv* colere *corr.* colore *A* colerem *PB* 6 descensurum *PAB* descensura *v* 7 minantur *Am* sorbum *mv* soruo *PAB corr.* soruum A^2 8 acerbum VA^2m aceruum *AB* 9 quam nequit in arbore, ut inde promatur ad escam *Iucundus.* '*Vetus lectio,* Quam nequit in arbore quam mitescat' *Victorius* quam nequit in arbore *P* quam nequid in arbore *AB* quod in arbore nequit *v*

10 torendum *A corr.* torrendum A^2 11 acibatum *A corr.* ad cibatum A^2 asationem (d *supra* a) *priore loco A* 15 quae manere *mv* quo manere *PAB* cōmutent *AB* commutent *V* 16 seruari possint *A* 17 cum *ante* caritas *om. A, add.* A^2 diucius *A*

postridie prodeamus. omnes consurgimus ac simul exclamamus, 'quid? in funus? quod funus? quid est factum?' ille flens narrat ab nescio quo percussum cultello concidisse, quem qui esset animadvertere in turba non potuisse, sed tantum modo
3 exaudisse vocem, perperam fecisse. ipse, cum patronum domum sustulisset et pueros dimisisset, ut medicum requirerent ac mature adducerent, quod potius illut administrasset, quam ad nos venisset, aecum esse sibi ignosci. nec si eum servare non potuisset, quin non multo post animam efflaret, tamen putare se fecisse recte [L]. non moleste ferentes descendimus de aede et de casu humano magis querentes, quam admirantes id Romae factum, discedimus omnes.

---

3 ab nescio *P* ab nesio *A* ab nescio *B* nescio *v* 5 fecisse *v* fecit se *PAB* 6 substulisset *B* dimissiset *A* maturae *B* 7 illut *P* illud *ABv* 8 aecum *PB* aecum *corr.* aequm *A* aequum *v* quin] qui *A* 9 putare *Iucundus* putaret *VAB* fecisset *A* 10 . l . non *B* . I . non *P* . i . non *A* Id non *v* Id nos *Iucundus.* 'Id nos moleste ferentes. *Haec erat peruulgata lectio, quae si ueterem contra se non haberet, facile locum suum tueretur : nunc illa repugnans omnia confundit : in manu enim scriptis* Non moleste ferentes legitur. — *Est tamen hic etiam illud, quod saepe nos molestos habuit,* L *enim ante hanc partem in contextu sermonis constituta est, praeterea mendi nota hic margini adposita' Victorius* 11 quaerentes *B* 12 Varronis rerum rusticarum de agricultura liber. I. explicit' Marci terenti uarronis rerum rusticarum de re pecuaria Incipit . L . II. *P* Varonis Rerum Rusticarum De agri cultura Liber . I . ex | plicit . M . Terenti Varonis Rerum Rusticarum | dere pecuaria Incipit Liber Secundus *A* UARRONIS RERUM RUSTICARUM LIBER PRIM' | EXPLICIT DE AGRICULTURA | M. TERENTII UARRONIS RERUM RUSTICARUM DE | RE PECUARIA INCIPIT LIBER SECUNDUS *B* MARCI TERENTII VARRONIS RERVM RVSTICARVM LIBER . II . AD NIGRVM TVRANNIVM. PRAEFATIO *v*

M. TERENTI VARRONIS
RERVM RVSTICARVM DE RE PECVARIA
LIBER SECVNDVS

Viri magni nostri maiores non sine causa praeponebant
rusticos Romanos urbanis. ut ruri enim qui in villa vivunt
ignaviores, quam qui in agro versantur in aliquo opere faciendo,
sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores
putabant. itaque annum ita diviserunt, ut nonis modo diebus
urbanas res usurparent, reliquis septem ut rura colerent. quod 2
dum servaverunt institutum, utrumque sunt consecuti, ut et
cultura agros fecundissimos haberent et ipsi valetudine firmiores
essent, ac ne Graecorum urbana desiderarent gymnasia. quae nunc
vix satis singula sunt, nec putant se habere villam, si non multis
vocabulis retineant graecis, quom vocent particulatim loca, pro-
coetona, palaestram, apodyterion, peristylon, ornithona, peripteron,
oporothecen. igitur quod nunc intra murum fere patres familiae 3

---

5 ut ruri enim *Colum. I praef. 17* 16 igitur quod nunc intra murum *Colum. I praef. 15. 20*

---

6 ignauiores *v Columella I praef. 17* ignariores *PAB* qui *post* quam *om. B* 8 annum] annun *A* 9 usurpar$\overset{e}{u}$nt *B* reliquis septem *PA* reliquis VII *Bv* 10 utrunque *VB* 11 cultura . . . . agros *septem fere litteris post* cultura *deletis A* . fecundissimos *AB* foecundissimos *V* 12 gynnasia *B* 13 si non *VB* non *A* nisi *m* 14 retineant] retinniat *Gesnerus* quum uocent *AB Victorius* quin uocent *V* procoetona] procoeconā *B V, ubi* c' tona *superscripsit P,* procoeconam *A* 15 palaestrā *V* palestrā *AB* apodyterion *V* podyterion *B* podoterion *Am* ornithona *AB* ornythona *V* peripteron *PB* peripteton *corr.* peripteron *A* peristereon *v*

conrepserunt relictis falce et aratro et manus movere maluerunt in theatro ac circo, quam in segetibus ac vinetis, [ac] frumentum locamus qui nobis advehat, qui saturi fiamus, ex Africa et Sardinia, et navibus vindemiam condimus ex insula Coa et Chia.
4 itaque in qua terra culturam agri docuerunt pastores progeniem suam, qui condiderunt urbem, ibi contra progenies eorum propter avaritiam contra leges ex segetibus fecit prata, ignorantes non idem esse agri culturam et pastionem. alius enim opilio et arator; nec si possunt in agro pasci *armenta*, armentarius non aliut ac bubulcus. armentum enim id quod in agro natum non creat, sed tollit dentibus. contra bos domitus causa fit ut commodius nascatur frumentum in segete et pabulum in novali.
5 alia, inquam, ratio ac scientia coloni, alia pastoris: coloni ea quae agri cultura factum ut nascerentur e terra, contra pastoris ea quae nata ex pecore. quarum quoniam societas inter se magna, propterea quod pabulum in fundo conpascere quam vendere plerumque magis expedit domino fundi et stercoratio ad fructus terrestres aptissima et maxume ad id pecus adpositum, qui habet praedium, habere utramque debet disciplinam, et agri culturae et pecoris pascendi et etiam villaticae pastionis. ex ea enim quoque fructus tolli possunt non mediocres, ex ornithonibus ac lepo-

---

1 correpserunt *VAB* facce *corr.* falce *A* 2 ac *ante* frumentum *delevit Iucundus* 3 aduehat *v* adueat *PAB* qui saturi — condimus *om. v, add. PAB* ex africa *AB* ex aphryca *P* et sardinia *PA* ex sardinia *B* 6 urbem ibi *VB* urbem suam ibi *Am, sed* suam *deletum A* 7 auariciam *VA* exegetibus *A corr.* ex segetibus A^2 Ignorantes *B* 9 possunt *VAB* possit A^2m armenta *om. VAB* 10 aliut *P* aliud *ABv* quod *superscriptum in B* 11 comodius *B* 13 'Coloni ut ea quae in agricultura nascantur. *Receptam lectionem retinui, nunc ueterem hic adponam, quae a communi ualde diuersa est, pessime tamen et illa accepta: quod etiam diligens librarius cognouit, notam enim mendi ad eam adposuit*: Coloni aequae agricultura factum ut nascerentur e terra contra pastoris ea, quae nata ex pecore, quarum etc.' *Victorius* ea quae agricultura *B* aeq; agricultura *A* aeq; in agricultura *P* ea quae in agricultura *v* 15 expeccore *A* quar . um *una littera post* r *deleta A* sotietas *A* 16 conpescere *corr.* conpascere *A* compascere *VB* 17 plerunque *V* expedit *mv* expetiit *PA* expetit *B* 18 maxime *VAB* maxume *in margine adscripsit P* adpositum *A* appositum *VB* 19 utramque *A* utranque *B* utrunque *V* agriculturae *v* agriculturam *PAB* 21 ornithonibus *V* ornitoribus *AB*

rariis et piscinis. e quis, quoniam de agri cultura librum Fun- 6 daniae uxori propter eius fundum feci, tibi, Niger Turrani noster, qui vehementer delectaris pecore, propterea quod te empturientem in campos Macros ad mercatum adducunt crebro pedes, quo facilius sumptibus multa poscentibus ministres, quod eo facilius faciam, quod et ipse pecuarias habui grandes, in Apulia oviarias et in Reatino equarias, [qua] de re pecuaria breviter ac summatim percurram ex sermonibus nostris conlatis cum iis qui pecuarias habuerunt in Epiro magnas, tum cum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae classibus praeessem. incipiam hinc*

Cum Menates discessisset, Cossinius mihi, Nos te non dimitte- I mus, inquit, antequam illa tria explicaris, quae coeperas nuper dicere, *cum* sumus interpellati. Quae tria? inquit Murrius, an ea quae mihi here dixisti de pastoricia re? Ista, inquit ille, quae coeperat hic disserere, quae esset origo, quae dignitas, quae ars, cum poetam sesum visere venissemus, ni medici adventus

---

2 turrani *AB* Turanni *V* 7 'Qua de re pecuaria. *Omnes, quos uidi, codices consentiunt, quare temere aliquid uariare hic nolui : nunc quid suspicer me posse sine culpa proferre arbitror. Opinor commutato ordine uerborum* Quare de pecuaria, *legi debere' Victorius* qua *delevit Ursinus* 8 collatis *VAB* cum iis *PAB* cum his *v* 9 peccuarias *A* 10 incipiam hinc | Cum Menates *V, ubi ad* Menates *in margine* in antiquo sic erat .·. HIC INTERMISIMVS *adscripsit P*, incipiunt (incipiam *m*) hinc. hic intermisimus. Cum menates (menaces *m*) *Am* incipiam hinc | Cum menates *extrema versus parte post* hinc *vacua relicta B.* 'Cum Maenates discessisset. *Ante hunc locum in optimo codice maioribus literis haec uerba scripta sunt,* HIC INTERMISIMVS. *In cunctis etiam aliis manu scriptis ipsa inueni' Victorius*

11 discessisset *V* disscessisset *A* disce^{ssi}sset *B* Cossinius *VA* cossin^{i}us *B* nos te non dimittemus inquit *m* noste non demittemus inquit *A* nosse non demittemus inquit *PB* ignosce non dimittemus inquit te *v* 12 illa tria *V* "illa "tria *B* tria illa *Am* ceperas *A* 13 dicere cum sumus *Angelius* dicere sumus *PAB* dicere cum fuimus *v* inquit *VB* inquid *A* 14 quae mihi here dixisti *AB* quae mihi here dixisti mihi *P* quae tria here dixisti mihi *v* ista inquit *B* ista inquid *A* insta an quid *P* insta inquit *v* 15 coeperat *PB* ceperat *A* coeperas *v* disserere *VA* disseserere *B* 16 Cum Petam fessum uisere uenissemus, ni medici aduentus nos interrupisset *Iucundus.* 'Cum petam fessum. *Maculosus hic locus in antiquis exemplaribus est, et in omnium optimo, nota adposita, damnatus. Receptam hic etiam lectionem conseruaui : ueterem nunc, cuicuimodi illa est, studiosis exponam,* Cum

2 nos inpedisset. Ego vero, inquam, dicam dumtaxat quod est historicon, de duabus rebus primis quae accepi, de origine et dignitate. de tertia parte, ubi est de arte, Scrofa suscipiet, ut semigraecis pastoribus dicam graece, ὅς πέρ μου πολλὸν ἀμείνων. nam is magister C. Lucili Hirri, generi tui, cuius nobiles pecuariae in Bruttiis habentur. sed haec ita a nobis accipietis, inquit Scrofa, ut vos, qui estis Epirotici pecuari athletae, remuneremini nos ac quae scitis proferatis in medium. nemo enim
3 omnia potest scire. Cum accepissem condicionem et meae partes essent primae, non quo non ego pecuarias in Italia habeam, sed non omnes qui habent citharam sunt citharoedi: Igitur, inquam, et homines et pecudes cum semper fuisse sit necesse natura, sive enim aliquod fuit principium generandi animalium, ut putavit Thales Milesius et Zeno Citieus, sive contra principium horum

---

poëtam sesum uisere uenissemus ne medici aduentus nos inredisset' *Victorius* poetam sesum *PAB* petam sessum *v* Paetum fessum *Ursinus* ne medici *VAB* 1 impedisset *Ursinus* inredisset *PAB* irreptisset *v* 3 tercia *A* 4 ὅσπερ μου πολλὸν ἀμείνων *Iucundus* ΟCΠΕΡ· ΜΟΥΤΙΟΛΛΟΝ. | ΜΕΙΝΩ *A* ὅπερ μου πολλὸν ἀμείνω *P*, *in lacuna om B, om v* 5 nam is *VB* nam mis *Am* C . Lucilli *P* clucilii *A* clucili *B* elucilii *m* est Lucilli *v* Hipri *VAB* 6 in bruttiis *B* in brutiis *V* in brutticiis *A* in bruciis *m* 7 inquit *VB* inquid *A*

'Qui estis epirotici pecuarii . *Auxilio fidelissimi codicis hic locus, turpiter in excusis diuulsus, ac foedatus, restituitur : ne quis autem me addidisse aliquid, aut distorsisse putet, ueterem scripturam adducam.* Qui estis pecuariathietae remune remininos ac, etc. *Quam possit sine ullo periculo ita corrigi, facile omnes uidere arbitror, una tantum in parte industria opus fuit, ut ex* Athietae, *Athletae fieret. Maxime autem me confirmauit, quod animaduerti alibi id uerbum idem uitium habere, quod in excusis integrum erat : nam in eodem exemplari ita locus ille tertii libri [5, 18] legitur,* Nos athietae comitiorum, etc. *pro,* Athletae' *Victorius* epirotici pecuariathieta . e *una littera ante* e *extremam deleta A* epyrotici pecuariathietae *B* epirotici thietę *P* epirotici thietate *v* . 8 nos] uos *Am* 9 accepissent *Ursinus* conditionem *VAB*

10 in italia *V* in italiam *AB* 11 habent *VB* habeant *A* citharedi *V* Igitur inquam] De origine pecuariae rei *in margine rubrica A*

12 'Et homines, et pecua. *Pecua habent antiqui libri, non Pecudes' Victorius'* pecudes cum semper *m* pecd' cum semper *A* pecu cum semper *P* pecorum semper *B* pecus cum semper *v* 14 thales *Vm* hales *AB* milesius et Zeno *VA* miliusesu zeno *B* citieus *A* citiaeus *B* cytięus *P* cythieus *v*

extitit nullum, ut credidit Pythagoras Samius et Aristoteles Stage-
rites, necesse est humanae vitae ab summa memoria gradatim
descendisse ad hanc aetatem, ut scribit Dicaearchus, et summum
gradum fuisse naturalem, cum viverent homines ex iis rebus,
quae inviolata ultro ferret terra: ex hac vita in secundam des- 4
cendisse pastoriciam, e feris atque agrestibus ut arboribus ac
virgultis [ac] decarpendo glandem, arbutum, mora, poma colli-
gerent ad usum, sic ex animalibus cum propter eandem utili-
tatem, quae possent, silvestria deprenderent ac concluderent et
mansuescerent. in quis primum non sine causa putant oves
adsumptas et propter utilitatem et propter placiditatem. maxime
enim hae natura quietae et aptissimae ad vitam hominum. ad
cibum enim lacte et caseum adhibitum, ad corpus vestitum et
pelles adtulerunt. tertio denique gradu a vita pastorali ad agri 5
culturam descenderunt, in qua ex duobus gradibus superioribus
retinuerunt multa, et quo descenderant, ibi processerunt longe,
dum ad nos perveniret. etiam nunc in locis multis genera
pecudum ferarum sunt aliquot, ab ovibus, ut in Phrygia, ubi

---

1 stagerites *VAB* stagirites *Iucundus* 2 humanam uitam *Ursinus* ad summa memoria *PB* a summa memoria *Am* ad sammam memoriam *v* 4 ex iis *V* ex his *AB* 5 ex hac] ex ac *A* 6 pastoritiam *V* atque *Bv* adque *PA* 7 ac *ante* decarpendo *om. Iucundus, add. VAB* '*In uetustissimo* Decarpendo, *eadem ratione qua antea ostendimus semper Aspargo, et Conspargo in eo scriptum esse: et apud Catonem hoc ipsum uerbum Decarpo*' *Victorius* arbutum *Iucundus* arbustum *VAB*, *ubi* c' utum *superscripsit P* colligerent *VAB* collegerant *I. F. Gronovius apud Graevium lect. Hesiod. p. 17* 9 possent *AB* possunt *V* dependerent *VAB* deprehenderent *Iucundus* 10 mansuefacerent *Gronovius l. c.* 11 adsumptas *A* assumptas *VB* hutilitatem *A* et propter lacilitatem (*corr.* facilitatem A^2) *superscriptum in A* placiditatem *v* laciditatem *P* lacciditatem *B* facilitatem *m* 12 enim hae natura quietae *AB* enim hae quietae *P* enim quietae *v* 13 adhibitum *VB* adibitum *A*, *delevit Ursinus* corpus *inclusit Schneiderus*. *fortasse* ad corporis vestitum 14 adtulerunt *PA* attulerunt *Bv* tercio *A* 16 quo] quos *Am* 'Ibi processerunt longe, dum ad nos perueniret. *Ita coniectura ductus emendaui: ante in excusis, et manu scriptis,* Dum annus perueniret' *Victorius* 17 dum annus perueniret *VAB* 18 aliquot ab ouibus *v* aliquod ab ouibus *PB* aliquod ab ouibus aliquod *A* phrigia *B*

greges videntur conplures; in Samothrace caprarum, quas latine rotas appellant. sunt enim in Italia circum Fiscellum et Tetricam montes multae. de subus nemini ignotum, nisi qui apros non putat sues vocari. boves perferi etiam nunc sunt multi in Dardanica et Medica et Thracia, asini feri in Phrygia et Lycaonia, equi feri in Hispania citeriore regionibus aliquot.

6 Origo, quam dixi; dignitas, quam dicam. de antiquis inlustrissimus quisque pastor erat, ut ostendit et graeca et latina lingua et veteres poetae, qui alios vocant polyarnas, alios polymelos, alios polybutas. [quod] ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis, Atreus quam sibi Thyesten subduxe queritur; ut in Colchide *ad* Aeetam, ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautae; ut in Libya ad Hesperidas, unde aurea mala, id est secundum

---

5 asini feri in Phrygia *II 6, 3. Plin. 8, 175*

---

1 conplures *A* complures *VB* quas platycerotas appellant *Pelisserius apud Turnebum adv. 4, 6* 2 sunt etiam in Italia *Iucundus* fiscellum *VB* fiscelum *A* fiscelium *m Iucundus.* 'Circum Fiscellum et Tetricam montes. *Antea in excusis mendose Fiscelium: ueterem igitur scripturam reposui . nam in illo etiam loco huius [II 3, 3] in iisdem antiquis libris ita legitur, In Sauracti Fiscello caprae ferae sunt' Victorius* 3 subus *PAB et codices Victorii adn. I 38, 2* suibus *v*
4 putat *AB Victorius* putant *Vm* perferri *A* in dardanica *AB* in dardania *V* 5 medica *PAB* media *v* ph^{r}ygia *A* Lycaonia *Plinius VIII, 175*, chaonia *V* caonica *A* caonia *B* 6 f. eri *una littera post* f *deleta A* in hispania *mv* in hispaniae *PB* inspanie *ut videtur, corr.* ispanie *A* citeriore *PAB* exteriore *v* aliquot *VB* aliquod *A*
7 origo quam quam dixi *B* dignitas quam dicam] De dignitate *in margine rubrica A* dicam *posteriore loco VA*^{2}*m* dixi | cam *A* dixicam *B* antiquiss *B* inlustrissimus *A* illustrissimus *VB* 8 graeca] grega *A* 9 lingua *om. B, add. VA* polyarnas *V* polyrnas *AB*
10 quod ipsas *PAB* qui ipsas *v* quin ipsas *Gesnerus* 11 aure . as *una littera post* e *deleta A* Atreus *Vm* acreus *B* ^{c}areus *A* 12 thyesten *AB* Thiesten *P* Thiestem *v* subduxe *PAB* subduxisse *v.* '*In antiquis libris imminuto uerbo* Subduxe, *legitur' Victorius* ad Aeetam] actam *AB* actam c' aeetan *P* Oeta *v* Aeeta *Victorius* 14 libya *v* libro *PAB*

antiquam consuetudinem capras et oves, [quas] Hercules ex Africa
in Graeciam exportavit. eas enim *a* sua voce Graeci appellarunt
mela. nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab alia littera 7
(vox earum non me, sed be sonare videtur), oves be alare vocem
efferentes, e quo post balare dicunt extrita littera, ut in multis.
quod si apud antiquos non magnae dignitatis pecus esset, in
caelo describendo astrologi non appellassent eorum vocabulis
signa, quae non modo non dubitarunt ponere, sed etiam ab iis
principibus duodecim signa multi numerant, ab ariete et tauro,
cum ea praeponerent Apollini et Herculi. ii enim dei ea secuntur, sed appellantur Gemini. nec satis putarunt de duodecim 8
signis sextam partem obtinere pecudum nomina, nisi adiecissent,
ut quartam tenerent, capricornum. praeterea a pecuariis addiderunt capram, haedos, canes. an non etiam item in mari terraque ab his regionibus notae [a pecore], in mari, quod nominaverunt a capris Aegaeum pelagus, ad Syriam montem Taurum, in
Sabinis Cantherium montem, * unum Thracium, alterum Cimmerium? nonne in terris multa, ut oppidum in Graecia Hippion 9
Argos? denique non Italia a vitulis, ut scribit Piso? Romanorum vero populum a pastoribus esse ortum quis non dicit?
quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum

---

1 quas *inclusit Gesnerus* ercules *A* 2 eas enim a sua uoce *Ursinus* ea enim sua uoce *VAB* graece appellarunt mela *PAB* graeci appellarunt mala *v* 3 secus nostri *superscriptum in A* 4 be alare] balare *PB* ballare *A* belare *A*²*m*, *om. v* 5 e quo *PAB* a quo *v* dicunt] dictum *Ursinus* littera ut in *VB* littera (ee) ut in *A* 8 ab iis *PAB* ab his *v* 9 multi *VB* multa *A* 10 appollini *B* ii enim dei *PB* ii enim diei *A* hi enim dii *v* secuntur *AB* sequuntur *V* 12 adiacessent *corr.* — cissent *B* 13 tenerent *Iucundus* teneret *VAB* pecuariis *VB* pecun | aris *A* 14 anno etiam item *B* anno (*corr.* annō *A*²) etiam Ittem *A* an no item *P* an non item *v* 15 regionibus *VB* regionib; *A corr.* — nes *A*² regionum *Iucundus* a pecore *inclusit Gesnerus* 16 aegeum *VB* egeum *A* syriam *VB* siriam *A* 17 cantherium *PAB* canterium *v* montem unum *PAB* montem Bosphorum unum *v* cimerium *VAB* 18 hippionargos *V* hippion agros *A* hippionargros *B* 19 denique in italia *PB* denique in italia *A* denique italia *v* 20 ortum *superscriptum in B* 21 nutricium *V* nutritium *A* nutrium (ci) *B*. Nutricius *in margine adscripsit P*

et Remum educavit? non ipsos quoque fuisse pastores obtinebit, quod Parilibus potissimum condidere urbem? non idem, quod multa etiam nunc ex vetere instituto bubus et ovibus dicitur, et quod aes antiquissimum quod est flatum pecore est notatum,
10 et quod urbis, cum condita est, tauro et vacca qua essent muri et portae definitum, et quod, populus Romanus cum lustratur suovitaurilibus, circumaguntur verres aries taurus, et quod nomina multa habemus ab utroque pecore, a maiore et a minore? *a minore* Porcius, Ovinius, Caprilius; sic a maiore Equitius, Taurius: cognomina adsignificari quod dicuntur, ut Anni Caprae, Statili Tauri, Pomponi Vituli: sic a pecudibus alii multi.

11 Relicum est de scientia pastorali, de qua est dicendum, quod Scrofa noster, cui haec aetas defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest, dicet. Cum convertissent in eum ora omnes, Scrofa, Igitur, inquit, est scientia pecoris parandi ac pascendi, ut fructus quam possint maximi capiantur ex eo, a quibus ipsa pecunia nominata est. nam omnis pecuniae
12 pecus fundamentum. ea partes habet novem, discretas ter ternas, ut sit una de minoribus pecudibus, cuius genera tria, oves capra sus, altera de pecore maiore, in quo sunt item ad tres species

---

1 pastores fuisse *corr.* fuisse pastores *B* 2 parilibus *VA* palilibus *corr.* parilibus *B* 3 etiam] extam *corr.* etiam *B* 4 notatum *VB* nontantum *A* 5 urbis *PAB* urbs *mv* quae essent *B* quȩ essent *P* que essent *corr.* qui essent *A* qui essent *mv* qua essent *coniecit Gesnerus* 6 quod *in margine scriptum in B* cum lustratur *Iucundus* cum lustraretur *VAB* 7 suouitaurilibus *P Victorius* suouitaulilibus *corr.* suouitaurilibus *B* suouitauribus *A* solitaurilibus *v* 8 a minore *semel scriptum in VAB*, *bis posuit Iucundus*

9 portius *A* taurius *PA* tau^{i}rus *B* taurus *v* 10 adsignificari *PAB* assignificari *v* ut anini caprae *PB* ut aninica pre *A* ut Annii caprae *v.* '*Vetus lectio*, Vt anini caprae' *Victorius* 11 statili tauri *VAB* Statilii Tauri *Victorius* pomponi uituli *Am* pomponi uitulos *PB* pomponii Vituli *v*

12 relicum *PAB* reliquum *v.* De scientia pastorali in genere *in margine rubrica A* de qua quod est dicendum *Ursinus* 14 dicet *Pelisserius apud Turnebum adv. 4, 6* dici *VAB* 15 inquit *Bv* inquid *PA*

17 exea *VAB* ipsa pecunia *AB* ipsa pecuaria *V* pecuniae *PAB* pecuariae *v* 18 discretas *Bv* descretas *PA et codices Victorii adnot. I 28, 2* 19 de mino | pecudibus *A* oues *PAB* ouis *v*

natura discreti boves asini equi. tertia pars est in pecuaria
quae non parantur, ut ex iis capiatur fructus, sed propter eam
aut ex ea sunt, muli canes pastores. harum una quaeque in se
generalis partis habet minimum novenas, quarum in pecore
parando necessariae quattuor, alterae in pascendo totidem; prae-
terea communis una. ita fiunt omnium partes minimum octo-
ginta et una, et quidem necessariae nec parvae. primum ut 13
bonum pares pecus, unum scire oportet, qua aetate quamque
pecudem parare habereque expediat. itaque in bubulo pecore
minoris emitis anniculam et supra decem annorum, quod a bima
aut trima fructum ferre incipit neque longius post decimum
annum procedit. nam prima aetas omnis pecoris et extrema 14
sterilis. e quattuor altera pars est cognitio formae unius cuius-
que pecudis, qualis sit. magni enim interest, cuius modi quae-
que sit, ad fructum. ita potius bovem emunt cornibus nigrantibus
quam albis, capram amplam quam parvam, sues procero corpore,
capitibus ut sint parvis. tertia pars est, quo sit seminio quae-
rendum. hoc nomine enim asini Arcadi in Graecia nobilitati, in

---

18 asini Arcadi *Plin.* 8, 167

---

1 natura discreti *PAB* natura discrete A^2*m* natura discreta *v* tercia *A* 2 parantur *A* paratur *VB* 3 ex ea sint muli *B Victorius* exa sint muli *A* ex ea sint sicut muli *V* ex ea sint ut muli *m* harum *Iucundus* horum *VAB* 4 generalis partis habet hominū nouenas *AB* generalis partis hominum nouenas *P* generalis partes omnium nouenas *v* peccore *A* 6 communis una *VB* communi sunt *A* communis sunt ut *m* fiant *A corr.* fiunt A^2 omnium partes *VAB* omnes partes *m Iucundus* 8 unum *delevit Ursinus* 9 habereque | pediat *A* 'Itaque [itaque in bubulo pecore *in editione Victorius*] minoris emitis anniculam. *Quam secutus sum lectionem, et excusi nonnulli habebant, et manu scripti omnes. — in uetustissimo hoc tantum diuersum erat, quod* Emptis, *pro Emitis, in eo scriptum est' Victorius . fortasse* minoris emitur annicula peccore *A* 10 emitis anniculam *v* emptis (ēptam *corr.* ēptis *A*) anniculam *PAB* 12 pecoris et extrema *VB* pecoris extat *A*, *sed* tat *in rasura* A^2 *ut videtur,* pectoris est *m* 13 sterilis *Bv* sterelis *PA* 14 cuius queque modi queque, *sed* queque *priore loco deletum A* 15 ita potius *AB* itaque potius *V* 17 tercia *A* est *superscriptum in A* quaerendum] parandum *Ursinus* 18 arcadi *AB* archadi *P* archadici *v*. '*In manu scriptis* Arcadi: *Arcadii, ex antiqua scriptura legi posset, ut supra Pecuari, pro Pecuarii, Statili, pro Statilii : nam hoc etiam ueteres librarii hic seruabant' Victorius*

Italia Reatini, usque eo, ut mea memoria asinus venierit ses-
tertiis milibus sexaginta et unae quadrigae Romae constiterint
15 quadringentis milibus. quarta pars est de iure in parando, quem
ad modum quamque pecudem emi oporteat civili iure. quod enim
alterius fuit, id ut fiat meum, necesse est aliquid intercedere.
neque in omnibus satis est stipulatio aut solutio nummorum ad
mutationem domini. in emptione alias stipulandum sanum esse,
16 alias e sano pecore, alias neutrum. alterae partes quattuor sunt,
cum iam emeris, observandae, de pastione, de fetura, de nutri-
catu, de sanitate. pascendi primum locus qui est, eius ratio tri-
plex, in qua regione quamque potissimum pascas et quando et qui,
ut capras in montuosis potius locis [quam] fruticibus quam in her-
bidis campis, equas contra. neque eadem loca aestiva et hiberna
idonea omnibus ad pascendum. itaque greges ovium longe abi-
guntur ex Apulia in Samnium aestivatum atque ad publicanum
profitentur, ne, si inscriptum pecus paverint, lege censoria con-
mittant. muli e Rosea campestri aestate exiguntur in burbures
17 altos montes. qui potissimum quaeque pecudum pascatur, habenda
ratio, nec solum quod faeno fit satura equa aut bos, cum sues
hoc vitent et quaerant glandem, sed quod hordeum et faba inter-
dum sit quibusdam obiciendum et dandum* bubus lupinum et

---

1 momoria *B* ue^{i}nerit *A* sextertiis *B* 2 sexanginta *A* 3 in parando *A* imparando *PB* imperando *v* 7 domini *Am Victorius* dominii *VB* in emptione *m* in emptionē *VB* Ineptionē *A* sanum esse *Ursinus* statim esse *PAB* esse statim *v* 8 pecore *V* recore *AB* alias neutro *VAB* 9 emeris *Vm* emeres *B et ut videtur A* foetura *V* 10 primum *PAB* primus *mv* locum *corr.* locus *B* 11 quanque *V* et quando et qui ut *PB* et quando (qui *add. A*²) ut *A* et quando et ut *m* et quando e quis ut *v*. 'Et quando, e quis. *Locus deprauatus corrigi debet, ut in optimo exemplari, aliisque nonnullis legitur,* Et quando, et qui ut etc.' *Victorius* 12 montuosis *PAB* montosis *v* fruticibus *V* fructicibus *B* fructicibus *A* 13 hyberna *V* 16 committant *VAB* 17 muli e Rosea *Victorius* mulieros et a *PB* mulieres et a *Am* mulietos et a *v*. '*Vetustissimum exemplar,* Mulieros et a campestri etc.' *Victorius* burbures *PAB Victorius* gurgures *v*. '*Gurgures in manu scriptis inueni antea excusi Burbures habebant*' *Victorius, qui voluit haud dubie* burbures *in man. et deinde excusi* gurgures 19 feno *A* foeno *VB* 20 fabam — medicam *Ursinus* 21 obiiciendum *V*

lactariis medica et cytisum; praeterea quod ante admissuram diebus triginta arietibus ac tauris datur plus cibi, ut vires habeant, feminis bubus demitur, quod macescentes melius concipere dicuntur. secunda pars est de fetura. nunc appello feturam a con- 18
ceptu ad partum: hi enim praegnationis primi et extremi fines. quare primum videndum de admissione, quo quaeque tempore ut ineant facere oporteat. nam ut suillo pecori a favonio ad aequinoctium vernum putant aptum, sic ovillo ab arcturi occasu usque ad aquilae occasum. praeterea habenda ratio, quanto antequam incipiat admissura fieri mares a feminis secretos habeant, quod fere in omnibus binis mensibus ante faciunt et armentarii et opiliones. altera pars est, in fetura quae sint observanda, quod 19
alia alio tempore parere solet. equa enim ventrem fert duodecim menses, vacca decem, ovis et capra quinos, sus quattuor. in fetura res incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lusitania ad oceanum in ea regione, ubi est oppidum Olisipo, monte Tagro quaedam e vento concipiunt certo tempore equae, ut hic gallinae quoque solent, quarum ova hypenemia appellant. sed ex his equis qui nati pulli, non plus triennium vivunt. quae nata sunt matura et corda, ut pure et molliter stent videndum et ne obterantur. dicuntur agni cordi, qui post tempus nas-

---

15 in Lusitania *Colum. VI 27, 7 Plin. 8, 166.* 21 dicuntur agni cordi *Plin. 8, 187*

---

1 cytisum *VB* cytissum *A* 3 foeminis *V* demittitur *B* 4 foetura *V* nunc *Iucundus* nun *PB* non *Am* unde *v* feturam *A* figuram *corr.* feturam *B* foeturam *V* 6 quo quaeque] quoque *A* 7 oporteat *AB* oportet *V* suillo] si ullo *B* pecori *A²mv* pecore *PAB* fauonium *corr.* — io *B* 8 ouillo *Gesnerus* ouili *VAB* 10 foeminis *V* 11 fatiunt *A* 12 opiliones *mv* cipiliones *PAB* foetura *V*, *item postea* 14 quinos *PAB* quinque *v* 16 occeanum *B* olisippo *v* obsippo *PAB.* '*In optimo exemplari* Obsippo' *Victorius* 17 monte tagro *VAB* sacro monte *Columella VI 27, 7* monte Artabro *Salmasius in Solin. p. 196 coll. Plin. IV 113.* circa Olisiponem oppidum et Tagum amnem *Plinius VIII 166* 18 oua ianenemia *et in margine* c' ὑπηνέμια *P* oua iane nemi *AB* oua hippenemia *v* appellant *ABv* appellabant *P* 19 quae sunt nata *corr.* quae nata sunt *B* 20 corda *PAB* chorda *v* pure et molliter *AB* pure molliter *V* 21 cordi *priore loco PAB* chordi *v* nascantur *A*

cuntur ac remanserunt in volvis intimis. * vocant chorion, a quo

20 cordi appellati. tertia res est, *in* nutricatu quae observari oporteat, in quo quot diebus matris sugant mammam et id quo tempore et ubi; et si parum habet lactis mater, ut subiciat sub alterius mammam, qui appellantur subrumi, id est sub mamma. antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut opinor. fere ad quattuor menses a mamma non diiunguntur agni, haedi tres, porci duo. e quis quoniam puri sunt, ad sacrificium ut inmolentur, olim appellati sacres, quos appellat Plautus, cum ait 'quanti sunt porci sacres?' sic boves altiles ad sacrificia publica saginati

21 dicuntur opimi. quarta pars est de sanitate, res multiplex ac necessaria, quod morbosum pecus est vitiosum, et quoniam non valet, saepe magna adficiuntur calamitate. cuius scientiae genera duo, ut in homine, unum ad quae adhibendi medici, alterum quae ipse etiam pastor diligens mederi possit. eius partes sunt tres. nam animadvertendum, quae cuiusque morbi sit causa, quaeque signa earum causarum sint, et quae quemque morbum

---

5 qui appellantur subrumi *II 11, 5* 8 e quis quoniam puri *II 4, 16* 9 Plautus *Menaechm. 289*

---

2 cordi *posteriore loco AB* chordi *V* tercia *A* *fortasse* tertia pars est in *ante* nutricatu *om. VAB* quae obseruari *v* qua adseruari *P* q̱ obseruari *A* qua obseruari *B* quid obseruari *m* 3 quot diebus *Bv* quod diebus *PA* quo tempore *VB* quod tempore *A* 5 subrumi *Iucundus* subgrumi *AB* subgruni *P* subruini *v* 6 rumis *PAB* ruinis *v* 7 diiunguntur *PAB* disiunguntur *v* 8 duo e quis *VB* duo' e quis *A* duos qui *m* quoniam] quom *Ursinus* puri *v* pori *PAB* sacrifitium *A* inmolentur *A* immolentur *VB* 10 sacrifici|cia *A* 11 opimi *A²* *Iucundus* optimi *VAB* multiplex ac necessaria *Pm* multiplexa necessaria *AB* multiplex et necessaria *v* 12 pecus est uitiosum *PB* pecus uitiosum *A* pecus et uitiosum *v* et quando non ualet, saepe magna gregem afficit calamitate *Iucundus.* '*Receptam lectionem retinui, uetustam nunc studiosis exponam, quam sane mendum aliquod continere omnino credo : contra autem peruulgata plana est : id tantum mali in illa, quod ab antiqua dissentit* : Et quoniam non ualet saepe magna adficiuntur calamitate' *Victorius* et quoniam *V* et qm̄ *AB* et qn̄ *m* 13 adficiuntur *PA* afficiuntur *Bv* 14 in homine *B* in hominem *VA* ad quem *VAB* altera quae *V* altera quę *B* altera que *A* alterum quo *Iucundus* 15 pastor *mv* fastor *PAB* 17 sint *superscriptum A² ut videtur* quemque] quenque *VB*

curatio [curandi] sequi debeat. fere morborum causae erunt, 22
quod laborant propter aestus aut propter frigora, nec non etiam
propter nimium laborem aut contra nullam exercitationem, aut
si, cum exercueris, statim sine intervallo cibum aut potionem
dederis. signa autem sunt, ut eorum qui [si] e labore febrem
habent, adapertum *os* umido spiritu crebro et corpore calido.
curatio autem, cum hic est morbus, haec. perfunditur aqua et 23
perunguitur oleo et vino tepefacto, et item cibo sustinetur, et
inicitur aliquid, ne frigus laedat: sitienti aqua tepida datur. si
hoc genus rebus non proficitur, demittitur sanguis, maxime e
capite. item ad alios morbos aliae causae et alia signa, in omni
pecore quae scripta habere oportet magistrum pecoris. relin- 24
quitur nonum quod dixi, de numero, utriusque partis commune.
nam et qui parat pecus necesse est constituat numerum, quot
greges et quantos sit pasturus, ne aut saltus desint aut supersint
et ideo fructus dispereant. praeterea scire oportet, in grege quot
feminas habeat, quae parere possunt, quot arietes, quot utriusque
generis suboles, quot reiculae sint alienandae. in alimoniis, si

---

1 curatio curandi *PB* cur ratio curandi *A* curatio *v* ratio curandi *Iucundus* causa erunt *A* 2 frigora *ABv* frigura *P* 3 laborem ut contrariam nullam *AB* laborem ut contrarium nullam *P* laborem aut contrarium nullam *v* laborem aut contra propter nullam *Iucundus* 4 si cum *VB* siccum *A* 5 qui siue ex aestu siue e labore febrem habent, adapertum os humido spiritu *Iucundus*. '*Vitiosi sunt hac parte antiqui codices, communis lectio aperta, si modo illa uera est, et non ab aliquo correctore conformata:* Qui si e labore febrem habent adapertum humido spiritu, etc.' *Victorius* qui si e labore *AB* qui si labore *P* qui sine labore *v* 6 os *om. VAB* umido *PA* humido *Bv* 7 morbus *in fine paginae om. V, add. AB* 8 cibo *VB* cib; *A* cibus *m* 9 iniicitur *V* laedat *Ursinus* caedat *B* cedat *VA* sicienti *A* 10 demittitur *VBm* dimittitur *A* sanguis maxime e capite *B* sanguis ea capite maxime ea capite *A* sanguis maxime a capite *V* 14 quot greges *Bv* quod greges *P* q̄t (*h. e.* quod *corr.* quot) greges *A* 15 quantos *Ursinus* quanto *VAB* saltus^{de} sint *B* supersunt *A* 16 praeterea *VB* propterea *Am* 17 foeminas *V* possunt *AB Victorius* possint *V* quot arietes *VB* quod arietes *A* quot utriusque *Bv* quod utriusque *PA* 18 suboles *P* soboles *ABv* quot reiiculae *v* quod epulę *PA* quot epulae *B*. '*In cunctis manu scriptis* Quot epulae, *scriptum inueni*' *Victorius*

sunt plures nati, ut quidam faciunt, sequendum ut quosdam subducas, quae res facere solet ut reliqui melius crescant.
25 Vide, inquit Atticus, ne te fallat et novenae istae partes non exeant extra pecoris minoris ac maioris nomen. quo pacto enim erunt in mulis et pastoribus novenae partes, ubi nec admissurae nec feturae observantur? in canibus enim video posse dici.
26 sed do etiam in hominibus posse novenarium retineri numerum, quod in hibernis habent in villis mulieres, quidam etiam in aestivis, et id pertinere putant, quo facilius ad greges pastores retineant et puerperio familiam faciant maiorem et rem pecuariam fructuosiorem. Si, inquam, numerus non est ut sit ad amussim, ut non est, cum dicimus mille naves isse ad Troiam, centumvirale esse iudicium Romae. quare deme, si vis, duas res de
27 mulis, admissuram et parturam. Vaccius, Parturam? inquit, proinde ut non aliquotiens dicatur Romae peperisse mulam. Cui ego ut succinerem, subicio Magonem et Dionysium scribere, mula et equa cum conceperint, duodecimo mense parere. quare non, si hic in Italia cum peperit mula sit portentum, adsentiri omnes terras. neque enim hirundines et ciconiae, quae in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt. non scitis palmulas careotas *in* Suria
28 parere [in iurea], in Italia non posse? Sed Scrofa, Si exigere

16 subicio Magonem *Colum. VI 37, 3*

1 fatiunt *A* subduas *A*
3 inquit *VB* inquid *A* fallat] stallat *A* nouae ne istae *B* 5 erunt *v* ferunt *PAB* 6 foeturae *V* in canibus enim uideo *PA* in canibus uideo *Bv* 7 retineri *Iucundus* retinere *VAB* 10 faciant *v* faciunt *PAB* 11 si inquam *VAm* sin inquam *B* sic inquam *Ursinus* . *fortasse* sed inquam 13 iuditium *A* 14 parturam *priore loco PAB* parituram *v* uaccius *PB* uacca ius *A* cnacius *m* Vactius *v* parturam *posteriore loco P* pasturam *AB* parituram *v* inquit *VB* inquid *A* 16 subicio *m* subigio *A* subiigio *PB* subiicio *v* dionisium *A* mula et equa *PAB* mulam et equam *mv*
17 cum conceperint] con conceperint *A* 19 ciconiae *AB* ciconeae *V* quae *Vm* qui *AB* 20 hominibus *corr.* omnibus *A* sitis (c) *A* palmulas *in margine A* careotas *PAB* cariotas *v* in syria *Iucundus* syriam *VAB* 21 in iurea (*corr.* in iudea *A*) in italia *AB* (c' in iudea) iniusea in italia *P* in indea in italia *m* inuectas in italiam *v* . 'In Iudaea, in Italia non posse. *Vetus lectio,* In iurea, *castigaui ex ingenio, rem ipsam secutus,* In Iudaea' *Victorius*

mavis sine mulorum fetura et nutricatu numerum octoginta et unum, est qui expleas duplicem istam lacunam, quod extraordinariae fructum species duae accedunt magnae, quarum una est tonsura, quod oves ac capras detondunt aut vellunt; altera, quae latius patet, de lacte et caseo, quam scriptores graeci separatim *τυροποιίαν* appellaverunt ac scripserunt de ea re permulta.

Sed quoniam nos nostrum pensum absolvimus ac limitata II
est pecuaria quaestio, nunc rursus vos reddite nobis, o Epirotae,
de una quaque re, ut videamus, quid pastores a Pergamide
Maledove potis sint. Atticus, qui tunc Titus Pomponius, nunc 2
Quintus Caecilius cognomine eodem, Ego opinor, inquit, incipiam
primus, quoniam in me videre coniecisse oculos, et dicam de
primigenia pecuaria. e feris enim pecudibus primum dicis oves
conprehensas ab hominibus ac mansuefactas. has primum oportet
bonas emere, quae ita ab aetate, si neque vetulae sunt neque
merae agnae, quod alterae [iam] nondum, alterae iam non possunt
dare fructum. sed ea melior aetas, quam sequitur spes, quam
ea quam mors. de forma ovem esse oportet corpore amplo, 3

---

18 de forma *geopon. XVIII 1 sqq.*

---

1 foetura *V* numerum] nemerum *B* 3 fructum *PAB* fructuum *A²v* accedunt duae *corr.* duae accedunt *B* 4 detondunt *VAB* detondent *m* [1]uelunt *A* 5 quae latius *V* quod latius *AB* patet de lacte *VB* patet et de lacte *Am* 6 TYPOTCOIan [c' τυροποιίαν] *P* typot coian *A*, *in lacuna om. et in margine* gc *B*, *sine lacuna om. v* appell[ue]arunt *B* 8 epyrotae *B* 9 a pergamide *AB Victorius* apergamidae *V* 10 maledoue *PB Victorius* malednoue *ut videtur, sed* n *deletum A* maledone *mv* ponponius *A* 11 'Cognomine eodem. *Ita emendaui ex ingenio' Victorius* cum nomine eodem *VAB* inquit *VB* inquid *A* 12 'Quoniam in me uidere coniecisse oculos. *Ita erat in manu scriptis, et ita scribi uolui. Videre, pro Videris, cepit: ut in illo etiam loco, qui est, ubi agit de suibus [II 4, 1], Ignorare, inquit, uidere, cur appeller Scrofa. Sic enim illic etiam habent antiqui codices' Victorius* coniecisse *v* conicisse *PA* connicisse *B* 13 pecuariae feris *VB* pecuarie feris *Am* primum dicis oves] De ouibus *in margine rubrica A* 14 conprehensas *A* comprehensas *V* compraehensas *B* ac mansuefactas *Vm* ac masuefactas *A* ammansuefactas *B* 15 bonas emere *VA* emere bonas *B* 17 melior aetas *Vm* meliora etas *A* a *expuncto A²* meliora aetas *B* 18 esse oportet *VB* oportet esse *A*

quae lana multa sit et molli, villis altis et densis toto corpore,
maxime circum cervicem et collum, ventrem quoque ut habeat
pilosum. itaque quae id non habent, maiores nostri *apicas
appellabant ac reiciebant. esse oportet cruribus humilibus: caudis
4 observate ut sint in Italia prolixis, in Syria brevibus. in primis
videndum ut boni seminis pecus habeas. id fieri ex duabus
rebus potest animadverti, ex forma et progenie: ex forma, si
arietes sint fronte lana vestiti bene, tortis cornibus pronis ad
rostrum, ravis oculis, lana opertis auribus, ampli pectore et
scapulis et clunibus latis, cauda lata et longa. animadvertendum
quoque lingua ne nigra aut varia sit, quod fere qui eam habent
nigros aut varios procreant agnos. ex progenie autem animad-
5 vertitur, si agnos procreant formosos. in emptionibus iure uti-
mur eo, quo lex praescripsit. in ea enim alii plura, alii pauciora
excipiunt: quidam enim pretio facto in singulas oves, ut agni
cordi duo pro una ove adnumerentur, et si quoi vetustate dentes
absunt, item binae pro singulis ut procedant. de reliquo antiqua
fere formula utuntur. cum emptor dixit 'tanti sunt mi emptae?'
et ille respondit 'sunt' et expromisit nummos, emptor stipulatur
6 prisca formula sic, 'illasce oves, qua de re agitur, sanas recte
esse, uti pecus ovillum, quod recte sanum est extra luscam sur-
dam minam, id est ventre glabro, neque de pecore morboso esse

---

3 itaque quae id non habent *Plin. 8, 198*

---

1 quā lana sit multa sit, *sed* sit *priore loco deletum A* villis] ẹṭ uillis *B* 3 quae id *mv* quo id *corr.* que id *ut videtur A* quo id *PB* habent *P* harent *corr.* habent *A* haberent *Bv* 4 candis *corr.* caudis *A* 5 obseruate *PAB* obseruare *v*. *fortasse* observant 6 id fieri ex *AB* id ex *P* id fere ex *v* 8 sint *VB* sunt *A* pronis *mv* promis *PAB* 9 ampli *PAB* amplis *mv* amplo *Ursinus* testibus amplis *Columella VII 3, 3* 10 latis] latas *corr.* — is *A* 11 eam habent *v* ea habent *PAB* 13 formosos *VB* formonṣos *A* n *expuncto ut videtur* A^2 14 quo lex *AB* quod lex VA^2m 15 precio *V* p̄cio *A* pręcio *B* 16 cordi *AB* chordi *V* adnumerentur *AB* annumerentur *V* si quę *PB* sique *Am* si qui *v* si cui *Iucundus* 18 mi emptae *PAB* mii emptae *v* 19 respondit *PB* respondixit *A* respondens dixit A^2m respondet *v* stipulatur *VB* stipulator *corr.* — ur *A* stipulator *m* 20 illasce *Iucundus* illasque *VAB* 21 uti pecus *VB* ut pecus *Am* luscam *V* dusca *corr.* lusca *A* lusca *B*

habereque recte licere, haec sic recte fieri spondesne?' cum id factum est, tamen grex dominum non mutavit, nisi si est adnumeratum. nec non emptor pote ex empto vendito illum damnare, si non tradet, quamvis non solverit nummos, ut ille emptorem simili iudicio, si non reddit pretium.

De alteris quattuor rebus deinceps dicam, de pastione, fetura, 7
nutricatu, sanitate. primum providendum ut totum annum recte pascantur intus et foris: stabula idoneo loco ut sint, ne ventosa, quae spectent magis ad orientem quam ad meridianum tempus. ubi stent, solum oportet esse eruderatum et proclivum, ut everri facile possit ac fieri purum. non enim solum [ea] uligo lanam corrumpit ovium, sed etiam ungulas, ac scabras fieri cogit. cum 8
aliquot dies steterunt, subicere oportet virgulta alia, quo mollius requiescant purioresque sint. libentius enim ita pascuntur. faciendum quoque saepta secreta ab aliis, quo incientes secludere possis, item quo corpore aegro. haec magis ad villaticos greges animadvertenda. contra illae in saltibus quae pascuntur et a 9
tectis absunt longe, portant secum crates aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, ceteraque utensilia. longe enim et late in diversis locis pasci solent, ut multa milia absint saepe hibernae pastiones ab aestivis. Ego vero scio, inquam: nam mihi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aestivabant, cum inter haec bina loca, ut iugum continet sirpiculos, 10

---

2 mutatur *corr.* mutauit *A* 3 damnare *A* dannare *B* dampnare *V* 4 quamvis] quam ouis *PAB* quanuis *mv* 5 iuditio *A* precium *VA* praetium *B*

6 foetura *V* 8 iduneo *corr.* idoneo *A* 10 euerri *PA* euerti *B* 11 lanam] lunam *A* 12 ouium *superscriptum in B* scabras *Vm* scrabras *B* scrabas *A* 13 aliquot dies *Bv* aliquod dies *PA* uirgulta A^2*mv* uirculta *PAB* 15 septa *VAB* quo inicientes *P* quoi | nicientes *A* quo iniciçientes *B* quo enitentes *v*. 'Quo incientes secludere possis. *Vetusta lectio* Inicientes, *quae et ipsa mendum habebat, quod tamen sine periculo tolli potuerit*. Incientes, *igitur emendaui, una tantum litera ex ea dictione sublata' Victorius* 17 contra illi in saltibus qui pascunt *Ursinus* contra ille *PAB* contra illa *v* 18 crates *mv* grates *PAB* 19 fatiant *A* caeteraque *V* longae enim *B* 21 hybernae *V* ab stiuis *A corr.* ab estiuis A^2 22 hybernabant *V*

sic calles publicae distantes pastiones. Eaeque ibi ubi pascuntur in eadem regione, tamen temporibus distingunt [ut] aestate, quod cum prima luce exeunt pastum; propterea quod tunc herba ruscida meridianam, quae est aridior, iucunditate praestat. sole exorto potum propellunt, ut redintegrantes rursus ad pastum alacriores
11 faciant. circiter meridianos aestus, dum defervescant, sub umbriferas rupes et arbores patulas subigunt, quaad refrigeratur. aere vespertino rursus pascunt ad solis occasum. ita pascere pecus oportet, ut averso sole agat: caput enim maxime ovis molle est. ab occasu parvo intervallo interposito ad bibendum adpellunt et rursus pascunt, quaad contenebravit: iterum enim tum iucunditas in herba redintegrabit. haec a vergiliarum exortu
12 ad aequinoctium autumnale maxime observant. quibus in locis messes sunt factae, inigere est utile duplici de causa, quod et caduca spica saturantur et obtritis stramentis et stercoratione faciunt in annum segetes meliores. reliquae pastiones hiberno ac verno tempore hoc mutant, quod pruina iam exalata propellunt in pabulum et pascunt diem totum ac meridiano tempore semel agere potum satis habent.

13 Quod ad pastiones attinet, haec fere sunt; quod ad feturam,

---

1 easque *Gesnerus* . *fortasse* eae quoque ubi pascuntur ibi *om. m* 2 distingunt *PAB* distinguunt *v* 3 cum] com *A* lu | exeunt *A corr.* luce exeunt A^2 ruscida *PAB* rosida *mv* 4 meridianam *AB* meridiana *V*. 'Meridianam quae est aridior iucunditate praestat. *In excusis antea* Meridianae . *Praestare tamen aliquam rem, id est, uincere, ac superare, ueteres dixerunt. Initio etiam tertii libri sic locus ille in antiquis legitur, Immani numero annorum urbanos agricolae praestant' Victorius* iucunditate *VA* iocunditate *B* prestant *B* sole *om. A* 5 potum *Pontedera p. 423* puto *PAB* puro *v* alacriores *Bmv* alagriores *P* alagriores *corr.* alacriores *A* 6 faciunt *A* 7 patulas *Bmv* putulas *PA* subiciunt *PAB* subiiciunt *v* quaad refrigeratu *PB* quoad (*sed* o *in rasura* A^2) refrigeratu *corr.* — to *A* quod ad refrigerata *m* quoad refrigerato *v* 8 pascunt *PAB* pascant *v* 9 auerso *PB* aduerso *A* aduersa *m* aduerso *v* 10 molle VBA^2 mollis *A* molli *m* 11 adpellunt *A* appellunt *VB* quaad *PB* quaa^{d} *A* quoad A^2mv 12 uergiliarum *VB* uirgiliarum *Am* 13 autumnale *AB* auctūnnale *P* auctunnale *v* 14 messe *A* interest utile *VAB* inigere utile *Ursinus* 16 anum *A* hiberno *B* iberno *A* hyberno *V* 17 exalata *ABm* exhalata *V*

20 apastiones *A corr.* ad pastiones A^2 ad foeturam *utroque loco V* afeturam *priore loco A*

quae dicam. arietes, quibus sis usurus ad feturam, bimestri tempore ante secernendum et largius pabulo explendum. cum redierunt *ad* stabula e pastu, hordeum si est datum, firmiores fiunt ad laborem sustinendum. tempus optimum ad admittendum ab arcturi occasu ad aquilae occasum, quod quae postea concipiunt, fiunt vegrandes atque inbecillae. ovis praegnas est diebus 14
CL. itaque fit partus exitu autumnali, cum aer est modice temperatus et primitus oritur herba imbribus primoribus evocata. quam diu admissura fit, eadem aqua uti oportet, quod conmutatio et lanam facit variam et corrumpit uterum. cum omnes conceperunt, rursus arietes secernendi, ita factis praegnantibus quod sunt molesti, obsunt. neque pati oportet minores quam bimas saliri, quod neque natum ex his idoneum est, neque non ipsae fiunt deteriores; et non meliores quam trimae admissae. deterrent ab saliendo, et fiscellas e iunco aliave qua re quod alligant ad naturam. commodius servantur, si secretas pascunt.

In nutricatu cum parere coeperunt, inigunt in stabula, eaque 15
habent ad eam rem seclusa, ibique nata recentia ad ignem prope ponunt, quaad convaluerunt. biduum aut triduum retinent, dum

---

4 tempus optimum *Plin. 8, 187*

---

2 exemplendum *B* 3 redierunt ad stabula *P* redierunt stabula *ABm* redierint ad stabula *v* hordeumm *B* 4 sustinendum *VA* substinendum *B* 5 aquilae] aliquidle *corr.* aquile *A* quod quae] quodq; *B* qui postea concipiuntur fiunt uegrandes atque imbecilli *Ursinus et Popma coll. Plin. VIII 187* postea concepti invalidi 6 uaegrandes *B*. Vegrandes *in margine adscripsit P* inbecille *A* imuecillae *P* inuecillę s, *sed* s *deletum B* inbecilles *m* imbecillae *v* praegnas *P* praegnans *ABv* 7 exitu *mv* exitus *PAB* autumnali *AB* autunnali *P* auctunnali *v* 8 et primitus *VB* ac primitus *Am* 9 admissuran *B* quod commutatio *VB* quod cummutatio *A* 10 omnes mutatio conceperunt, *sed* mutatio *deletum A* 12 obsunt *delevit Scaliger* 13 neque non ipsae *PA* neque ipsae *B* nec non ipsae *v* 15 et fiscellas e iunco *V* et fiscella seiunco *B* et fixelas seiunco *A* et fiscellas seiunco *m*

17 coeperunt *P* ceperunt *A* caeperunt *B* coeperint *v* 19 ponunt *v* ponant *PAB* quaad *PAB* quoad *A*²*v* biduum aut triduum *mv* biduum ad triduum *PB* budium ad triduum *A* dum adcognoscant *PAB* dum agnoscant *mv*

adcognoscant matrem agni et pabulo se saturent. deinde matres cum grege pastum prodeunt, retinent agnos, ad quos cum reductae ad vesperum, aluntur lacte et rursus discernuntur, ne noctu a matribus conculcentur. hoc item faciunt mane, ante-
16 quam matres in pabulum exeant, ut agni satulli fiant lacte. circiter decem dies cum praeterierunt, palos offigunt et ad eos alligant libro aut qua alia re levi distantes, ne toto die cursantes inter se teneri delibent aliquid membrorum. si ad matris mammam non accedet, admovere oportet et labra agni unguere buturo aut adipe suilla et olfacere labra lacte. diebus post paucis obicere iis viciam molitam aut herbam teneram, antequam exeunt
17 pastum et cum reverterunt. et sic nutricantur, quaad facti sunt quadrimestres. interea matres eorum iis temporibus non mulgent quidam, qui ut melius, omnino perpetuo, quod et lanae plus ferunt et agnos plures. cum depulsi sunt agni a matribus, diligentia adhibenda est ne desiderio senescant. itaque deliniendum in nutricatu pabuli bonitate et a frigore et aestu ne quid laboret
18 curandum. cum oblivione iam lactis non desiderat matrem, tum denique conpellendum in gregem ovium. castrare oportet agnum

---

10 adipe suilla *Priscian. l. V. p. 168, 16 l. VII p. 321, 20*
19 castrare *Plin. 8, 198*

---

1 saturent *m Iucundus* saturant *VAB* deinde dum matres *Iucundus* 3 discernuntur *Amv* discernentur *PB* nec noctu *A* 6 offigunt *PA* affigunt *corr.* offigunt *B* affigunt *mv* et *superscriptum in A* 7 distantes *mv* destantes *corr.* distantes *A* destantes *PB* 9 buturo *PAB* butyro *v* 10 obicere *PB* abicere *A* obiicere *v* 11 teneram *mv* tenetiam *PB* tenetum *ut videtur A* . 'Aut herbam teneram . *Contaminatus in extrema est dictione optimus liber,* Tenentiam *enim habet : receptam lectionem retinui : emendari fortasse non incommode posset Tenellam : sunt tamen manu scripti, qui Teneram, habent' Victorius* exeunt *PAB* exeant *mv* 12 quod ad *PA* quoad *Bmv* 13 iis temporibus *PA* temporibus iis *B* his temporibus *v* mulgent *Iucundus* mulgeant *VAB* 14 qui ut melius *PAB* qui melius *v* . *fortasse* qui id melius 15 agni a matribus *PA* a matribus agni *Bv* 16 desiderio senescant *VB* desiderio nescant *A* desidioso senescant *m* 17 fricore *A* laboret *ABm* laborent *V* 18 desiderat *PAB* desiderant *v* 19 conpellendum *A* compellendum *VB*

non minorem quinque mensum, neque antequam calores aut frigora se fregerunt. quos arietes summittere volunt, potissimum eligunt ex matribus, quae geminos parere solent. pleraque similiter faciendum in ovibus pellitis, quae propter lanae bonitatem, ut sunt Tarentinae et Atticae, pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte possit vel lavari ac putari.
harum praesepia ac stabula ut sint pura maiorem adhibent dili- 19
gentiam, quam hirtis. itaque faciunt lapide strata, et urina necubi in stabulo consistat. his quaecumque lubenter vescuntur, ut folia ficulnea et palea, vinacea, furfures, obiciuntur modice, ne parum aut nimium saturentur. utrumque enim ad corpus alendum inimicum, ut maxime amicum cytisum et medica. nam et pingues facit facillime et genit lacte.

---

1 minorem *Amv* minore *PB* mensum *PA* mensium *Bv* 2 se eregerunt *PA* se ęregerunt *B* c' se regerunt *in margine adscripsit P* se exegerint *v*. '*Vetus lectio* Eregerunt: *fortasse, Fregerunt: notum enim iam omnibus, quemadmodum antiqui librarii propter similitudinem illarum literarum in Romana uetere scriptura saepe lapsi sint, et F, pro E, contraque scripserint. In optimo exemplari sic locus hic legitur e secundo hoc libro [6, 2], Optimae elutae sunt in Sicilia, cum Flutae, legi debeat' Victorius* summittere *AB* submittere *V* 6 infici *VB* infice *A* ac putari *PA* auputari *B* ac parari *v*. '*Communem lectionem retinui : quam uero in antiquioribus libris inueni, nunc ostendam : in illis enim* Putari, *pro* Parari, *legitur : in optimo tamen codice mendi nota ad hunc locum adposita est : non multo ante ubi in excusis*, Sole exorto puro, *scriptum erat, in iisdem uetustis*, Puto' *Victorius* horum *VAB* 7 praesepia] p̄pia[se] *A* adhibent *Schneiderus* adhibeant *VAB* 8 hirtis *PAB* hircis *v* et urina *PAB* ut urina *mv* 9 consistant *A* quaecunque *V* lubenter] iubentur *VAB* 10 ficulnea *mv* figulena *PAB* palea uinacea *PAB* palea uinacia *v* modicae *B* 11 utrunque *V* 12 ut maxime *PAB* at maxime *v* 14 facillimae *B* 'Et genit lac. De sanitate. *In optimo codice*, Genit lacte, Sanitate . *Verbum Genit, saepe iam a Varrone usurpatum, recepimus : formis autem excusi antea Gignit habebant : nec nos fefellit antę ipsum, Lacte, nominandi casu dixisse : ueruntamen quia locus maculosus erat (*De, *enim quod hic necessarium uidetur, non erat) existimauimus in hoc peccare librarium potuisse, et pro* de, te, *scripsisse, atque incommode cum priore uerbo coniunxisse : potest etiam recte in antiquis* Lacte, *scriptum esse, ut praepositio defecerit . Si quidem animaduertimus (nihil enim relinquere uolumus, quod possit studiosos adiuuare) in sequente capite, ubi in excusis,* De forma uidendum, *legitur, in eo-*

20 De sanitate sunt multa; sed ea, ut dixi, in libro scripta magister pecoris habet, et quae opus ad medendum, portat secum. relinquitur de numero, quem faciunt alii maiorem, alii minorem. nulli enim huius moduli naturales. illut fere omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas oves hirtas singulos homines, in pellitas [caprae] binos.

III Cui Cossinius, Quoniam satis balasti, inquit, o Faustule noster. accipe a me cum Homerico Melanthio cordo de capellis, et quem ad modum [oportet] breviter oporteat dicere, disce. qui caprinum gregem constituere vult, in eligendo animadvertat oportet primum aetatem, ut eam paret, quae iam ferre possit fructum, et de iis eam potius, quae diutius: novella enim quam
2 vetus utilior. de forma videndum ut sint firmae, magnae, corpus leve ut habeant, crebro pilo, nisi si glabrae sunt (duo enim genera earum): sub rostra duas ut mammulas pensiles habeant, quod eae fecundiores: ubere sint grandiore, ut et lac multum et pingue habeant pro portione: hircus molliore et potissimum

---

13 de forma *geopon. XVIII 9, 4*

---

dem uetustissimo libro, aliisque nonnullis, Forma uidendum, *sine praepositione scriptum esse' Victorius* genit *PAB* generat *v* lacte Sanitate *PB* lacte sanitate *corr.* lac De sanitate *A* lac De sanitate *mv* 3 fatiunt *A* 4 illut *P* illud *ABv* epiro *V* epyro *AB* 5 hirtas *v* hircas *PAB* 6 in pellitas *VA* impellitas *B* caprae *VB* capree *Am*, *delevit Iucundus*

7 Cui Cossinius] De capris *in margine rubrica A* balasti inquit *VB* ballasti inquid *A* fastule *B* 8 cum *Vm* con *AB*. *fortasse* nunc cordo *PAB* chordo *v* 9 queadmodum *A* oportet breuiter oporteat dicere disce *Pm* oportet breuiter oporteat oporteat dicere diste, *sed* oporteat *ultimo loco deletum A* oportet breuiter oporteat dicere diste *B* oportet breuiter disce *v* 12 qua diutius *A corr.* que diutius *A²* 13 utilior ^{de}forma *A* utilior forma *VB* melior de forma *m* uidendund ut *B* 14 leue *Ursinus* lene *VA* lenae *B* glabres sunt *B* 15 mammulas *PAB* mammillas *m* mamillas *v*. 'Vt mammulas pensiles habeant. *Ita in antiquis inuenimus, in excusis antea Mamillas' Victorius* 16 quod eae *Victorius A* quod hae *VB* foecundiores *V* 17 hircus *VB* hyrcus *A* molliori pilo et potissimum albo *Iucundus* molliori et potissimum *m* mulioris et potissimum *PAB* molliori set potissimum *A²* melior is et potissimum *v*

pilo albo ac cervice et collo brevi, gurgulione longiore. melior
fit grex, si non est ex collectis conparatus, sed ex consuetis una.
de seminio dico eadem, quae Atticus in ovibus: hoc aliter, ovium 3
semen tardius esse, quo eae sint placidiores; contra caprile mo-
bilius esse, de quarum velocitate in Originum libro Cato scribit
haec, 'in Sauracti Fiscello caprae ferae sunt, quae saliunt e saxo
pedes plus sexagenos'. oves enim, quas pascimus, ortae sunt ab
ovibus feris: sic quas alimus *caprae* a capris feris ortae, a quis
propter Italiam Caprasia insula est nominata. de capris quod 4
meliore semine eae quae bis pariant, ex his potissimum mares
solent summitti ad admissuras. quidam etiam dant operam ut
ex insula Media capras habeant, quod ibi maximi ac pulcherrimi
existimantur fieri haedi. de emptione aliter dico atque fit, quod 5
capras sanas sanus nemo promittit. numquam enim sine febri
sunt. itaque stipulantur paucis exceptis verbis, ac Mamilius
scriptum reliquit sic, 'illas capras hodie recte esse et bibere
posse habereque licere, haec spondesne?' de quibus admirandum
illut, quod etiam Archelaus scribit: non ut reliqua animalia nari-

---

18 quod etiam Archelaus *Plin. 8, 202*

---

1 breue *VAB* 2 conparatus *A* cōparatus *VB* 3 seminio *Amv* siminio *PB* 4 eae sint *PAB* hae sunt *v* 5 de qua^{rum} uelocitetate *A* scribit *AB* scripsit *V* 6 in sauracti *B* in soracti *V* in sare | cti *A*, *ubi* re *postea eadem manu additum est,* in sarenti *m* 7 sexaninos *A* *corr.* sexagenos A^2 8 sic caprae quas alimus a capris feris sunt ortae *m Iucundus* quas alimus *VA* qua salimus *B* caprae *om. VAB* 9 est *om. A*, *add. VB*. unde caprasia insula denominata *in margine adscriptum est in B* 10 bis] binos *Ursinus* 11 summitti *hoc loco VAB* ad admissuras *AB* admissuras *P* admissuris *v* 12 pulcherimi *A* 13 haedi] edi *A* atque *Bv* adque *PA* fit] fiet *VA* fieret *B*. '*Vetus lectio*, De emptione aliter dico adque fiet . *scribi debere puto*, Aliter dico, atque fit' *Victorius* 14 nunquam *V* sine | sine febri *A* 15 mamilibus *AB* Manilibus *P* Manilius *v* . 'Ac Mamilius scriptum reliquit. *Ita emendauimus ex uetustis codicibus, cum antea Manilius scriptum esset, ut hoc ipso in libro iterum [5, 11], Qui Mamilii actiones sequuntur lanii . sed etiam tertio capite de equis [II 7, 6]. Vt in Mamilii actionibus sunt perscripta*' *Victorius* 16 reliquit *VB* reliquid *A* rectae esse *B* 17 habereque recte licere *Iucundus* 18 illut *P* illud *ABv*

bus, sed auribus spiritum ducere solere pastores curiosiores
aliquot dicunt.
6 De alteris quattuor quod est de pastu, hoc dico. stabulatur
pecus melius, ad hibernos exortos si spectat, quod est alsiosum.
id, ut pleraque, lapide aut testa substerni oportet caprile, quo
minus sit uliginosum ac lutulentum. foris cum est pernoctandum,
item in eandem partem caeli quae spectent saepta oportet sub-
sterni virgultis, ne oblinantur. non multo aliter tuendum hoc
pecus in pastu atque ovillum, quod tamen habent sua propria
quaedam, quod potius silvestribus saltibus delectantur quam pratis.
7 studiose enim de agrestibus fruticibus pascuntur atque in locis
cultis virgulta carpunt. itaque a carpendo caprae nominatae.
ab hoc in lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capra
natum in fundo pascat. harum enim dentes inimici sationis,
quas etiam astrologi ita receperunt in caelum, ut extra lembum
duodecim signorum excluserint: sunt duo haedi et capra non
8 longe a tauro. quod ad feturam pertinet, desistente autumno
exigunt a grege in campos, hircos in caprilia, item ut in arieti-
bus dictum. quae concepit, post quartum mensem reddit tempore
verno. in nutricatu haedi, trimestres cum sunt facti, tum sum-
mittuntur et in grege incipiunt esse. quid dicam de earum

---

13 ab hoc in lege *I 2, 17*

---

1 spiritum *mv* sitritum *PAB* curiosores *B* 2 aliquot, *sed* t *in rasura A* aliquod *PB* aliqui hoc *v*

4 hybernos *V* exortos *PB* exortus *Amv* si spectat *VB* si spectant, *sed* n *deletum A* si spectant *m* 5 aut testa] aut sta *corr.* aūt A^2 6 lutulendum *A* 7 in eandem partem *VB* in eadem partem *A* in eadem parte *m* septa oportet substerni uirgultis *Pm* septa oportet substernimus uirgultis *A* sępta oportet substernimus gultis *B* septa substernimus uirgultis *v* 9 ouillum *PAB* ouilum *v* habent *PAB* habet *v* 11 studiosae *B* fruticibus *P* fruc̣ticibus *B* fructicibus *A* fructibus *mv* atque *Bv* adque *PA* 12 uirgulta *VB* uirgultum *Am*

13 ab hoc *PAB* ob hoc *v* excepi *corr.* excipi *B* capra natum *Vm* capraṃ natum *A* capram natum *B* 16 excluserunt *corr.* — rint *A* haedi] edi *A* capra *VB* capre *Am* 17 ad feturam *B* afeturam *A* ad foeturam *V* autumno *AB* autunno *P* auctunno *v*

18 in campos *AB* in campo *V* hircos *VB* hycos *A* 19 concepit *v* concipit *PAB* 20 hedi *A* cum sunt *Schneiderus* cum sint *VAB* submittuntur *VAB*

sanitate, quae numquam sunt sanae? nisi tamen illud unum,
quaedam scripta habere magistros pecoris, quibus remediis utantur
ad morbos quosdam earum ac vulneratum corpus, quod usu
venit iis saepe, quod inter se cornibus pugnant atque in spinosis
locis pascuntur. relinquitur de numero, qui in gregibus est 9
minor caprino quam in ovillo, quod caprae lascivae et quae dispargant
se; contra oves quae se congregent ac condensent in
locum unum. itaque in agro gallico greges plures potius faciunt
quam magnos, quod in magnis cito existat pestilentia, quae ad
perniciem eum perducat. satis magnum gregem putant esse 10
circiter quinquagenas. quibus adsentiri putant id quod usu
venit Gaberio, equiti Romano. is enim, cum in suburbano mille
iugerum haberet et a caprario quodam, qui adduxit capellas ad
urbem, decem sibi in dies singulos denarios singulos dare audisset,
coegit mille caprarum, sperans se capturum de praedio in dies
singulos denarium mille. tantum enim fefellit, ut brevi omnes
amiserit morbo. contra in Sallentinis et in Casinati ad centenas
pascunt. de maribus et feminis idem fere discrimen, ut alii ad
denas capras singulos parent hircos, ut ego; alii etiam ad quindecim,
ut Menas; non nulli etiam, ut Murrius, ad viginti.

---

1 nunquam *V* 2 utantur *VB* utatur *A* 3 uulneratum *m* *Iucundus* uulneratē *A* uulnera tūc *B* uulnera Tunc *V* 4 pungant *A* atque in spinosis *mv* atqui insposis *B* adqui in sposis *P* adqui insposis (in *superscr.*) *A*, *ubi* in *superscripsit* *A*² 5 qui] quid *A* 6 ouillo *AB* ouilo *V* lasiue *A corr.* lasciue *A*² dispargant *PB* dispargunt *A* dispergunt *mv* 7 congregent ac condensent *B* congregent acondensent *A* congregent et condesent *P* congregant ac condensant *m* congregant et condensant *v* 8 fatiunt *A* 9 in magnis *V* in maginis *A* in magnis (i *superscr.*) *B* ceto *corr.* cito *A* existat pestilentia *PB* existunt pestilentiam *A* existunt pestilentie *m* existit pestilentia *v* 10 pernitiem *B* perducat *PB* perducant *A*, *ubi* n *expunxit* *A*², perducit *v* putant esse *AB* esse putant *V* 11 adsentiri *B* asentiri *A* assentiri *V* 14 in dies singulos denarios singulos dare *PB* in dies singulos denarios dare *Amv* audisset *A*²*mv* audisse *PAB* 15 capturum *A*²*mv* capturam *PAB* in *superscriptum in B* 16 fefellit *v* fefellerit *PAB*. '*In excusis antea, Fefellit : in cunctis manu scriptis* Fefellerit, *scriptum inueni*' *Victorius* 17 sallentinis *PAB* salentinis *v* casinati *VB* cassinati *Am* 18 foeminis *V* 19 hircos *VB* hyrcos *A* 20 murrius *PB* murius *Av*

IV Sed quis e portu post Italico prodit ac de suillo pecore expedit? tametsi Scrofam potissimum de ea re dicere oportere cognomen eius significat. Cui Tremellius, Ignorare, inquit, videre, cur appeller Scrofa. itaque ut etiam hi propter te sciant, cognosce meam gentem suillum cognomen non habere, nec me esse ab Eumaeo ortum. avus meus primum appellatus est Scrofa, qui quaestor cum esset Licinio Nervae praetori in Macedonia provincia relictus [esset], qui praesset exercitui, dum praetor rediret, hostes, arbitrati occasionem se habere victoriae, inpressio-
2 nem facere coeperunt in castra. avos, cum cohortaretur milites ut caperent arma atque exirent contra, dixit celeriter se illos, ut scrofa porcos, disiecturum, id quod fecit. nam eo proelio hostes ita fudit ac fugavit, ut eo Nerva praetor imperator sit appellatus, avus cognomen invenerit ut diceretur Scrofa. itaque proavos ac superiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa, nec minus septimus sum deinceps praetorius in gente nostra. nec
3 tamen defugio quin dicam quae scio de suillo pecore. agri enim

---

1 Sed quis e *A* Sed qui se *VB*. De suibus *in margine rubrica A* peccore *A* 2 expedit *AB* expetit *V* 3 cognomen eius significat *VB* cognomē ...(em) significat, *sed* em *deletum A corr.* cognomentum significat *A*[2] cognomen significat *mv* tremellius *mv* trebellius *PAB* inquit *VB* inquid *A* 4 hi propter *A* hipropiter *B* ii propter *P* id propter *v* siant (c) *A* 5 'Nec me esse ab Eumaeo ortum. *Haec uera, ut arbitror, lectio est, e uetustissimis, optimisque libris eruta. communis eruditos etiam uiros fallere potuisset: erat enim ab his, qui e ueteribus uestigiis ueram elicere non potuerant, satis concinne conformata. Prisca igitur huius loci scriptura,* Nec me esse ab eum aeuo ortum' *Victorius* esse ab eú ęuo c'. ab eumęo *P* esse ab eum euo *A* abeum esse aeuo *corr.* esse abeum aeuo *B* esse ab eo auo *v* 8 relictus esset qui praeesset *P* relictus cesset qui praeesset *B* relictus ēet (qui pre), *sed* t *ultimo loco postea additum A* relictis qui praeesset *m* relictus qui praeesset *v* 9 arbitrati. *una littera deleta A* arbitratu *m* inpressionem *A* impressionem *VB* 10 coeperunt *V* ceperunt *A* caeperunt *B* auos *PB* auus *in margine A* auus *v* cohoştraretur *A* 11 contra *superscriptum in A* 12 id quod *PB* id quod *corr.* id que *A* idque *v* p̄lio *A* 14 auus *et deinde* proauos *VAB* 15 tremelliis *V* tremellis *Am* cremelliis *B* 17 scio *AB Victorius* sciam *V* suillo *mv* sullo *priore loco PB* sullo *corr.* suilo *A*

culturae ab initio fui studiosus, nec de pecore suillo mihi et vobis, magnis pecuariis, ea res non est communis. quis enim fundum colit nostrum, quin sues habeat, et qui non audierit patres nostros dicere ignavum et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario quam e domestico fundo?

Ergo qui suum gregem vult habere idoneum, eligere oportet primum bona aetate, secundo bona forma (ea est cum amplitudine membrorum, praeterquam pedibus capite): unicoloris potius quam varias. cum haec eadem ut habeant verres videndum, tum utique sint cervicibus amplis. boni seminis sues animadvertuntur 4
a facie et progenie et regione caeli: a facie, si formosi sunt verris et scrofa; *a* progenie, si porcos multos pariunt; a regione, si potius ex his locis, ubi nascuntur amplae quam exiles, pararis. emi solent sic, 'illasce sues sanas esse habereque recte licere 5
noxisque praestari neque de pecore morboso esse spondesne?' quidam adiciunt perfunctas esse a febri et a foria.

In pastu locus huic pecori aptus uliginosus, quod delectatur non solum aqua sed etiam luto. itaque ob eam rem aiunt lupos, cum sint nancti sues, trahere usque ad aquam, quod dentes fer-

8 ea est cum amplitudine *geopon. XIX 6*

1 fui *V* fi *vel* si *A* fit *B*, *om. m* 4 ignauum ex sumptuosum *A* 5 in carnario *v* in carnarios *PAB* ab laniario *Am et ut videtur P* ab lanario *B* e laniario *v*

7 ergo . l . qui, *sed* l *deletum B* 8 cum amplitudine *mv* cum amplitudinem *A* cum amplitudinem *P et ut videtur B* 9 praeterquam pedibus *VA* praeterquam in pedibus *B* 10 ut habeant *v* ut habeat *PB* ut habeat *corr.* — as *A* tu habeas *m* 11 animaduertuntur *AB* animaduertantur *V* 12 'Si formosi sunt uerres, et scrofa. *In optimo exemplari Verris : nec multo post iterum Verris, eodem casu, in eodem libro, Verris octo mensium incipit salire' Victorius* sunt uerris et scrofa progenie *PAB* sint uerres et scrofa a progenie *v* 14 amplae quam exiles paratae *Ursinus* amplas quam exilis *PB Victorius* amplas quam exillis *A* ampli quam exiles *v* pararisemi solent *A* parari semi solent *P* conparari semi solent *B* Parari et emi solent *v* 15 sic illasce sues *v* si cui hasce sues *P* siciuasces ues *B* sic has | sces ues *A*, *sed* h *in rasura A*[2] sic hasce sues *m* 16 praestari *VB* praestare *Am* 17 perfunctas *VB* perfectas *Am*

20 nancti *A* nacti *VB* nati *m*

6 vorem carnis ferre nequeant. hoc pecus alitur maxime glande,
deinde faba et hordeo et cetero frumento, quae res non modo
pinguitudinem efficiunt, sed etiam carnis iucundum saporem.
pastum exigunt aestate mane et, antequam aestus incipiat, subi-
gunt in umbrosum locum, maxime ubi aqua sit: post meridiem
rursus lenito fervore pascunt. hiberno tempore non prius exi-
gunt pastum, quam pruina evanuit ac conliquefacta est glacies.
7 ad feturam verres duobus mensibus ante secernendi. optimum
ad admissuram tempus a favonio ad aequinoctium vernum: ita
enim contingit ut aestate pariat. quattuor enim menses est
praegnas et tunc parit, cum pabulo abundat terra. neque mi-
nores admittendae quam anniculae; melius viginti menses expec-
tare, ut bimae pariant. cum coeperunt, id facere dicuntur usque
8 ad septimum annum recte. admissuras cum faciunt, [et] pro-
digunt in lutosos limites ac lustra, ut volutentur in luto, quae
enim illorum requies, ut lavatio hominis. cum omnes concepe-
runt, rursus segregant verres. verris octo mensum incipit salire,
permanet [et] ut id recte facere possit ad trimum, deinde

8 optimum ad admissuram tempus *Plin. 8, 205*

2 caetero *V* frumento quae res *mv* frumento que res *A*, *sed* to *in rasura* A^2 frumento quodque res *PB* 3 iucundum *VA* iocundum BA^2 4 exigunt *Bmv* exsigunt *A*, *sed* s *expunctum* A^2 exsigunt *P* 6 hiberno *B* iberno *A* hyberno *V* 7 conliquefacta *A* colliquefacta *VB* 8 ad feturam *B* adfecturam *A*, *sed* c *expunctum* A^2 ad foeturam *V* adfecturam *m* optimum — vernum *in margine B* 9 ad admissuram] admimissuram *B* ac fauonio *A*, *sed* c *expunctum* A^2 equinocium *A* 10 contingat *corr.* — it *B* menses *AB* mensibus *V* 11 praegnax *PAB* praegnans *v* pabilo *corr.* pabulo *A* abundat *V* habundat *AB* 13 bimae *VB* bine (m superscr.) *A*, *sed* m *superscriptum ut videtur* A^2 binae *m* cum coeperunt *P* cum cęperunt *B* conceperunt *A* cum coeperint *v* 14 fatiunt *A* et *om. v*, *add. PAB* 15 lutosus *PAB* lutuosos *v* uolutentur *VB* uoluitentur *A* 17 segregant *Iucundus* segregat *VAB* uerris *superscriptum in A* mensum *PA* mensium *Bv* 18 permanet et ut *PA* parmanet et ut *B* permanetque et ut *v* permanet ut *Victorius* ad trimum *Scaliger* ad primum *VAB* usque ad quartum annum *Iucundus*. mares non ultra trimatum generant *Plinius VIII 206* 'Vsque [usque *in editione om. Victorius*] ad primum : deinde it retro, quoad perueniat ad lanium. *Hic locus in excusis codicibus ualde uariatus erat, culpa, ut puto, sinistrorum quorundam correctorum : in antiquis illum integrum inueni :* Id, *tantum in illis pro It, scriptum erat' Victorius*

it retro, quaad pervenit ad lanium. hic enim conciliator suillae carnis datus populo.

Sus graece dicitur ὗς, olim θῦς dictus ab illo verbo quod 9
dicunt θύειν, quod est inmolare. ab suillo enim genere [pecore] inmolandi initium primum sumptum videtur, cuius vestigia, quod initiis Cereris porci inmolantur, et quod initiis pacis, foedus cum feritur, porcus occiditur, et quod nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Etruria in coniunctione nuptiali nova nupta
et novus maritus primum porcum inmolant. prisci quoque La- 10
tini, etiam Graeci in Italia idem factitasse videntur. nam et nostrae mulieres, maxime nutrices, naturam qua feminae sunt in virginibus appellant porcum, et graecae choeron, significantes esse dignum insigni nuptiarum. suillum pecus donatum ab natura dicunt [iis] ad epulandum. itaque iis animam datam esse proinde

---

14 itaque iis animam *Plin. 8, 207*

---

1 id retro *VAB* quoad *VB* quod ad *A* ad ianium *B* suille carnis *Am* sui uecarnis *B* suiuae carnis *et in margine* c' suilllę *P* suinae carnis *v*

3 Sus graece dicitur ὗς olim θύτης ab illo uerbo dictus quod dicitur θυεῖν *v*, *ubi ante* ab *additum* dictus *et correctum* θύειν, *in margine ad* ὗς *adscriptum est* c' uys, *ad* θύτης *autem* thysus *et praeterea* c' ὗς olim θὺς sus. nam τὸ u pro aspiratione poni apud antiquos solet *P*. 'Sus Graece dicitur ὗς, olim thysus. *Prisca haec lectio: in excusis ante* θύτης' *Victorius* dicitur uys olim thysus dictus *AB* 4 Θyein *A*, *in lacuna adscripto in margine* ḡc *om. B* suem *m* inmolare *A* īmolare *V* immolare *B* genere pecore *PAB corr.* genere pecoris *A*[2] genere pectoris *m* pecore et genere *v* pecoris genere *Iucundus, ubi* pecoris *delevit Ursinus* 5 inmolandi *A* immolandi *VB* 6 cereris *mv* ceris (er) *A* ceris *PB* immolantur *VAB* foedus *V* fedus *A* faedus *B* 7 feritur *VB* ferritur *A* ferritur *m* et quod nuptiarum] Mos in nuptiis *in margine adscripsit P* 9 immolant *VAB* 10 etiam graeci *VAB* et etiam graeci *m Iucundus* 11 qua *v* quā *corr.* qua *A* quam *PBm* foeminae *V* 12 porcam *Iucundus* 'Et Graecae χοῖρον. *Ita emendavi e uetustis libris: in excusis enim antea Graeci' Victorius* et greci echoeron *A* et graecia echoeron *B* et Graeci χοῖρον *v* et gręci a echoeron *in margine correxit P* significantes esse id insigne nuptiarum *Ursinus* 13 insigni *PAB* insigne *v* ab natura *A* a natura *VB* 14 dicunt iis ad *PAB* dicunt ad *v*

ac salem, quae servaret carnem. e quis succidias Galli optimas et maximas facere consuerunt. optimarum signum, quod etiamnum quotannis e Gallia adportantur Romam pernae comatinae et
11 cauarae et petasiones. de magnitudine gallicarum succidiarum Cato scribit his verbis, 'in Italia in scrobes terna atque quaterna milia aulia succidia * uere sus usque adeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit neque progredi usquam. itaque eas siquis quo traicere volet, in plaustrum inponit.' in Hispania ulteriore in Lusitania [ulteriore], sus cum esset occisus, Atilius Hispaniensis, minime mendax et multarum rerum peritus in doctrina, dicebat L. Volumnio senatori missam esse offulam cum duabus costis, quae penderet tres et viginti pondo, eiusque suis a cute ad os pedem et tres digitos fuisse.
12 Cui ego, Non minus res admiranda cum mi esset dicta, in Arcadia scio me isse spectatum suem, quae prae pinguitudine carnis non modo surgere non posset, sed etiam ut in eius corpore sorex exesa carne nidum fecisset et peperisset mures. hoc etiam in vineta factum accepi.

13 Sus ad feturam quae sit fecunda, animadvertunt fere ex primo partu, quod non multum in reliquis mutat. in nutricatu, quam porculationem appellant, binis mensibus porcos sinunt cum

---

1 seruaret *VB* seruarent *A* optimas optimas | et maximas, *sed posteriore loco* optimas *deletum A* 2 consuerunt *PA* consueuerunt *Bv* etiamnum quod annis *PA* etiam nun quod annis *B* etiam nunc quotannis *v* 3 adportantur *PA* apportantur *Bv* 'Paruae *[l.* Pernae, *quod est in editione Victorii]* tomacinae, et taniatae . *In optimo libro,* Comatinae, et canatae *: nihil tamen uariaui' Victorius* comatinae et cauarae *PB* comatine et cauare *A* tomacinae et taniacae *v* 7 sustinere *VA* substinere *B* 8 plaustrum A^2*m* plastrum *PAB* plostrum *v* inponit *A* imponit *B* ĩponit *V* 11 uolumnio *Vm* ualumnio *AB* 12 costis *v* coctis *PAB* 13 sues *corr.* suis *A* 14 cum mi esset *PB* cum mi esse *A* cum mihi esset *v* 15 isse *Ursinus* esse *VAB* 16 sed etiam ut in eius *AB* sed etiam in eius *P* sed in eius *v* 18 in uineta *VAB* in iuuenca *m Iucundus* 'In uineta. *Communem lectionem nouam, falsamque putaui, ideoque ueterem scripturam reponere malui. — Pro* Vineta, *fortasse* Veneta, *aut* Venetia *scribendum est' Victorius*

19 ad feturam *B*A^2 ad fecturam *Am* ad foeturam *V* foecunda *V* 21 appellant *Ursinus* appellabant *VAB*

matribus; secundo [ea], cum iam pasci possunt, secernunt.
porci, qui nati hieme, fiunt exiles propter frigora et quod matres
aspernantur propter exiguitatem lactis, quod dentibus sauciantur
propterea mammae. scrofa in sua quaeque hara suos alat oportet
porcos, quo alienos aspernantur; et ideo si conturbati sunt in
fetura, fit deterius. natura divisus eorum annus bifariam, quod 14
bis parit in anno: quaternis mensibus fert ventrem, binis nutri-
cat. haram facere oportet circiter trium pedum altam et latam
amplius paulo, ea altitudine abs terra, ne, dum exilire velit prae-
gnas, abortet. altitudinis modus sit, ut subulcus facile circum-
spicere possit nequi porcellus a matre opprimatur, et ut facile
purigare possit cubile. in haris ostium esse oportet et limen
inferius altum palmipedale, ne porci, ex hara cum mater prodit,
transilire possint. quotienscumque haras subulcus purgat, totiens 15
harenam inicere oportet, aut quid item quod exsugat umorem
in singulas haras inicere debet; et cum peperit, largiore cibatu
sustentare, quo facilius lac suppeditare possit. [in] quibus hordei
circiter binas libras aqua madefactas dare solent, quod quidam
duplicant, ut sit mane et vesperi, si alia quae obiciant non
habuerint. cum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici 16
appellantur neque iam lactantes dicuntur, qui a partu decimo

---

21 qui a partu decimo die *II 1, 20*

---

1 secundo ea cum iam *PA* secundo ^{ea} cum iam *B* sed eos cum iam *v.* '*Diuersa est uetus lectio, quae tamen mendo non uacet : eam notam esse uolui, nam receptam etiam non ualde probo, quamuis loco non mouerim,* Secundo ea cum iam etc'. *Victorius* 2 exiles *ABv* exsiles *P* 3 exiguitatem *ABv* exsiguitatem *P* 4 hara *v* hora *PAB* 5 quo alienos aspernantur *PAB* quae alienos aspernatur *v* quia alienos non aspernatur *Schneiderus* in foetura *V* 6 eorum *VAB* earum *Victorius*

bifariam *v* bifaria *PAB* 7 nutri ^{c} at *A* 8 latam altam *corr.* altam et latam *A* 9 abs terram *AB* ab terram *P* ab terra *v* pregnax *AB* praegnans *V* 11 nequi *AB* nequis *V* 12 purigare *PB* purgare *Amv* in haris ostium *V* in haris ostium *A*, *sed* h *expunctum* A^2 in baris hostium *B* 13 inferius *superscriptum in A* ex hara *VB* ex ara *A* 15 harenam *AB* arenam *V* exsugat umorem *A* exsugat humorem *P* exfugatum humorem *B* exsiccato humore *v* 16 peperit *AB* pepererit *V* 17 sustentare *VA* substentare *B* 18 quodque cum depublicant *PAB* quodque conduplicant *v* 19 ut sit *in margine B* obiiciant *V* 20 ammamma *A* delici *v* deliti *PAB*

die habentur puri, et ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum. itaque aput Plautum in Menaechimis, cum insanum quem putat, ut pietur in oppido Epidamno, interrogat 'quanti hic porci sunt sacres?' si fundus
17 ministrat, dari solent vinacea ac scopi ex uvis. amisso nomine lactantes dicuntur nefrendes ab eo, quod nondum fabam frendere possunt, id est frangere. porcus graecum est nomen antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant choeron. in eorum fetu scrofae bis die ut bibant curant lactis causa. parere nunc oportere porcos, quot mammas habeat; si minus pariat, fructuariam
18 idoneam non esse; si plures pariat, esse portentum. in quo illud antiquissimum fuisse scribitur, quod sus Aeneae Lavini triginta porcos peperit albos. itaque quod portenderit factum, *post* tricesimum annum ut Lavinienses condiderint oppidum Albam. huius suis ac porcorum etiam nunc vestigia adparent [iamne],

2 aput Plautum in Menaechimis *289*

2 idonei ad sacrificium *corr.* ad sacrificium idonei *B* sacrifitium *A* aput *PA* apud *Bv* 3 menaechimis *P* menechimis *AB* menaechmis *v* 4 epidamno *v* epidamdo *PAB* interroga *A* hic *VB* in *corr.* hic *A* hii *m* 5 uinacea ac scopi *Victorius* uinacea ac scopei *PAB* uinacia ac scapi *v* 6 lactantes *PAB* lactantis *v* frendere] frondere *A* 7 possunt *AB Victorius* possint *V* 8 choeron *PAB* χοῖρον *v* fetu] petu *PAB* pecu *m* potu *v*. '*Antea in excusis Potu : in manu scriptis antiquioribus* Petu *: in semiuetere Pecu : Foetu legi debere arbitrati sumus*' *Victorius*. *fortasse* in fetura 9 parere nunc oportere *PAB* parere nunc oportet *v* parere tot oportere A^2*m* parere tot oportet *Iucundus*. *fortasse* parere dicunt totidem oportere 10 quot mammas *v* quod mammas *PAB* 12 scribitur fuisse *corr.* fuisse scribitur *B* 13 peperit *PAB* pepe..it *v* pepererit *Angelius* factum trigesimum annum ut labinienses *P* factum tricesimum annum ut labinenses *A* factum tricensimum annum ut labinienses *B* factum trigesimum annum ut lauinenses *v* 14 condiderint oppidum alba *VB* condiderint oppi-[alba]dum *A* condiderunt oppidum albam *m* conderent oppidum Albam *Iucundus* 15 huius uis *corr.* huius suis *A* apparent iamne *PAB* apparent in amne *v*. 'Vestigia apparent Lauinii, quod et simulacra eorum etc. *Ex ingenio ita emendaui, nam peruulgata lectio parum mihi probabatur, et a uetere discrepabat. — Sed prius cum fide uetustam scripturam hic adponam :* Vestigia apparent iamne, quod et simulacra eorum' *Victorius*

quod et simulacra eorum ahenea etiam nunc in publico posita,
et corpus matris ab sacerdotibus, quod in salsura fuerit, demon-
stratur. nutricare octonos porcos parvulos primo possunt: in- 19
cremento facto a peritis dimidia pars removeri solet, quod neque
mater potest subferre lac, neque congenerati alescendo roborari.
a partu decem diebus proximis non producunt ex haris matrem,
praeterquam potum. praeteritis decem diebus sinunt exire pastum
in propincum locum villae, ut crebro reditu lacte alere possit
porcos. cum creverunt, patiuntur sequi matrem pastum, domi- 20
que secernunt a matribus ac seorsum pascunt, ut desiderium
ferre possint parentis nutricis, quod decem diebus adsecuntur.
subulcus debet consuefacere, omnia ut faciant ad bucinam. primo
cum incluserunt, cum bucinatum est, aperiunt, ut exire possint
in eum locum, ubi hordeum fusum in longitudine. sic enim
minus disperit, quam si in acervo positum, et plures facilius
accedunt. ideo ad duodecim convenire dicuntur, ut silvestri
loco dispersi ne dispereant. castrantur verres commodissime anni- 21
culi, utique ne minores quam semestres: quo facto nomen mu-
tant atque e verribus dicuntur maiales. de sanitate suum unum

---

1 et *priore loco superscriptum in A* ahenea *PAB* ab Aenea *v* 2 ab sacerdotibus *PA* a sacerdotibus *Bv* 3 nutricare *v* nutricari *PAB* 5 sufferre *VB* subferret *A* 6 ex aris *A* 7 peterquam *A* 8 propincum *PA* propinquum *Bv* possit *Iucundus* possint *A* possint *VB* 9 cum creuerunt *AB* cum creuerint *V*. 'Cum creuerunt cupiunt sequi matrem. *Antiqua lectio diuersa non tamen adhuc aliquid ex ipsius parte boni elicere potui . ut alii in hoc laborare possint omnibus eam studiosis exponam :* Cum creuerunt capiuntur, sequi matrem pastum, etc.' *Victorius* patiuntur] capiuntur *PAB* cupiunt *v* 11 nutricis *m* nutrices *corr.* — cis *A* nutrices *VB, delevit Iucundus.* '*In cunctis manu scriptis post Parentis, inueni* Nutrices. *Nec statuere potui quid illa uox sibi uelit : an Nutricis, pro Parentis aliqui legebant ?*' *Victorius* adsecuntur *A* assecuntur *P* assequuntur *Bv* 12 bucinam *AB* buccinam *V* 13 bucinatum *AB* buccinatum *V* 15 disperit *VB* desperit *A* quamuis in aceruos *VB* quamuis in aceruus *corr.* — uos *A* c' quam si *adscripsit P* quamuis in aceruum *m* . *fortasse* quam si in aceruo sit 16 ad duodecim *P* ad duodecem *B* ab duodecem *Am* ad XII *v* ad buccinam *Ursinus* 17 dispereant *VB* despereant *A* 18 semestres *v* sexmestres *PB* sex^{me}stres *A* 19 maiales *VB* maciales *Am*

modo exempli causa dicam. porcis lactentibus si scrofa lac non potest suppeditare, triticum frictum dari oportet (crudum enim solvit alvom) vel hordeum obici ex aqua, quaad fiant trimestres.
22 de numero in centum sues decem verres satis esse putant: quidam etiam hinc demunt. greges [maiorum] inaequabiles habent; sed ego modicum puto centenarium: aliquot maiores faciunt, ita ut ter quinquagenos habeant. porcorum gregem alii duplicant, alii etiam maiorem faciunt. minor grex quam maior minus sumptuosus, quod comites subulcus pauciores quaerit. itaque gregis numerum pastor ab sua utilitate constituit, non ut quot verres habeat: id enim ab natura sumendum.

V Haec hic. at Quintus Lucienus senator, homo quamvis humanus ac iocosus, introiens, familiaris omnium 'nostrum, Synepirotae, inquit, χαίρετε, et Varronem nostrum, inquit, ποιμένα λαῶν, Scrofam enim mane salutavi. Cum alius eum salutasset, alius conviciatus esset, qui tam sero venisset ad constitutum, Videbo iam vos, inquit, balatrones, et hoc adferam meum corium

---

1 porcis *Bmv et addito* i, *ut videtur, altera manu A* porcos *vel* poros *P* lactentibus *hoc loco VAB* si crofa *A* 3 aluom *PA* aluum *Bv* ex aqua — verres *in margine scripta in A* quaad *PB* quoad *Av* 5 greges maiorum *PAB* greges maiores *v* greges maialium *Pontedera p. 427* inaequabiles *AB* inaequales *V* 6 modicum *VB* modum *A* aliquot maiores *v* aliquod maiores *PAB* fatiunt *A* 7 ter *superscriptum in A* 9 quod comites *VB* quod quod comitit *corr.* — tis *A* 10 ab sua utilitate *A* ab suam utilitate *P* a sua utilitate *B* ad suam utilitatem *v* non ut quot uerres *v* non ut quod uerres *PB* non $\overset{\text{quod}}{\text{ut}}$ uerres *A* non item quot uerres *Gesnerus* 11 habeat *VB* habeant *A* habeant *m* ab natura *PA* a natura *Bv*

12 at quintus *v* ad quintus *PAB* 13 nostrum *superscriptum in B* Sin epirotae *et in margine* c' συνηπειρῶται *P* sinepirote *A* sin epyrotae *B* Sic epirotae *v*. '*Vetus lectio* Sinepirotae: *quae paruum uitium habuit: nec illud librarium fefellerat, quamuis tollere non potuisset: mendi enim notam adposuerat. Castigaui recte (ut opinor)* συνηπειρῶται' *Victorius* 14 inquit χαίρετε *v* inquit charete *PB* inquid di | charecte, *sed* ch *postea in margine eadem manu adscriptum A* inquit dichaerecte *m* *fortasse* Scrofam enim et Varronem nostrum ποιμένα λαῶν mane salutavi 15 inquid *posteriore loco PA* inquit *utroque loco Bv* ποιμένα λαῶν *V* poemenalaon *AB* 16 conuiciatus *PB* conuitiatus *Av* 17 inquit balatrones *B* inquid balatrones *A* inquit balathrones *V* hoc adferam *AB* hoc afferam *V*

et flagra. tu vero, Murri, veni mi advocatus, dum asses solvo
palibus, si postea a me repetant, ut testimonium perhibere possis.
Atticus Murrio, Narra isti, inquit, eadem, qui sermones sint habiti, et 2
quid reliqui sit, ut ad partes paratus veniat: nos interea secun-
dum actum de maioribus adtexamus. In quo quidem, inquit
Vaccius, meae partes, quoniam boves ibi. quare dicam, de bu-
bulo pecore quam acceperim scientiam, ut, siquis quid ignorat,
discat; siquis scit, nuncubi labar observet. Vide quid agas, in-
quam, Vacci. nam bos in pecuaria maxima debet esse auctori- 3
tate, praesertim in Italia, quae a bubus nomen habere sit existi-
mata. Graecia enim antiqua, ut scribit Timaeus, tauros vocabat
italos, a quorum multitudine et pulchritudine et fetu vitulorum
Italiam dixerunt. alii scripserunt, quod ex Sicilia Hercules per-
secutus sit eo nobilem taurum, ut diceretur italus. hic socius
hominum in rustico opere et Cereris minister, ab hoc antiqui 4
manus ita abstineri voluerunt, ut capite sanxerint, siquis occi-
disset. qua in re testis Attice, testis Peloponnesos. nam ab hoc
pecore Athenis Buzuges nobilitatus, Argis homogyros. Novi, inquit ille,
maiestatem boum, et ab his dici pleraque magna, ut busycon

---

9 nam bos in pecuaria *Colum. VI praef.* 7

---

1 ueni mi *PAB* ueni mihi *v* 2 palibus *VAB* palilibus *Iucundus* possit *A* 3 narra isti *Iucundus* narrasti *VAB* inquit *VB* inquid *A* qui sermones sunt habiti et qui etiam reliqui sunt *m* sermones *v* sermonis *PAB* 4 quid reliqui sit *VB* qui reliqui sit *A* nos interea] De bobus *in margine rubrica A* 5 inquit *Bv* inquid *PA* 6 bubulo *Iucundus* bubulco *VAB* 8 siquis scit] si quid sit *A* 9 pecuria *A* autoritate *B* 10 sit existimata *v* sic existimata *PA* sic existimata ẹṣṭ *B* 11 uocabant *Victorius* 12 fetu *A* faetu *B* foetu *V* 14 qui diceretur *Iucundus* sotius *A* 15 Caereris *V* 16 abstineri *AB* abstinere *V* 17 peloponensos *A* 18 buzuges *PAB* buzezes *v* agris homogyros *PAB* agris homogiros *v* Argis ὀνόγυϱος *Iucundus* inqui diue *AB* inqui diuae *P* inquit dinae *v*. 'Noui, inquit ille, maiestatem. *Antea in excusis, inquit Menas. ita emendaui ope uetustorum codicum : uerum quia parua licentia usus sum, totam rem patefacere uolui. In antiquis locus maculosus : ita enim habent,* Inqui diue *: inquid, pro inquit, illic etiam in iisdem libris scriptum inueni, inquid Atticus : et pro duobus l l, u, corrupte positum' Victorius* 19 ma | maiestatem *A* dici] dicis *A* bysycon bupeda *AB* bysycon bupẹda *P* busicon βούπιννα *v*. *'Antea in excusis* βούπεινα, *in optimis libris* βουπαῖδα *legi' Victorius*

5 bupaeda bulimon boopin, uvam quoque bumammam. praeterea scio hunc esse, in quem potissimum Iuppiter se convertit, cum exportavit per mare e Phoenice amans Europam; hunc esse, qui filios Neptuni a Menalippa servarit, ne in stabulo infantes grex boum obtereret; denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres, a quo eas Graeci bugenes appellant; et hunc Plautium locutum esse latine, quam Hirrium praetorem renuntiatum Romam in senatum scriptum habemus. sed bono animo es, non minus satisfaciam tibi, quam qui Bugoniam scripsit.

6 Primum in bubulo genere aetatis gradus dicuntur quattuor, prima vitulorum, secunda iuvencorum, tertia bovum novellorum, quarta vetulorum. discernuntur in prima vitulus et vitula, in secunda iuvencus et iuvenca, in tertia et quarta taurus et vacca. quae sterilis est vacca, taura appellata; quae praegnas, horda. ab eo in fastis dies hordicalia nominantur, quod tum hordae
7 boves inmolantur. qui gregem armentorum emere vult, observare debet primum, ut sint eae pecudes aetate potius ad fructos ferendos integrae quam iam expartae; ut sint bene conpositae, ut integris membris, oblongae, amplae, nigrantibus cornibus, latis frontibus, oculis magnis et nigris, pilosis auribus, conpressis malis

---

18 ut sint bene conpositae *geopon. XVII 2 Colum. VI 1*

---

1 bolimon boopin *B* bolimō boopin *A* βούλιμον βοῶπιν *V* 2 iuppiter *A* iupiter *VB* 4 neptūni *B* 5 obtereret *VB* abterret *A* nasi dulcissimas matres a quo *A, sed* c *et* apes *superscripta* A^2 6 bugones *VAB* hunc *PAB* hinc *v* 7 quam *PAB* cum *v* hirrium *AB Victorius* Hirtium *V* 8 scribtum *B* 9 tibi *om. A* scripsit *V* scribsit *B* scribit *Am*

11 iouencorum *B* tercia *A* bouum *PAB* boum *v* nouellorum VA^2m nouello *AB* 13 tercia *A* 14 sterelis *A* pregnas *B* pragnas *A* praegnans *V* 15 in fastis dies *V* infastidies *AB* nominatur *Ursinus* 16 immolantur *VAB* gregem] Grex armentorum *in margine adscripsit P* 17 eae *PB* ee *A corr.* hee A^2 hae *v* fructos *PB* fructus *A* 18 expartae *P* ex parte *AB* expertae *v.* '*Nihil uariaui : ueterem tamen scripturam notam facere quid nocet? in manu scriptis igitur* Exparte' *Victorius* conposite *A* compositae *VB* . *fortasse* conpactae 19 menbris ablonge *A* latis] lactis *A* 20 conpressis *A* compressis *VB*

subsimi, ne gibberi, spina leviter remissa, apertis naribus, labris subnigris, cervicibus crassis ac longis, a collo corpore apoleo 8 demisso, bene costatos, latis umeris, bonis clunibus, codam profusam usque ad calces ut habeant, inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam, cruribus potius minoribus rectis, genibus eminulis distantibus inter se, pedibus non latis, neque ingredientibus qui displudantur, nec cuius ungulae divarent, et cuius ungues sint leves et pares, corium [a] tactu non asperum ac durum, colore potissimum nigro, dein robeo, tertio helvo, quarto albo: mollissimus enim hic, ut durissimus primus. de mediis 9 duobus prior quam posterior in eo prior, utrique plures quam nigri et albi. neque non praeterea ut mares seminis boni sint, quorum et forma est spectanda, et qui ex his orti sunt respondent ad parentum speciem. et praeterea quibus regionibus nati sint refert. boni enim generis in Italia plerique gallici ad opus, contra nugatori ligusci; transmarini epirotici non solum 10 meliores *quam* totius Graeciae, sed etiam quam Italiae. tametsi

---

1 subsimae ne gibberae *Ursinus* 2 subnigris *v* subagris *PAB* crassis *v* grassis *PAB* a collo corpore apoleo demisso bene costatos *P* a collo corpore apolea demissa bene costatos *A* a collo corpore apoleo demissa bene costatos *B* a colo corpore pale demissa bene costatos *m* a collo corpore amplo demisso bene costato *v* a collo palearibus demissis corpore amplo bene costato *Iucundus* . *fortasse* a collo palea demissa corpore bene costato 3 umeris *AB* humeris *V* 5 subcrispam *Iucundus* subcrispis *VB* subscripis *A* 6 inter se pedibus *mv* interspedibus *PAB* 7 displudantur *PAB* displodentur *v* nec cuius] necuius *A* diuarent *PAB* diuaricent *v* 8 leues *AB* lenes *V* pares torium atactu *PB* paries torium ac tactu *A* pariestonum ac tactu *m* pares corium attractu *v*. tactu corporis mollissimo *Columella VI 1, 3* 9 dein *AB* deinde *V* robeo *PAB* rubeo *v* heluo *v* theluo *PAB* 11 prior quam posterior in eo prior *PAB* prior quam posterior melior *v*. '*Vitiosi hac parte sunt antiquiores libri: sic enim habent, Prior quam posterior in eo prior. In optimo mendi nota adposita est*' *Victorius* plures *PAB* pluris *v* 12 mares *mv* mari *PAB* boni sint *Bmv* boni sunt *PA* 13 *fortasse* ut qui ex his orti sunt respondeant ex his orti] exhorti *A* 15 nati sunt *VAB* plerique *VB* plerisque *Am* 16 conta *B* nugatori ligusti *PAB* nugatorii ligusti *v* iugatorii ligustici *Iucundus*. '*Vetustissimus codex in ambabus uocibus diuersus, qui* Nugatori Ligusti *habet*' *Victorius* 17 quam *priore loco om.* *VAB* etiam quam italiae *PB* etiam | italie, *sed* quam *post* etiam *eadem manu adscriptum* *A* etiam italiae *mv*

quidam de italicis, quos propter amplitudinem praestare dicunt, ad victimas faciunt atque ad deorum servant supplicia. qui sine dubio ad res divinas propter dignitatem amplitudinis et coloris praeponendi. quod eo magis fit, quod albi in Italia non tam frequentes quam [quam] in Thracia ad μέλανα κόλπον, ubi alio colore pauci. eos cum emimus domitos, stipulamur sic,
11 'illosce boves sanos esse noxisque praestari'; cum emimus indomitos, sic, 'illosce iuvencos sanos recte deque pecore sano esse noxisque praestari spondesne?' paulo verbosius haec, qui Mamili actiones secuntur lanii, qui ad cultrum bovem emunt: qui ad altaria, hostiae sanitatem non solent stipulari.

Pascuntur armenta commodissime in nemoribus, ubi virgulta et frons multa: hieme cum hibernant secundum mare, aestu abi-
12 gantur in montes frondosos. propter feturam haec servare soleo. ante admissuram mensem unum ne cibo et potione se inpleant, quod existimantur facilius macrae concipere. contra tauros duobus mensibus ante admissuram herba et palea ac faeno facio pleniores et a feminis secerno. habeo tauros totidem, quot Atti-

15 ante admissuram *geopon. XVII 1*

1 praestare] p̄rare *A* 5 quamquam in thracia ad μέλανα κόλπον ubi *P* quamquam in trachia ad ΜΕΔΔΝΔ ΚΟΛΤΤΟΝ ubi *A* quamquam in thrachia ad ubi *lacuna post* ad *relicta et adscripto in margine* graecum *B* quam qui in thracia ubi *v*. 'In Thracia ad μέλανα κόλπον. *Vera haec lectio, fideliter in antiquissimo codice conseruata : nam in aliis inanis sedes Graecarum uocum relicta. In aliis ne relicta quidem*' *Victorius* 7 noxisque p̄rari. Cum emimus indomitos sic illosce
iuuencos recte deq;
boues sanos ēē noxi | q; p̄rari. Cum emimus indomitos sic illosce iuuencos sanos recte deque | pecore, *sed* cum emimus — noxi *priore loco deleta A* 9 qui *om. A* mamili *PAB* Manilii *v* 10 actionis secuntur *PB* accionis secuntur *A* actiones sequuntur *v* 11 solent *mv* soluent *PAB*

13 frons *VB* fros *A corr.* frōs *A*[2] cum hibernant *incluserunt Scaliger et Ursinus* abigantur *PAB* abiguntur *v* 14 foeturam *V*

15 dimisuram *A corr.* admisuram *A*[2] ne cibo *VB* nec cibo *Am*

inpleant *A* impleant *VB* 16 existimantur *B* existimatur *V* exstimantur *A* extimantur *m* 17 foeno *VB* 18 foeminis *V* quot Atticus *v* quod atticus *PAB*

cus, ad matrices LXX duo, unum anniculum, alterum bimum.
haec secundum astri exortum facio, quod Graeci vocant lyran,
fidem nostri. tum denique tauros in gregem redigo. mas an 13
femina sit concepta, significat descensu taurus, cum init [si], quod,
si mas est, in dexteriorem partem abit; si femina, in sinisteriorem.
cur hoc fiat, vos videritis, inquit mihi, qui Aristotelem legitis.
non minores oportet inire bimas, ut trimae pariant, eo melius,
si quadrimae. pleraeque pariunt in decem annos, quaedam etiam
plures. maxime idoneum tempus ad concipiendum a delphini
exortu usque ad dies quadraginta aut paulo plus. quae enim
ita conceperunt, temperatissimo anni tempore pariunt. vaccae
enim mensibus decem sunt praegnates. de quibus admirandum 14
scriptum inveni, exemptis testiculis si statim admiseris, statim
concipere. eas pasci oportet locis viridibus et aquosis. cavere oportet
ne aut angustius stent aut feriantur aut concurrant. itaque quod eas
aestate tabani concitare solent et bestiolae quaedam minutae sub
cauda ali, ne concitentur, aliqui solent includere saeptis. iis sub-
sterni oportet frondem aliudve quid in cubilia, quo mollius conqui-
escant. aestate ad aquam adpellendum bis, hieme semel. cum parere 15
coeperunt, secundum stabula pabulum servari oportet integrum, quod
egredientes degustare possint: fastidiosae enim fiunt. et providen-
dum, quo recipiunt se, ne frigidus locus sit. algor enim eas et famis

7 non minores oportet inire bimas *geopon.* *XVII 10*

1 LXX duo *PAB* septuaginta duos *v* 2 fatio *A* lyran *B* liran *A* lyram *V* 4 foemina *V* descensu *v* discensu *PAB* cum init *PB* cǒminit *A* cum iniit *v* si quod si *PAB* siquidem si A^2v 5 desteriorem *B* foemina *V* 6 inquit *Bv* inquid *PA* Aristotelem *V* aristolem *A* aristolen *B* aristotilem *m* 8 in decem annos *Iucundus* in decem annis *AB* in decimo anno *V* 9 a delphini exortu *v* *Plinius VIII 177,* a dulpini eamortu *PAB* 11 conceperunt *Bv* conciperunt *PA* 12 praegnates *P* pregnates *AB* praegnantes *v* 16 tabani aestate *corr.* aestate tabani *B* sub cauda alii ne (ne *om.* *A*) concitentur aliqui solent *PAB* sub cauda alii ne concitentur solent *v* sub cauda ne concitentur aliqui solent *Iucundus* 17 septis *V* iis substerni *P* iis substerri *B* his substerni *Av* 19 appellendum *v* appellandum *PAB* hyeme *P* coeperunt *P* ceperunt *A* caeperunt *B* coeperint *v* 20 papulum *corr.* pabulum *A* 21 egredientes *v* regredientes *PAB* 22 quod recipiunt *B*

16 macescere cogit. in alimoniis armenticium pecus sic contuen-
dum. lactantes cum matribus ne cubent: obteruntur enim. ad
eas mane adigi oportet, et cum redierunt e pastu. cum creve-
runt vituli, levandae matres pabulo viridi obiciendo in praesepiis.
item his, ut fere in omnibus stabulis, lapides substernendi aut
quid item, ne ungulae putrescant. ab aequinoctio autumnali
17 una pascuntur cum matribus. castrare non oportet ante bimum,
quod difficulter, si aliter feceris, se recipiunt. qui autem postea
castrantur, duri et inutiles fiunt. item ut in reliquis gregibus
pecuariis, dilectus quotannis habendus et reiculae reiciundae,
quod locum occupant earum quae ferre possunt fructus. siquae
amisit vitulum, ei supponere oportet eos, quibus non satis prae-
bent matres. semestribus vitulis obiciunt furfures triticios et
farinam hordeaceam et teneram herbam et ut bibant mane et
18 vesperi curant. de sanitate sunt conplura, quae exscripta de
Magonis libris armentarium meum crebro ut aliquid legat curo.
numerus de tauris et vaccis sic habendus, ut in sexaginta unus
sit anniculus, alter bimus. quidam habent aut minorem aut
maiorem numerum [gregum]. nam apud eum duo tauri in
septuaginta matribus sunt. numerum gregum alius facit alium,
quidam centenarium modicum putant esse, ut ego. Atticus cen-
tum viginti habet, ut Lucienus.

---

9 item ut in reliquis gregibus *geopon. XVII 10, 4*

---

1 macescere *PB* marcescere *corr.* macescere *A* macrescere *v* sic contuendum *v* sit contuendum *PAB* 2 lactantes *PAB* lactentes *v* cumbent *B* 3 mane] manus *A corr.* mane A^2 agi (di *supra*) *B* cum creuerunt *PB* concreuerunt *A* cum creuerint *v* 5 stabilis *A* 6 putrescant *VB* putescant (r *supra*) *A* autumnali *A* autunnali *B* auctunnali *V* 8 posteat *B* 10 dilectus *PAB* delectus *v* quotannis *ABv* quodannis *P* reicolae reiciundae *PAB* reiiculae reiiciundae *v* 12 supponere *VB* subponere *A* 13 triticios *PAB* triticeos *v* 15 conplura *A* complura *VB* 16 *fortasse* armentarium meum habere, crebro legat *VB* legant *A* 17 sic habendus *v* sit habendus *PB* sit abendus *A* est sic habendus *m* 19 gregum *priore loco inclusit Popma* apud Atticum *Ursinus*, apud Seium *Popma* 21 centaurum uiginti *PAB* CXX *v*. '*Optimus codex inquinatus : habet enim* Centaurum uiginti' *Victorius*

Haec ille. at Murrius, qui, dum loquitur Vaccius, cum VI
Lucieno redisset, Ego, inquit, de asinis potissimum dicam, quod
sum Reatinus, ubi optimi et maximi fiunt, e quo seminio ego
hic procreavi pullos et ipsis Arcadibus vendidi aliquotiens. igi- 2
tur asinorum gregem qui facere vult bonum, primum videndum
ut mares feminasque bona aetate sumat, utrique ut quam diu-
tissime fructum ferre possint: firmos, omnibus partibus honestos,
corpore amplo, seminio bono, ex his locis, unde optumi exeunt,
quod faciunt, Peloponnesi cum potissimum eos ex Arcadia eme-
bant, in Italia ex agro Reatino. non enim, si murenae optumae
flutae sunt in Sicilia et helops ad Rhodon, continuo hi pisces
in omni mari similes nascuntur. horum genera duo: unum ferum, 3
quos vocant onagros, *ut* in Phrygia et Lycaonia sunt greges
multi; alterum mansuetum, ut sunt in Italia omnes. ad semina-
tionem onagrus idoneus, quod et e fero fit mansuetus facile et
e mansueto ferus numquam. quod similes parentum genuntur,
eligendi et mas et femina cum dignitate ut sit. in mercando
item ut ceterae pecudes emptionibus et traditionibus dominum

---

12 unum ferum *II 1, 5*

---

1 at] Aut *A*. De asinis *in margine rubrica A* murrius *B Victorius* Murius *VA* 2 redisset *m* reddidisset *A* reddidisset *PB* rediisset *v* inquit *VB* inquid *A* potentissimum *A* 4 procreaui *VAB* procuraui A^2 archadibus *B* aliquotient *corr.* — ens *A* 5 qui facere *Bmv* qui . facere *una littera post* qui *deleta A* quin facere *P* 6 foeminasque *V* utrique *PB* ut . que *una, ut videtur, littera post* ut *deleta A* utique *v* 7 possint A^2*mv* possit *PAB* 8 optumi *PA et in margine B* optimi *v* 9 peloponnesi *VB* peloponnensi *A corr.* — enses A^2 peloponeses *m*. 'Quod faciunt Peloponnesii . *Antea Peloponnenses, ex optimis exemplaribus ita emendaui' Victorius* cōpotissimum *A* ex arcadia emebant VA^2 ex arcadiemebant *AB* ex Arcadia emant *Gesnerus* 10 rereatino *A* optimae *VA* opt$\overset{u}{i}$mae *B* 11 flutae *v* elutae *PAB* et helops *VB* id helops *corr.* et helops *A* ad rhodon *P* ad rhodō *AB* in rhodo *v* hi] in *corr.* hi *A* 13 ut *post* onagros *om. VAB* phrygia *V* phrigia *AB* lycaonia *V* licao$\overset{i}{n}$a *A* lycaona *B* 15 quod et e fero *P* quod et e ferro *A* quod e ferro *m* quod e fero *Bv* facile *VB* facere *A* 16 ferus nunquam *VB* ferum numquam *Am* 17 foemina *V* ut sit *VAB* ut sint *Iucundus* 18 caeterae *V*

4 mutant, et de sanitate ac noxa solet caveri. commode pascuntur farre et furfuribus hordeaceis. admittuntur ante solstitium, ut eodem tempore alterius anni pariant: duodecimo enim mense conceptum semen reddunt. praegnates opere levant: venter enim labore nationem reddit deteriorem. marem non deiungunt ab opere, quod remissione laboris fit deterior. in partu eadem fere observant, quae in equis. secundum partum pullos anno non removent a matre. proximo anno noctibus patiuntur esse cum his et leniter capistris aliave qua re habent vinctos. tertio anno domare incipiunt ad eas res, ad quas quisque eos vult

5 habere in usu. relinquitur de numero, quorum greges non sane fiunt, nisi ex eis qui onera portent, ideo quod plerique diducuntur ad molas aut ad agri culturam, ubi quid vehendum est, aut etiam ad arandum, ubi levis est terra, ut in Campania. greges fiunt fere mercatorum, ut eorum qui e Brundisino aut Apulia asellis dossuariis conportant ad mare oleum aut vinum itemque frumentum aut quid aliut.

VII Lucienus, Ego quoque adveniens aperiam carceres, inquit, et equos emittere incipiam, nec solum mares, quos admissarios habeo, ut Atticus, singulos in feminas denas. e quis feminas Q. Modius Equiculus, vir fortissimus, etiam in re militari iuxta ac

---

6 quod remissione laboris *Plin. 8, 168*

---

3 alterius anni *PAB* alternis annis *v*. 'Alterius anni pariant. *Vetusta haec lectio, antea mendose, Alternis annis. Paulo post, ubi in excusis, Quod remissione laboris fit deterior. In antiquis* Sic deterior. *Arbitror legendum, hic deterior' Victorius* 4 praegnates *PB* pregnātes *A* praegnantes *v* 5 deiungunt *PAB* disiungunt *v* 6 laboris fit deterior *v* laboris sit deterior *A* laboris sic deterior *PB*A^2 labor fit deterior *m* in partu *Am* in pastu *VB* 9 tercio *A* 10 ad ea res *A corr.* ad eas res A^2 12 fiunt (*sed* iu *in rasura* A^2) niestei qui *PAB* fiunt nisi ei qui *v* portant *m* diducuntur *AB* deducuntur *Pm* deducantur *v* 14 leuis *PA* leuius *B* leuior *v* 15 bryndisino *PAB* brundusio *v* 16 dossuariis *VB* dossuaris *A* cōportant *Amv* cumportant *PB* 17 aliut *AP* aliud *Bv*

18 Lucienus *v* lucinius *PAB*. De equis *in margine rubrica A* inquit *Bv* inquid *PA* 20 foeminas *utroque loco V* 21 que modius *AB* quae Modius *P* quae Medius *v*. 'Q. Modius Equiculus. *Ita emendaui auxilio uetustorum codicum, in quibus*, Que modius, *legitur. Fere autem ueteres librarii cum Q. praenomen scribendum*

mares habere solebat. horum equorum et equarum greges qui
habere voluerunt, ut habent aliqui in Peloponneso et in Apulia,
primum spectare oportet aetatem quam praecipiunt. videmus
ne sint minores trimae, maiores decem annorum. aetas cognos- 2
citur et equorum *et* fere omnium qui ungulas indivisas habent
et etiam cornutarum, quod equus triginta mensibus primum
dentes medios dicitur amittere, duo superiores, totidem inferiores.
incipientes quartum agere annum itidem eiciunt et totidem ei-
ciunt proxumos eorum quos amiserunt, et incipiunt nasci, quos
vocant columellares. quinto anno incipiente item eodem modo 3
amittere binos, cum cavos habeat tum renascentes, ei sexto anno
inpleri, septumo omnes habere solet renatos et conpletos. hoc
maiores qui sunt, intellegi negant posse, praeterquam cum dentes
sint facti brocchi et supercilia cana et sub eis lacunae, ex ob-

---

3 videmus ne sint minores *geopon. XVI 1* 4 aetas cognoscitur *Colum. VI 29 hippiatr. p. 226*

---

esset, Que imperite scribebant . in optimo exemplari mendi nota hic adposita est' Victorius etiam in re militari *Ursinus* etiam patre militari *VAB* 1 solebat *VB* solebant *Am* hocorum *corr.* horum *A* 2 uoluerunt *VAB* uoluerit *m* uoluerint *Iucundus* . *fortasse* volunt aliqui] aliquid *A* in apulia *VB* in anpulia *A* 3 praecipiunt uidemus *PAB* praecipiunt uidendum est *m* praecipiunt uideamus *v* . *fortasse* praecipi ita uidemus 4 ne scint *corr.* ne sint *A* 5 et equorum et fere *v* et equorum fere *PAB* equorum et fere *Iucundus* ominum *A* 6 triginta mensium *Iucundus* 7 amittere *V* ạdmittere *Am* $\overset{d}{a}$mittere *B* duo *PAB* duos *A²v* 8 itidem eiciunt et totidem eiciunt proxumos *PB* itidem eiciunt et totidem proximos *Am*, *sed* et totidem *in margine scripta habet A*, itidem eiiciunt et totidem eiiciunt proximos *v* 11 amittere *mv* admitterem *PB* ạdmitterem *A* bimas cum canos habeat *PAB* binos quos caninos habent *v* quos cavos habent tum renascentes eis, sexto anno implere *Schneiderus* ei] eis *VAB* 12 impleri *VAB* septumo *PB* septimo *Av* solet relatos *PAB* solent renatos *v* conpletos *A* completos *VB* 13 intellegi *A* intelligi *VB* 14 sint facti *PA* facti sint *B* sunt facti *v* brocchi *PAB* brochi *v*. '*Brocchi per duo cc, in optimis hic exemplaribus scriptum est : ut ubi de canibus post agit iterum [9, 3] : Directis priusquam brocchis' Victorius* sub ea lacunis ex obseruatu *P* sub ea lacuni sex obseruatu *AB* sub ea lacunae ex obseruatu *v*

4 servatu dicunt eum equom habere annos sedecim. forma esse
oportet magnitudine modica, quod nec vallos nec minutos decet
esse, equas clunibus ac ventribus latis. equos, *ad* admissuram
quos velis habere, legere oportet amplo corpore, formosos, nulla
5 parte corporis inter se non congruenti. qualis futurus sit equus,
e pullo coniectari potest, si caput habet non magnum nec membris confusis si est, oculis nigris, naribus non angustis, auribus adplicatis, [angusta] iuba crebra, fusca, subcrispa subtenuibus saetis, inplicata in dexteriorem partem cervicis, pectus latum et plenum, umeris latis, ventre modico, lumbis deorsum versus pressis, scapulis latis, spina maxime duplici, si minus, non extanti, coda ampla subcrispa, cruribus rectis aequalibus intro versus potius figuratis, genibus rutundis ne magnis, ungulis duris: toto corpore ut habeat venas, quae animadverti possunt, quod huiusce modi sit, et cum est aeger, ad medendum adpositus
6 [corpore multo]. de stirpe magni interest qua sint, quod genera
sunt multa. itaque ab hoc nobiles a regionibus dicuntur, in Graecia Thessalici equi, a terra Apuli, ab Rosea Roseani. equi boni futuri signa, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo aliave qua re, quo potior sit; si, cum flumen travehundum est gregi, in primis progreditur ac non respectat alios. emptio equina similis fere ac boum et asinorum, quod eisdem rebus in

---

1 eum equorum *PAB* eum equum *mv* habere annos *VA* annos habere *B* 2 uallos *PAB* uastos A^2*mv* 3 latis] laçtis *A* equos ad admissuram quos *v* equos admissura quos *Pm* equos admissuras quos *A* equos quos admissura *B* 4 legere A^2*mv* lege *PAB* formosos *VB* formonsos *A* 5 congruenti *V* congrue nti *A* congrue nu *B* 6 e pullo A^2*m* epulio *PAB* opilio *v* connectari *A* 7 sic est, *sed* c *deletum A* 8 adplicatis *A* applicatis *VB* fusca *V* fusta *AB* subcrispa *v* subcripta *PAB* subtenuibus setis *v* subtenuimus satis *PAB* 9 īplicata V inpublicata *A* impublicata *B* 10 umeris *PAB* humeris *v* deorsum uersus *AB* deorsum uersum *V* 11 pressis] praesis *B* 13 figurata *VAB* rutundis *PAB* rotundis *v* 14 aninaduerti *A* possunt *PAB* possint *v* quod qui huiuscemodi sit *Iucundus* 15 huiusscemodi *A* adpositus *A* appositus *VB* 17 ab hoc] ad hoc *VAB* 18 in Italia Appuli ac Roseani *Ursinus* 19 papulo *A* 20 trauehundum *PAB* traiiciendum *v* 21 gregi] greci *Am* respectas *A corr.* — at A^2 22 similis *ABv* simulis *ut videtur P* quo eisdem *B*

emptione dominum mutant, ut in Mamili actionibus sunt perscripta.

Equinum pecus pascendum in pratis potissimum herba, in 7
stabulis ac praesepibus arido faeno; cum pepererunt, hordeo adiecto bis die data aqua. horum feturae initium admissionis facere
oportet ab aequinoctio verno ad solstitium, ut partus idoneo
tempore fiat. duodecimo enim mense die decimo aiunt nasci.
quae post tempus nascuntur, fere vitiosa atque inutilia existunt.
admittere oportet, cum tempus anni venerit, bis die, mane et 8
vespere, per origam: sic appellatur qui[qui] admittit. eo enim
adiutante equa alligata celerius admittuntur, neque equi frustra
cupiditate inpulsi semen eiciunt. quaad satis sit admitti, ipsae
significant, quod se defendunt. si fastidium saliendi est, scillae
medium conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem: tum ea re
naturam equae, cum menses ferunt, tangunt: contra ab locis
equae nares equi tangunt. tametsi incredibile, quod usu venit, 9
memoriae mandandum. cum, equus matrem salire cum adduci
non posset, eum capite obvoluto auriga adduxisset et coegisset
matrem inire, cum descendenti dempsisset ab oculis, [et] ille
impetum fecit in eum ac mordicus interfecit. cum conceperunt 10

---

1 mamili *PB* mamilli *Am* manilii *v*

4 feno *A* foeno *VB* 5 data *AB* danda *V. fortasse* datur 5 foeturae *V*

6 aequinoctium uernum *corr.* aequinoctio uerno *B* ad solstitium *v* et solstitium *PAB* ut | ut partus *A* idoneo *Am* idoneus *VB* 8 post id tempus *Ursinus* atque *VB* adque *A* 9 tempus nascatur anni, *sed* nascatur *deletum A* uenerint *B* 10 peroriga misit appellatur quiqui admittit *P* perorigami sit appellatur quiqui admittit *B* peor | origa missit appellatur quiqui admittit *A* peroriga appellatur qui admittit *m* peroriga enim appellatur quisquis admittit *v*. '*Optimus codex hic mendosus est, nonnulli item qui eum sequuntur : sic autem in illis est,* Peroriga misit appellatur qui qui admittit. *Vitium habere hanc scripturam cognouit librarius, ideoque mendi notam ad eam adposuit. Fortasse legendum, Perorigam, sic appellatur etc.*' *Victorius* 11 equa alligata *PAB* equae alligatae *v* 12 inpulsi *A* impulsi *VB* quaad] quoad *VAB* 13 scillae *B* scyllae *V* sille *Am* 16 tametsi incredibile *v* tametsi incredibili *B* tam et insi incredibili *P* tam et nisi incredibili *Am*

17 matrem salire cum adduci *AB* matrem ut salire cum adduci *P* matrem ut saliret adduci *v* 18 eum capite *PAB* cum capite *v*
19 dempsisset *V* demsisset *A* demisisset *B* ab oculis et ille *ABm* ab oculis ille *V* 20 cum conceperunt *AB Victorius* cum conceperint *V*

equae, videndum ne aut laborent plusculum aut ne frigidis locis sint, quod algor maxime praegnatibus obest. itaque in stabulis et umore prohibere oportet humum, clausa habere ostia ac fenestras, et inter singulas a praesepibus intericere longorios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. praegnatem neque inplere
11 cibo neque esurire oportet. alternis qui admittant, diuturniores equos, meliores pullos fieri dicunt, itaque ut restibiles segetes esse exuctores, sic quotannis quae praegnates fiant. [in] decem diebus secundum partum cum matribus in pabulum prodigendum, ne ungulas conburat stercus [tenebat]. quinquemestribus pullis factis, cum redacti sunt in stabulum, obiciendum farinam hordeaciam molitam cum furfuribus, et siquid aliud terra natum libenter
12 edent. anniculis iam factis dandum hordeum et furfures, usque quaad erunt lactantes. neque prius biennio confecto a lacte removendum; eosque, cum stent cum matribus, interdum tractandum, ne, cum sint deiuncti, exterreantur; eademque causa ibi frenos suspendendum, ut eculi consuescant et videre eorum

---

2 praegnatibus *PAB* praegnantibus A^2*v* 3 et umore *PA* et humore *Bv* ab humore *Iucundus* humum *ABv* umum *P* ostia *V* hostia *AB* 5 pregnatem *A* praegnantem *VB* inplere *A* implere *VB* impleri *Ursinus* 6 admittant *PAB* admittunt *v* diuturniores equas *Pontedera p. 435* 8 essent exuctores *P* ēēt exuctores *A* esset exuctores *B* essent exuctiores *v* sint exuctiores *Gesnerus* quot annis *v* quod annis *PAB* praegnatis *PAB* praegnantes *v* 10 'Ne ungulas comburat stercus cauendum. *Receptam hanc lectionem non damno, antiquam tamen quamuis uitiosam, inquinatamque, notam esse uolo*: Ne ungulas commurat stercus tenebat. *In optimo codice mendi nota adposita est' Victorius* cōmurat stercus tenebat *et in margine* c' comburat stercus tenellas *P* cum inurat stercus tenebat *A* cū murat stercus tenebat *m* comurat stercus tenebat *B* cōmutet stercus cauebit *v* comburat stercus cauendum *Iucundus* 11 hordeaciam *A* hordiaciam *B* ordeaceam *V* 13 ordeum *V* 14 quaad *PAB* quoad *v* 15 cum stent *VB* cun (*corr.* cū A^2) stent *A* cum stant *m* com matribus *A* 16 ne cum] nec tum *ut videtur A* deiuncti *VAB* disiuncti *v* extereantur (r *suprascr.*) *A* extereantur *m* 17 ut eculi *PB* uttilli *ut videtur A* ut illi *m* ut oculi *v*. 'Vt equuli consuescant. *Antiqua haec, et uera lectio*: *mendum in excusos fluxerat, quod in uetustis* Eculi, *scriptum est, quae srciptura imperitos fefellerat, sed non multo etiam post* Eculum posse domari, *in iisdem scriptum est' Victorius*

faciem et e motu audire crepitus. cum iam ad manus accedere 13 consuerint, interdum inponere iis puerum bis aut ter [interdum] pronum in ventrem, postea iam sedentem. haec facere, cum sit trimus: tum enim maxime crescere ac lacertosum fieri. sunt qui dicant post annum et sex menses eculum domari posse, sed melius post trimum, a quo tempore farrago dari solet. haec enim purgatio maxime necessaria equino pecori. quod diebus decem facere oportet, nec pati alium ullum cibum gustare. ab 14 undecimo die usque ad quartum decimum dandum hordeum, cotidie adicientem minutatim: quod quarto die feceris, in eo decem diebus proximis manendum. ab eo tempore mediocriter exercendum et, cum consudarit, perunguendum oleo. si frigus erit, in equili faciendus ignis. e quis quod alii sunt ad rem mili- 15 tarem idonei, alii ad vecturam, alii *ad* admissuram, alii ad cursuram, non item sunt spectandi atque habendi. itaque peritus belli alios eligit atque alit ac docet; aliter quadrigarius ac desultor; neque idem qui vectorios facere vult ad ephippium aut ad raedam, quod ut ad rem militarem, quod ibi ad castra habere volunt acres, sic contra in viis habere malunt placidos. propter quod discrimen maxime institutum ut castrentur equi. demptis enim testiculis fiunt quietiores, [et] ideo quod semine carent.

2 consueuerint *B* imponere iis *PB* inpónere hiis *A* imponere his *v* bis aut ter interdum pronum *PAB* bis aut ter pronum interdum *v* bis aut ter pronum *Iucundus* 4 trimus *v* trimas *PAB* 5 eculum *PAB* equulum *v* domari *v* domare *corr.* — ri *A* domare *PB* 7 neccessaria *A* 9 cotidie *AB* cottidie *P* quotidie *v* 10 adicientem *P* adiçicientem *B* addicentem (i *supra*) *A* adiiciendo *v* 11 exercendum *v* extriendum *PB* exmendum *A* eximendum *m.* '*In cunctis manu scriptis uno excepto* Extriendum : *in illo autem, qui e melioribus non est,* Eximendum' *Victorius* 12 cum consudarit *PA* cum consudarint *B* cum sudauerit *v* perungendum *V* 13 e quis] equis *VAB* equi *m.* '*In manu scriptis* Equis . *Fortasse* e quis' *Victorius* 14 alii ad admissuram *v* alii admissuram *PAB* 15 atque habendi *Bv* adque habendi *PA* 16 eligit *VA* (e)legit *B* atque alit *Bv* adque alit *PA* ac desultor *VA²m* adesultor *AB* 17 neque item *Gesnerus* qui uectorios *VA* uectorios qui *corr.* qui uectorios *B* 18 ad praedam *VAB* ad rhedam *Ursinus* ad rem militarem quod *seclusit Gesnerus* 19 acres — malunt *in margine A* 20 castrentur *VB* castrarentur *Am* 21 et *seclusit Schneiderus* semine *BA²v* semina *A et ut videtur P*

ii cantherii appellati, ut in subus maiales, gallis gallinaceis capi.
16 de medicina vel plurima sunt in equis et signa morborum et genera curationum, quae pastorem scripta habere oportet. itaque ab hoc in Graecia potissimum medici pecorum *ἱππίατροι* appellati.

VIII Cum haec loqueremur, venit a Menate libertus, qui dicat liba absoluta esse et rem divinam paratam; si vellent, venirent illuc et ipsi pro se sacrificarentur. Ego vero, inquam, vos ante ire non patiar, antequam mihi reddideritis tertium actum de mulis, de canibus, de pastoribus. Brevis oratio de istis, inquit Murrius. nam muli et item *hinni* bigeneri atque insiticii, non suopte genere ab radicibus. ex equa enim et asino fit mulus,
2 contra ex equo et asina hinnus. uterque eorum ad usum utilis, partu fructuosus neuter. pullum asininum a partu recentem subiciunt equae, cuius lacte ampliores fiunt, quod id lacte quam asininum ad alimonia dicunt esse melius. praeterea educant eum paleis, faeno, hordeo. matri suppositiciae quoque inserviunt, quo equa ad ministerium lactis cibum pullo praebere possit. hic ita educatus a trimo potest admitti. neque enim aspernatur propter
3 consuetudinem equinam. hunc minorem si admiseris, et ipse citius senescit, et quae ex eo concipiuntur fiunt deteriora. qui

1 cantherii *PAB* canterii *v* appellati *B* appellanti *A*, *sed* n *deletum, ut videtur A*², appellantur *V* campi, *sed* m *deletum A* 3 pastorum *ut videtur A corr.* — rem *A*² 4 IITITIΔTPOI c' *ἱππίατροι P* utinat | POI *A lacuna relicta et in margine adscriptum* graecum *B κτηνοιατροι v*

6 Cum haec loqueremur] De mulis *in margine rubrica A* dicat *PAB* dicit *v* 8 sacrificarentur *PAB* sacrificarent *v.* 'Et ipsi pro se sacrificarentur. *Ita emendaui e uetustis libris' Victorius* 10 de carnibus, *sed* r *deletum A* inquit *VB* inquid *A* 11 Murrius *PAB* Murius *v* multi et item bigeneri *PAB* multi et item bigeneris *v* muli et hinni bigeneri *Iucundus* atque *VB* adque *A* 12 suopte genere *v* suo ope genere *PAB* 13 contra et ex, *sed* et *deletum B* hinnus] hinnius *Pm* himus *A* fit hinnius, *sed* fit *deletum B* hinulus *v* ad utilis usum utilis, *sed* utilis *priore loco deletum A* 14 partu fructus neuter *PB* partu fructus u. neuter, *sed* u *post* fructus *deletum A* partu fructus uenit uenter *m* partus fructus uenter *v* asininum *utroque loco VB* asinum *utroque Am* 16 ad alimonia] at alia omnia *PAB* ac omnia alia *v* 17 foeno ordeo *V* suppositiciae *V* subpositiciae *AB* 19 educatus] eductus *VAB* a trimo *Ursinus* a primo *VAB*

non habent eum asinum, quem supposuerunt equae, et asinum admissarium habere volunt, de asinis quem amplissimum formosissimumque possunt eligunt, quique seminio natus sit bono, Arcadico, ut antiqui dicebant, ut nos experti sumus, Reatino, ubi tricenis ac quadragenis milibus admissarii aliquot venierunt. quos emimus item ut equos stipulamurque in emendo ac facimus in accipiendo idem, quod dictum est in equis. hos pascimus 4 praecipue faeno atque hordeo, et id ante admissuram et largius facimus, ut cibo suffundamus vires ad feturam, eodem tempore quo equos adducentes, idemque ut ineat equas per origas curamus. cum pepererit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus. hi si in palustribus locis atque uliginosis nati, habent 5 ungulas molles; idem si exacti sunt aestivo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, durissimis ungulis fiunt. in grege mulorum parando spectanda aetas et forma, alterum, ut vecturis sufferre labores possint; alterum, ut oculos aspectu delectare queant. hisce enim binis coniunctis omnia vehicula in viis ducuntur. haec me Reatino auctore probares, mihi inquit, nisi tu 6 ipse domi equarum greges haberes ac mulorum greges vendidisses. hinnus qui appellatur, est ex equo et asina, minor quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equinis, iubam

20 hinnus qui appellatur *Non. p. 122, 2*

1 supposuerunt *VB* subposuerunt *A* asinum admissarium *m* asinarium admissarium *A* asinarium admissarium *VB* 2 quem amplissimum *PAB* quam amplissimum *m* quenque amplissimum *v* 4 atiqui *B* 5 tricenis ac quadragenis *m* tricenis ad quadringentis *PB* tricenis ad quadrigentis *A* tricenis ac quadringentis *v* aliquot *Bv* aliquod *PA* 8 foeno *V* 9 foeturam *V* tepore *A* 10 idemque ut ineat *VBm* idemque ut hieant *A* iidemque ut ineant *Iucundus* . *fortasse* itemque ut ineat 11 pepererit *PAB* peperit *v* mulum] multum *B* 12 hi^{i} *A* atque uliginosis *B* adque uliginosis *PA* et uliginosis *v* 13 idem *PAB* iidem *v* 14 durissimus *corr.* — is *A* 15 paranda *corr.* — do *A* aetas *om. A* 16 possint *PA* possit *Bv* oculos aspectu A^2 *Iucundus* oculis aspectu *PAB* oculis aspectum *v* 17 queant *PAB* queat *v* cuniunctis *A* 18 autore *B* inquit *VB* inquid *A* 19 uendidisses *Bmv* uindidisses *PA* 20 hinnus *PAB* hinulus *v* asina] asinoa, *sed* o *deletum A* 21 plerunque *B* rubicundior *VB* rubicondior *A* *fortasse* iuba et cauda similis est

et caudam similem asini. item in ventre est, ut equus, menses duodecim. hosce item ut eculos et educant et alunt et aetatem eorum ex dentibus cognoscunt.

IX Relinquitur, inquit Atticus, de quadripedibus quod ad canes attinet, maxime ad nos, qui pecus pascimus lanare. canes enim ita custos pecoris et eius qui eo comite indiget ad se defendendum. in quo genere sunt maxime oves, deinde caprae. has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. in suillo pecore tamen sunt quae se vindicent, sues, verres, maiales, scrofae. prope enim haec apris, qui in silvis saepe dentibus
2 canes occiderunt. quid dicam de pecore maiore? cum sciam mulorum gregem, cum pasceretur et eo venisset lupus, ultro mulos circumfluxisse et ungulis caedendo eum occidisse, et tauros solere adversos adsistere clunibus continuatos et cornibus facile propulsare lupos. quare de canibus quoniam genera duo, unum venaticum et pertinet ad feras bestias silvestres, alterum quod custodiae causa paratur et pertinet ad pastorem, dicam de eo ad formam artis expositam in novem partes.

3 Primum aetate idonea parandi, quod catuli et vetuli neque sibi neque ovibus sunt praesidio et feris bestiis non numquam praedae. facie debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis

---

21 facie debent esse formosi *geopon. XIX 1. 2*

---

2 eculos *PAB* equulos *v* educant *AB* educunt *V* et allunt etatem *A* 3 ex dentibus *VB* ut e dentibus *Am*

4 Relinquitur] De canibus *in margine rubrica A* inquit *VB* inquid *A* quadripedibus *PAB* quadrupedibus *v* accanes *A corr.* ad canes A^2 5 canes enim *PAB* canis enim A^2mv 6 custos pecoris *AB* custos est pecoris *V* et eius qui eo comite *PAB* ouis quod eo comitetur *v* ut eius quod eo comite *Iucundus* 12 pasceret^{eo}ur, et uenisset *A* pasceretur eo uenisset *PB* pasceretur eoque uenisset *v* lupus *om. A* 13 circumfluxisse *VB* circumfluxisset *Am* occidisse *VB* occidisset *Am* 14 adversos] diuersos *VAB* adsistere *AB* assistere *V*

16 ad feras bestibus assiluestribus assiluestres *PB* ad feras bestibus (*corr.* bestias A^2) assiluestribus asiluestres *A* ad feras bestias et siluestres *m* ad feras ac siluestres *v*. 'Pertinet ad feras bestias, ac syluestres. *In maiore, ac meliore librorum parte hic locus turpiter inquinatus est* : Ad feras bestibus assiluestribus assiluestres. *Nec tamen maculae ipsius librarium accuratissimum fefellerunt : ad eum enim mendi notam adposuit. In uno tantum manu scripto receptam lectionem inueni' Victorius* 20 nonnunquam *V* 21 formonsi *A*, n *expunxit* A^2

nigrantibus aut ravis, naribus congruentibus, labris subnigris aut rubicundis neque resimis superioribus nec pendulis subtus, mento suppresso et ex eo enatis duobus dentibus dextra et sinistra paulo eminulis, superioribus directis potius quam brocchis, acutos quos habeant labro tectos, capitibus et auriculis magnis 4
ac flaccis, crassis cervicibus ac collo, internodis articulorum longis, cruribus [ac collo internodis] rectis et potius varis quam vatiis, pedibus magnis et altis, qui ingredienti ei displodantur, digitis discretis, unguibus duris ac curvis, solo ne ut corneo ne nimium duro, sed ut fermentato ac molli, a feminibus summis corpore suppresso, spina neque eminula neque curva, cauda crassa, latratu gravi, hiatu magno, colore potissimum albo, quod in tenebris * specie leonina. praeterea feminas volunt esse 5
mammosas aequalibus papillis. item videndum ut boni semini sint. itaque et a regionibus appellantur Lacones, Epirotici, Sallentini. videndum ne a venatoribus aut laniis canes emas, alteri quod ad pecus sequendum inertes; alteri, si viderint lepo-

---

1 rauis *v* rabis *PAB* 2 nec penduli *AB* neque pendulis *V* 3 duobuos *B* 4 eminulis *Iucundus* eminus *VAB* superioribus *Bv* suberioribus *P* suberiloribus, *sed* l *deletum A* brocchis *PAB et codices Victorii adn. II 7, 3* brochis *v* 5 acutis *corr.* — tos *A* capitibus auriculis *A* 6 ac collo internodis articulorum longis cruribus ac collo (cruribus a collo *B*) internodis rectis *PB* ac collo internostis articulorum longis cruribus ac collo internodis sectis *A* ac collo internodiis articulorum longis cruribus rectis *v* 7 et potius uariis quam uatiis *AB* ac potius uariis quam uatiis *P* ac potius uariis quam uaciis *v* 'Et potius uaris quam uatiis. *Prisca haec scriptura, quae recta est: antea Vaciis corrupte' Victorius* 8 magnis et altis *AB* magnis altis *V* ingredienti ei *VB* ingrediente ei *A* ingrediente et *m* displodantur *v* displorantur *PAB* 9 selone ut corneo ne nimium *PAB* talo nec ut corneo nec nimium *v*. 'Solo nec ut corneo nec etc. *Antea, Talo nec ut corneo etc. — Veterem scripturam, ex qua ita legendum esse suspicatus sum, nunc proponam: nam illa aliquid mendi omnino habet, et maculosa a librario etiam existimata est, qui notam, quam consueuit, adposuit:* Selone ut corneo, ne nimium duro' *Victorius* 10 a foeminibus *V* 11 suppresso *VB* subpresso *A* 12 latratu *mv* latrato *PAB* hyatu *V* 13 foeminas *V* 14 seminii *PAB* seminis *mv* 15 itaque et a regionibus *PB* itaque a regionibus *Amv* epirotici *VA* epirhotici *B* 16 salamentini *P* salamtini *Am* salamentani *corr.* — tini *B* salamantini *v* salentini *Iucundus*

rem aut cervum, quod eum potius quam oves sequentur. quare a pastoribus empta melior, quae oves sequi consuevit, aut sine ulla consuetudine quae fuerit. canis enim facilius quid adsuescit, eaque consuetudo firmior, quae sit ad pastores, quam quae ad
6 pecudes. Publius Aufidius Pontianus Amiterninus cum greges ovium emisset in Vmbria ultima, quibus gregibus sine pastoribus canes accessissent, pastores ut deducerent in Metapontinos saltus et Heracleae emporium, inde cum domum redissent qui ad locum deduxerant, e desiderio hominum diebus paucis postea canes sua sponte, cum dierum multorum via interesset, sibi ex agris cibaria praebuerunt atque in Vmbriam ad pastores redierunt. neque eorum quisquam fecerat, quod in agri cultura Saserna praecepit, qui vellet se a cane sectari, uti ranam obiciat coctam. magni interest ex semine esse canes eodem, quod cognati maxime
7 inter se sunt praesidio. sequitur quartum de emptione: fit alterius, cum a priore domino secundo traditus est. de sanitate et noxa stipulationes fiunt eaedem, quae in pecore, nisi quod hic utiliter exceptum est. alii pretium faciunt in singula capita canum, alii ut catuli sequantur matrem, alii ut bini catuli unius canis numerum obtineant, ut solent bini agni ovis, plerique ut accedant canes, qui consuerunt esse una.

---

1 cervum] cerum *A* quare aut pastoribus *PA* quare aut a pastoribus *Bv* 3 assuescit eaque *VB* adsuescit quo eaque *A* assuescit quo ea *m* 4 quae sit] quiescit *A* 5 autfidius *A* 6 ouium *om. B* 7 pastores (pastorib; *corr.* pastores *A*) ut dedurent (deducerent *B*) in metampinos saltus et traclepore *PAB* pastores ut deduxerunt in metapontinos saltus et heracleae emporium *v* 'Pastores ut deducerent in metapontinos saltus, et Heracleae emporium. *Hunc locum in cunctis manu scriptis mancum, decurtatumque inueni, nec tamen communem lectionem uariaui. Vetustam hic proponam,* — Pastores ut dedurent in metampinos saltus, et traclepore . inde cum etc. *In optimo codice mendi nota adposita est' Victorius* 8 qui ad locum *Vm* quid alocum *A* quid ad locum *B* 9 he desiderio *A* 10 uia *in margine scriptum B* interesset *v* interesse *PAB* 15 sequitur quartum *Iucundus* sed quod (s7 quod *A*) quarum *VAB*. '*Antiqui codices maculosi : nihil uariaui . ueterem tamen hic scripturam adponam :* Sed quod quarum, de emptione fit alterius, cum a priore etc.' *Victorius* 16 traditum est *VA* reditum est *B* 17 eaedem *VB* eadem *ut videtur A corr.* eedem *A*[2] eodem *m* pecore *Bv* pecure *PA* aliter exceptum est *Ursinus* 18 precium *VA* fatiunt *A* capita *superscriptum est in A* 19 catuli *posteriore loco superscriptum est in A* 20 ouis *v* oues *PAB*

Cibatus canis propior hominis quam ovis. pascitur enim 8
carne et ossibus, non herbis aut fronde. diligenter ut habeat
cibaria providendum. fames enim hos ad quaerendum cibum
ducet, si non praebebitur, et a pecore abducet: nisi si, ut qui- 9
dam putant, etiam illuc pervenerint, proverbium ut tollant anti-
cum vel etiam ut μῦθον aperiant de Actaeone atque in domi-
num adferant dentes. nec non ita panem hordeacium dandum, 10
ut non potius eum in lacte des intritum, quod eo consueti cibo
uti a pecore non cito desciscunt. morticinae ovis non patiuntur
vesci carne, ne ducti sapore minus se abstineant. dant etiam
ius ex ossibus et ea ipsa ossa contusa. dentes enim facit fir-
miores et os magis patulum, propterea quod vehementius didu-
cuntur malae acrioresque fiunt propter medullarum saporem.
cibum capere consuescunt interdiu, ubi pascuntur, vesperi, ubi
stabulantur. feturae principium admittendi faciunt veris prin- 11
cipio: tum enim dicuntur catulire, id est ostendere velle se
maritari. quae tum admissae, pariunt circiter solstitio: praegnates
enim solent esse ternos menses. in fetura dandum potius hor-

---

1 propior *V* proprior *AB* 2 carne *m* e curia *PB* e curai *corr.* e curia *A* e culina *v.* '*In ueteribus hic etiam locus inquinatus,* E curia *enim: non,* E culina, *habent' Victorius* fronde *VB* fronde *corr. eadem manu, ut videtur,* frondib; *A* frondibus *m* habeat *VB* habeant *Am* 4 a pecore abducet *v* a pecore abdu^{c}et *B* a peco abducet *A* ab peco abducet *P* a pecore adducet *m* ut quidam putant *VB* ut ″putant ″quidam *A* ut putant quidam *m* 5 ut tollant *Gesnerus* ut tollunt *PA et in margine B* attollunt *v* anticum *PAB* antiquum *v* 6 'Vel etiam ut μῦθον aperiant. *Ita scriptum in uetustissimo, et fidelissimo codice inueni' Victorius* ut μῦθον aperiant *P* ut ΜΥΘΟΝ aperiant *A* ut aperiant *v et lacuna post* ut *relicta et in margine adscripto* graecum *B* Actaeone *V* actaione *corr.* actaeone *A* act^{h}ęone *B* atque *Bv* adque *PA* 7 adferant *PA* afferant *Bv* hordeacium *PB* hordeaceum *Am* ordeaceum *v* dandum *superscriptum in A* 8 intritrum *B* eo consueti *AB* ei consueti *V* 9 uti pecore nonci | cito *A* desciscunt *Angelius* desciunt *A* descunt *PB* desiscunt *v* 11 ius ex ossibus *B* iis ex ossibus *P* iu^{s}x eo ossibus *A* his ex ossibus *v* 13 medularum *A* 15 foeturae *V* 17 quae tum] quae cum *VAB* quae tunc *Ursinus* admississe *corr.* admisse *A* circiter solstitium *Reiterus quaest. Varron. gramm. p. 69* praegnates *PAB* praegnantes *v* 18 foetura *V* hordeacios quam triticios *AB* ordeacios quam triticios *P* ordeaceos quam triticeos *v*

deacios quam triticios panes: magis enim eo aluntur et lactis
12 praebent maiorem facultatem. in nutricatu secundum partum, si plures sunt, statim eligere oportet quos habere velis, reliquos abicere. quam paucissimos reliqueris, tam optimi in alendo fiunt propter copiam lactis. substernitur eis acus aut quid item aliut, quod molliore cubili facilius educentur. catuli diebus XX videre incipiunt. duobus mensibus primis a partu non diiunguntur a matre, sed minutatim desuefiunt. educunt eos plures in unum locum et inritant ad pugnandum, quo fiunt acriores, neque defati-
13 gari patiuntur, quo fiunt segniores. consue quoque faciunt ut alligari possint primum levibus vinclis: quae si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberibus eos deterrere solent. pluviis diebus cubilia substernenda fronde aut pabulo duabus de
14 causis, ut ne oblinantur aut perfrigescant. quidam eos castrant, quod eo minus putant relinquere gregem: quidam non faciunt, quod eos credunt minus acres fieri. quidam nucibus graecis in aqua tritis perungunt aures et inter digitos, quod muscae et ricini *et* pulices soleant, si hoc unguine non sis usus, ea exul-
15 cerare. ne vulnerentur a bestiis, inponuntur his collaria, quae vocantur melium, id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis capitatis, quae intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. quod si lupus aliusve quis his vulneratus est, reliquas quoque canes facit, quae id non habent,
16 ut sint in tuto. numerus canum pro pecoris multitudine solet

---

1 latis *priore loco A corr.* lactis A^2 5 quid item aliud *AB* quit item aliut *P* quid aliud *v* 6 molliore cubili *AB Victorius* meliore cubiculo *V* educentur *PAB* educuntur *v* educantur *Iucundus* 7 diiunguntur *PAB* disiunguntur *v* 9 inritant *PA* irritant *Bv* fiunt acriores *PAB* fiant acriores *mv* defatigari *VB* defetigari *A* 10 fiant segniores *VAB* fatiunt *A* 12 uerberibus *B* A^2*v* ueruerībus *PA* 13 pabula *corr.* — lo *A* 14 quidam eos *V* quida eos *ut videtur A corr.* quidā eos A^2 quidaem eos *B* 15 fatiunt *A* 18 ricini et pulices *Iucundus* ricini pulices *PAB* ricini publice *v* 19 inponuntur *A* imponuntur *VB* his *v* bis *PAB corr.* iis A^2 collaria *Bmv* colloria *PA* 20 firmo *superscriptum in A* 21 quibus intra insuitur pellis *Ursinus* intra capita *VB* intra capite *Am* molles *corr.* — is *A* 22 duricia *VA* 23 reliquas *PAB* reliquos *mv* quae id *PB* quod id *A* qui hoc *m* qui id *v* 24 multitudine *ABv* multitudinem *P*

parari: fere modicum esse putant, ut singuli sequantur singulos
opiliones. de quo numero alius alium modum constituit. quod
si sunt regiones, ubi bestiae sint multae, debent esse plures,
quod accidit his qui per calles silvestres longinquos solent comi-
tari in aestiva et hiberna. villatico vero gregi in fundum satis
esse duo, et id marem et feminam. ita enim sunt adsiduiores,
quod cum altero idem fit acrior, et si alter [idem fit er] aeger
est, ne sine cane grex sit.

Cum circumspiceret, nequid praeterisset, Hoc silentium,
inquam, vocat alium ad partes. relicum enim in hoc actu, quot X
et quod genus sint habendi pastores. Cossinius, Ad maiores
pecudes aetate superiores, ad minores etiam pueros, [ut] utro-
que horum firmiores, qui in callibus versentur, quam eos qui in
fundo cotidie ad villam redeant. itaque in saltibus licet videre
iuventutem, et eam fere armatam, cum in fundis non modo pueri
sed etiam puellae pascant. qui pascunt, eos cogere oportet in 2
pastione diem totum esse, pascere communiter, contra pernoctare
ad suum quemque gregem: esse omnes sub uno magistro pecoris:
eum esse maiorem natu potius quam alios et peritiorem quam
reliquos, quod is qui aetate et scientia praestant animo aequiore

---

3 ubi bestiae *Bv* ubi uestiae *P* urestie, *ut videtur, corr.* $\overset{i}{\text{u}}$bestie *A* 4 accidit his *AB* accidit iis *V* 5 hyberna *V* gregi *v* grege *PAB* 6 duo *PAB* duos *v* foeminam *V* adsiduiores *PA* assiduiores *Bv* 7 *fortasse* quod cum altero item fit alter acrior et si alteruter aeger est et si alter uide' fiter aeger est *P* et si alter uidē siter aeger est *AB* etsi alter aeger est *m* et si alter indesinenter aeger est *v*. '*Haec uetus est lectio, quae ne aliquem falleret, in optimo exemplari notam adpositam habebat :* Et si alter uidem fiter aeger est' *Victorius*. et si alteruter aeger est *coniecit Vahlenus apud Zahlfeldtum quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 28.* 8 ne sine *VB* uisine *A* 9 cuḿ circumspiceret Atticus *Iucundus.* De pastoribus *in margine rubrica A* circunspiceret *V* praeterisset] pterisset *A* 10 inquam uocat alium *Iucundus* inquā uocabulum *V* inqua uocabulum *AB* relicum *PAB* reliquum *v* quot et quod genus *v* quod et quod genus *PAB* 11 Cossinius *v* ˙cosinius *PAB* et ad maiores pecudes etate *A* ad maiores pecudes et aetate *m* 12 et utroque *Iucundus*. *fortasse* utrosque 14 cotidie *AB* quotidie *V* 19 et peritiorem *v* sed peritiorem *PB* s7 peritiorem *A* 20 quod is *VB* quod his *A* quod hiis *m* . *fortasse* quod ei qui — praestat praestant *Am* praestat *VB*

3 reliqui parent. ita tamen oportet aetate praestare, ut ne propter senectutem minus sustinere possit labores. neque enim senes neque pueri callium difficultatem ac montium arduitatem atque asperitatem facile ferunt, quod patiendum illis, qui greges secuntur, praesertim armenticios ac caprinos, quibus rupes ac silvae ad pabulandum cordi. formae hominum legendae ut sint firmae ac veloces, mobiles, expeditis membris, qui non solum pecus sequi possint, sed etiam a bestiis ac praedonibus defendere, qui onera extollere in iumenta possint, qui excurrere, qui iaculari.
4 non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque Basculus neque Turdulus idonei, Galli adpositissimi, maxime ad iumenta. in emptionibus dominum legitimum sex fere res perficiunt: si hereditatem iustam adiit; si, ut debuit, mancipio ab eo accepit, a quo iure civili potuit; aut si in iure cessit, cui potius cedere, et id ubi oportuit [ubi]; aut si usu cepit; aut si e praeda sub corona emit; tumve cum in bonis sectioneve cuius publice veniit.
5 in horum emptione solet accedere peculium aut excipi et stipulatio intercedere, sanum esse, furtis noxisque solutum; aut, si mancipio non datur, dupla promitti, aut, si ita pacti, simpla.

---

2 substinere *B* senes *VB* senex *Am* 3 arduitatem atque asperitatem *Bv* arduitatem adque aspertatem *P* arduitatem | et asperitatem, *sed* et *in margine adscriptum A* 4 reges *A corr.* greges A^2 secuntur *AB* sequuntur *V* 7 menbris *A* 11 adpositissi maxime *A* appositis si maxime *PB* sunt maxime appositi *m* appositi sed maxime *v*. 'Galli appositissimi, maxime ad iumenta. *Ita castigaui: antea,* Appositi, sed maxime, etc. *cuius lectionis languorem facile, ut arbitror, intelliget, qui attente perspiciet. Antiqua lectio manca, quae tamen tuto posset corrigi*: Galli appositissi maxime, etc. *In optimo codice nota, quae locum mendosum esse indicaret, apposita erat' Victorius* 12 dominum *AB* dominium *V* legittimum *B* fere] fefere *A* 13 adiit *mv* adit *PB* addit *A* 14 cessit cui potius cedere *PAB* cui cessit potuit cedere *v* cessit cui potuit cedere *Iucundus* cessit qui potuit cedere *Gesnerus*. 'Cui potuit cedere. *Vetusta lectio diuersa, et, ut arbitror, corrupta,* Cui potius cedere. *Sic etiam non multo post locus ualde mendosus*: Vnius cuiusque gisues gregis' *Victorius* 15 ubi oportuit ubi aut si usu cepit *PAB* ubi oportuit ibi aut usu cepit *v* ubi oportuit aut si usucepit *Iucundus* 16 emat *corr.* emit *A* ueniit *PAB* uenit *v* 17 aut excipiet *PAB* aut si excipiet *v* aut si excipi et *Iucundus* 18 sane eum esse *PAB* sanum eum esse *v*

cibus eorum debet esse interdius separatim unius cuiusque [gisues] gregis, vespertinus in cena, qui sunt sub uno magistro, communis. magistrum providere oportet ut omnia sequantur instrumenta, quae pecori et pastoribus opus sunt, maxime ad victum hominum et ad medicinam pecudum. ad quam rem habent iumenta dossuaria domini, alii equas, alii pro iis quid aliut, quod onus dosso ferre possit.

Quod ad feturam humanam pertinet pastorum, qui in fundo 6
perpetuo manent, facile est, quod habent conservam in villa, nec hac venus pastoralis longius quid quaerit. qui autem [sunt] in saltibus et silvestribus locis pascunt et non villa, sed casis repentinis imbres vitant, iis mulieres adiungere, quae sequantur greges ac cibaria pastoribus expediant eosque adsiduiores faciant, utile arbitrati multi. sed eas mulieres esse oportet firmas, non 7
turpes, quae in opere multis regionibus non cedunt viris, ut in Illyrico passim videre licet, quod vel pascere pecus vel ad focum adferre ligna ac cibum coquere vel ad casas instrumentum servare possunt. de nutricatu hoc dico, easdem fere et nutrices et 8
matres [semel]. Simul aspicit ad me et, Vt te audii dicere, inquit, cum in Liburniam venisses, te vidisse matres familias eorum adferre ligna et simul pueros, quos alerent, alias

---

1 interdius *PAB* interdiu *v* uniuscuiusque gisues gregis *PAB* uniuscuiusque gregis *mv* 2 in cena qui sunt *B* in cena que sunt *Am* in coena qui sit *V* 3 communis *ABv* communes *P* sequantur *VB* sequatur *Am* 4 opus sunt *AB* opus sint *V* 6 dosuaria *A* pro iis quid aliut *P* pro iis qui aliud *AB* pro his quid aliud *v* 7 onus] omis *A* homines *m* dosso *VAB* dorso *m* possit *v* possint *PAB*

8 ad feturam *B* afeturam *A* ad foeturam *V* 10 quaerit *v* quaeris *PAB* 12 iis *PAB* his *v* 13 adsiduiores *A* assiduiores *VB* 14 arbritati *A* mulieres esse oportet firmas *PB* mulieres oportet firmas *Am* mulieres firmas esse oportet *v* 15 cedunt *Ursinus* cedant *VAB* 16 yllirico *B* 17 adferre *A* afferre *VB*

coquere *PB* quoquere *A* conquaerere *v* 19 semel simul aspicit *PB* semel simul accipit *A* simul aspicit *v* Tremellius simul aspicit *Iucundus.* '*In optimis exemplaribus nusquam hic Tremellius : sed pro illo*, *Semel*: Semel simul aspicit ad me' *Victorius* audii dicere *PA* audi id dicere *B* audio dicere *v* 20 inquit *Bv* inquid *PA* lyburniam *V* uenises *A* 21 adferre *A* afferre *VB* alerent *V* alerant *AB* aluerant *m*

singulos, alias binos, quae ostenderunt fetas nostras, quae in conopiis
9 iacent dies aliquot, esse eiuncidas ac contemnendas. Cui ego,
Certe, inquam: nam in Illyrico hoc amplius, praegnatem saepe,
cum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere ibique
enixam puerum referre, quem non peperisse, sed invenisse putes.
nec non etiam hoc, quas virgines ibi appellant, non numquam
annorum viginti, quibus mos eorum non denegavit, ante nuptias
ut succumberent quibus vellent et incomitatis ut vagari liceret
10 et filios habere. Quae ad valitudinem pertinent hominum ac
pecoris et sine medico curari possint, magistrum scripta habere
oportet. is enim sine litteris idoneus non est, quod rationes
dominicas pecuarias conficere nequiquam recte potest. de numero
pastorum alii angustius, alii laxius constituere solent. ego in
octogenas hirtas oves singulos pastores constitui, Atticus in cen-
11 tenas. greges ovium sed magnum, quos miliarios faciunt qui-
dam, facilius de summa hominum detrahere possit, quam de

---

1 singulas *corr.* — os *A* bonos *corr.* binos *A* quae ostende- runt *Bm* que osten | de reni runt, *sed* reni *deletum A* quae ostendunt *V* quae ostenderent *Iucundus* foetas *V* conopiis *PAB* conopeis *v*
2 aliquot *VB* aliquod *A* eiuncidas *Turnebus advers. 4, 6* leuun- cidas *PAB* leni mucidas *v*. 'Leuuncidas, ac contemnendas. *Locus turpibus maculis foedatus, de quo ante etiam locuti sumus, cum de alio, qui item (ut opinor) in eodem uerbo inquinatus erat, ageremus [I 31, 3]. Prima fortasse litera nota illa est, quam saepe in antiquissimis libris diximus inueniri : quod si reciperetur, non ualde discreparet uox, quae relinquitur, ab ea, quam antea in primo libro inuenimus : nam supra, Eiuncidum enim sarmentum, etc.' Victorius* ac contemnendas *P* ac contempnendas *AB* et contemnendas *v* 3 praegnantem *v* praegnax *PAB*
4 cum uenit *VB* conuenit *A* 6 nonnunquam *VB* nunnumquam *A*
7 non denegauit *Vm* nonne denegauit *AB* 8 ut succumberent *VB* ut cumberent *A* incommitatis *A* 9 filios habere *AB* filios haberent *ut videtur P* filios haberent e quibus uellent *v* ape- coris *A corr.* ac pecoris *A*² 10 et sine *VAB* ac sine *m* ut sine *Iucundus* curari] curria *A* possint *VAB* possunt *m* 12 ne- quiquam *P* nequidquam, *sed* d *deletum A* nequicquam *Bv* 13 in hoc- togenas hortas *A* 15 greges ouium sed magnum *PB* greg'e ouium sed magnum *A* greges ouium sed magnos *v* in gregibus ouium sed magnis *Iucundus*. '*Antiqua lectio diuersa, sed quae corrupta adeo sit, ut eam explicare nequeam : ipsam hic adponam,* Greges ouium sed magnum. *Nec multo post, ubi in excusis, Possunt: in iisdem antiquis,* Possit' *Victorius*. *fortasse* greges ouium si sunt magni· 16 possit *PAB* possunt *v*

minoribus, ut sunt et Attici et mei. septingenarii enim mei: tu, opinor, octingenarios habuisti, nec tamen non, ut nos, arietum decumam partem. ad equarum gregem quinquagenarium bini homines, utique uterque horum ut secum habeat equas domitas singulas in his regionibus, in quibus stabulari solent equas abigere, ut in Apulia et in Lucania accidit saepe.

Quoniam promissa absolvimus, inquit, eamus. Si quidem, XI
inquam, adieceritis de extraordinario pecudum fructu, *ut* praedictum est, de lacte in eo et tonsura lanae * est omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile, et id ovillum, [in caprinum]. quod autem maxime perpurget, est equinum, tum asininum, dein bubulum, tum caprinum. sed horum sunt 2
discrimina quaedam et a pastionibus et a pecudum natura et a motu: a pastionibus, quod fit ab hordeo et stupla et omnino arido et firmo cibo pecude pasta; ad perpurgandum ea, quae a

---

1 ut sunt et ait tici et mel septingenarii enim me tu opinor *PB* ut sunt et att tici et mel septingenari enim me tu opinor *A* ut sunt et artici et semel septigenarium enim metu opinor *m* ut sunt Attici Ttremellius septingenarii enim mei ut opinor tu *v*. 'Vt sunt Attici, et mei, septingenarii enim mei, tui opinor, etc. *Auxilio antiquorum codicum, adhibita paruula industria, locum* (*nisi fallor*) *purgaui* : *antea enim maculosus erat — Vt tamen studiosi recte de hoc iudicare possint, ueterem lectionem cum fide adponam:* Vt sunt et ait tici, et mel. septingenari enim me tu opinor, etc.' *Victorius* 2 octingenarios *v* octingenarius *PAB* 3 decumam *PAB* decimam *v* a[d]equarum *A* quinquagenarum *A* 6 lucaniis *AB* lucanis *Vm*

7 Quoniam promissa] De lacte *in margine rubrica A* inquit eamus *B* inquid e | mus *A* eamus inquit *V* 8 fructu ut praedictum est *Victorius* fructu praedictum est *VAB* 9 *fortasse* de lacte et caseo tonsura lanae est omnium *PAB* tonsura lanae. est enim lac omnium *v* 10 cibi *Iucundus* cibili *A* cibili *PB* tibi *m* cibali *v*. '*In uetustissimo libro* Cibili, *scriptum est, et in aliis item nonnullis*' *Victorius* ouillum in caprinum *PAB* ouilum inde caprinum *v* 12 dein bubulum *PA* deinc bubulum *B* deinde bubulum *v* 13 et a pecudum — pastionibus *om. A* et a motu *PB* et mulctu *v*. *fortasse* et ab ortu 14 ordeo *VAB* stupla *PAB* stipula *mv* 15 pasta id alibile *Iucundus* 'Ad perpurgandum id, quod a uiridi, etc. *Corruptissimus hic locus est in omnibus antiquis codicibus. Receptam igitur lectionem retinui : nunc ueterem scripturam, cum maiorem nullam opem studiosis adferre queam, notam faciam, et eam totius perioches, ne iterum eadem repetendo frustra laborem, aut eos, qui haec legent, magis perturbem*: Ad perpurgandum ea, quae

viridi pas eo magis fuisse ex herbis, quae ipsae sumptae perpurgare solent corpora nostra: a pecudum natura, quod lac melius est a valentibus et ab iis quae nondum veteres sunt, quam si est contra. a mulgendo atque ortu optimum est id quod neque nimium longe abest a mulso neque a partu continuo
3 est sumptum. ex hoc lacte casei qui fiunt, maximi cibi sunt bubuli et qui difficillime transeant sumpti, secundo ovilli, minimi cibi et qui facillime deiciantur caprini. et etiam est discrimen, utrum casei molles ac recentes sint, an aridi et veteres, cum molles sint magis alibiles, in corpore non resides, veteres et
4 aridi contra. caseum facere incipiunt a vergiliis vernis exortis ad aestivas vergilias. mulgent vere ad caseum faciundum mane, aliis temporibus meridianis horis, tametsi propter loca et pabulum disparile non usque quaque idem fit. *in* lactis duos congios addunt coagulum magnitudine oleae, ut coeat, quod melius leporinum et haedinum quam agninum. alii pro coagulo addunt de fici ramo lac et acetum, aspargunt item aliis aliquot rebus,

---

auuridipas eo magis si ussae ex herba, quae ipso sumptae perpurgare solent corpora nostra. *Mendi nota hic adposita in uetustissimo exemplari' Victorius . fortasse* ad perpurgandum ab eá quae a viridi pasta, eo magis si fuerit ex herbis quae ipsae etc. ea quae auuridipas eo magis fuisse *PB* ea que a uiridi pasco magis fuisse *A* ea que a uiridi pastu eo magis fuisse *m* ea quae uiridi pascuo magis flusse *v* id quod a uiridi pascuo et eo magis fluxe *Iucundus* 1 ex herba *VB* 7̄ herba *h . e .* etiam herba *A* ipso sumptae *PB* ipso sumpte *A* ipsa sumpta *v*

2 solent corpora nostra *PAB* corpora nostra solet *v* 3 et habis[h] *A* et ab his *B* et ab aliis *V* quae nondum *v* quae non dudum *PB* que nondu | dum *A* 4 quam si] quasi *A* atque *Bv* adque *PA* id quod neque enim cum longe *PB* id ne quod (*corr.* id quod neque) enim cum longe *A* id quod neque enim longe *v* 6 fiunt *V* fuunt *corr.* fiunt *B* fiant *A* 8 et *ante* etiam *om. m* 9 cum] com *A* 10 molles sint *VB* molles sunt *Am* 13 meredianis *corr.* meridianis *B* tametsi propter loca *v* tamen si loca propter *PAB* pabulum ş disparile *B* 14 usquaque[que] *B*

in *om. VAB* . 'In lactis duos congios addunt. *Excusi antea habebant, Lactis duobus congiis, etc. manu scripti omnes, quos uidi,* Lactis duos congios. *uestigia ueteris lectionis secutus, ex ingenio emendaui, In lactis, etc.' Victorius* 16 quā agnum[in] item alius aliquod rebus quod quod Alii, *sed* item — quod quod *deleta A* 17 accetum *A* aspargunt *PB* aspergunt *Av* item aliis aliquot *Bv* item aliis aliquod *P* item alius aliquod *A*

quod [quod] Graeci appellant alii ὀπόν, alii δάκρυον. Non negarim, 5
inquam, ideo aput divae Ruminae sacellum a pastoribus satam
ficum. ibi enim solent sacrificari lacte pro vino et pro lacten-
tibus. mamma enim rumis sive ruminare, ut ante dicebant, a
rumi etiam inde dicuntur subrumi agni, lactantes a lacte. Qui 6
aspargi solent sales, melior fossilis quam marinus.

De tonsura ovium primum animadverto, antequam incipiam
facere, num scabiem aut ulcera habeant, ut, si opus est, ante
curentur, quam tondeantur. tonsurae tempus inter aequinoctium
vernum et solstitium, cum sudare inceperunt oves, a quo sudore
recens lana tonsa sucida appellata est. tonsas recentes eodem 7
die perungunt vino et oleo, non nemo admixta cera alba et
adipe suilla; et si ea tecta solet esse, quam habuit pellem in-
tectam, eam intrinsecus eadem re perinungunt et tegunt rursus.

---

4 mamma enim rumis *II 1, 20*
13 adipe suilla *Priscian. l. V p. 168, 16. l. VII p. 321, 20*

---

1 quod quod graeci *PAB* quod graeci *v* ali opon ali dracuan *P* aliopon alii dracuam (*corr.* — an) *A* aliopon alii drauan *B* alii opon alii draconon *v*. 'Quod Graeci appellant alii ὀπὸν, alii δάκρυον. *Hunc locum, adiutus ab optimo exemplari, commode (nisi fallor) emendaui: erat autem ille in excusis codicibus mendosissimus' Victorius* 2 aput *PA* apud *Bv* diuae rumniae saccellum *P* diua erum mae saccellum *A* diuae runniae sacellum *B* diuae rumiae sacellum *v* 3 lactentibus *VAB* lactantibus *m* 4 mamma enim rumis siue rumina, ut ante dicebant: a rumi inde dicuntur subrumi *Ursinus. fortasse* mamma enim rumis vel rumen, ut ante dicebant, a rumi etiamnum dicuntur subrumi mammae enim (enim *superscriptum in B*) rumus siue ruminare ut *PAB* mammae enim rumis siue ruminare ut *v* mammae enim rumis siue rumae ut *Iucundus*. '*Nihil uariaui, antiqua tamen lectio diuersa: ut accurate ponderari a studiosis possit, eam hic adponam*: Mammae enim rumus siue ruminare ut, etc.' *Victorius* 5 etiam inde *PAB* et inde *v* lactantes *PAB* lactentes *v* qua spargi *PAB* quī aspergi *v*. *fortasse* qui aspargi solet sal, is melior fossilis 6 melior *AB* melior ē *V* meliores *m* fossilis A^2*v* fossiles *PB* fusiles A*m*
7 De tonsura ovium] De tonsura *in margine rubrica A* 8 scabiem *v* scauiem *corr.* scabiem *A* scauiem *PB* 9 equiuocinum *corr.* equinocinum *A* 11 sucida *PB* succida *Av* 12 caera *V*
13 adipe suilla *Schneiderus coll. Prisc. l. V. p. 168, 16* adipe (allipe *corr.* adipe *B*) suillo *VAB* solent *B* pellem intectam *VAB* pellem iniectam *Iucundus*

siqua in tonsura plagam accepit, eum locum oblinunt pice liquida.
oves hirtas tondent circiter hordeaceam messem, in aliis locis
8 ante faenisecia. quidam has bis in anno tondent, ut in Hispania
citeriore, ac semenstres faciunt tonsuras: duplicem inpendunt
operam, quod sic plus putant fieri lanae, quo nomine quidam bis
secant prata. diligentiores tegeticulis subiectis oves tondere
9 solent, nequi flocci intereant. dies ad eam rem sumuntur sereni, et
iis id faciunt fere a quarta ad decimam: cum sole calidiore tonsa
ex sudore eius lana fit mollior et ponderosior et colore meliore.
quam demptam ac conglobatam alii vellera, alii velamina appel-
lant: ex quorum vocabulo animadverti licet prius [lana] vulsuram
quam tonsuram inventam. qui etiam nunc vellunt, ante triduo
habent ieiunas, quod languidae minus aegre radices lanae reti-
10 nent. omnino tonsores in Italiam primum venisse ex Sicilia
dicuntur p. R. c. a. CCCCLIII, ut scriptum in publico Ardeae in
litteris extat, eosque adduxisse Publium Ticinium Menam. olim
tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statuae, quod plerae-
11 que habent capillum et barbam magnam. Suscipit Cossinius,
Fructum ut ovis e lanā ad vestimentum, sic capra e pilis ministrat

---

14 omnino tonsores *Plin. 7, 211*

---

1 siqua] into siqua, *sed* into *deletum A* tosura *B* eum] cum *B* oblinunt *AB* adlinunt *V* 2 ordeaceam *V* 3 foenisecia *PB* fenisec | cia *A* foenisicia *v* 4 semenstres *PAB* semestres *v* tunsuras *A* duplicem impendunt *VB* duplucem inpendunt *A* 5 operam — putant *in margine scripta sunt in A* 7 nequi] neq; *A* ne *m* 8 fatiunt *A* quoniam sole *Iucundus* calidiore *AB* callidiore *V* 9 eius] ouis *Gesnerus* 10 uelamina *m* uellam | mina *A* uellimna *PB* uelumia *v* . uellimna *in margine adscripsit Politianus.* '*In antiquioribus* Vellimna. *non multo post ubi in excusis, Quod languidae minus radices lanae retinent, in iisdem uetustis libris, una plus dictio legitur,* Quod languidae minus aegrae radices, etc.' *Victorius* 11 lana *PA* lanam *Bv* lanae A^2*m* 13 aegre *V* egre *A* aegrae *B*

14 in italia *VAB*. In Italiam ex Sicilia venere post Romam conditam anno quadringentesimo quinquagesimo quarto adducente P. Titinio Mena, ut auctor est Varro *Plinius VII 211* ex sicilia *v* ex cilicia *PAB* ex sicilia scicilia *m* 15 P . R . c . a . CCCC . LIII . *P* p . n . c . a . CCCC LIII *A* p . r . c . a . CCCC . L . IIII *B* P . R . conss. an. CCCC . LIIII . *v*

16 Menam *Av* Mẹnam *P* maenam *B* 17 adsignificant *PA* assignificant *Bv* 18 cossinius *v* cosinius *PAB* 19 fructum (fructus *corr.* — tū *A*) ut ouis *PAB* ut fructum ouis *v* caprae pilus *PB* capre pilus *A* capra pilus *v* minustrat *A*

ad usum nauticum et ad bellica tormenta et fabrilia vasa. neque non quaedam nationes harum pellibus sunt vestitae, ut in Gaetulia et in Sardinia. cuius usum aput anticos quoque Graecos fuisse apparet, quod in tragoediis senes ab hac pelle vocantur diphtheriae, et in comoediis qui in rustico opere morantur, ut aput Caecilium in Hypobolimaeo habet adulescens, aput Terentium in Heautontimorumeno senex. tondentur, quod magnis villis sunt, 12 in magna parte Phrygiae; unde cilicia et cetera eius generis solent fieri. sed quod primum ea tonsura in Cilicia sit instituta, nomen id Cilicas adiecisse dicunt.

Illi hoc, neque ab hoc quod mutaret Cossinius. et simul Vituli libertus in urbem veniens ex hortis devertitur ad nos et, Ego ad te missus, inquit, ibam domum rogatum ne diem festum faceres breviorem et mature venires. Itaque discedimus ego et Scrofa in hortos ad Vitulum, Niger [in] Turrani noster, illi partim domum, partim ad Menatem.

---

9 sed quod primum ea tonsura *Philarg. in Verg. georg. III 313*

---

2 harum *v* horum *PAB* 3 aput *P* apud *Bv, om. A* anticos *A* antiquos *VB* gregocos (*corr.* grecos) fuise *A* 4 tragoediis *V* tragediis *A* tragędiis *B* 5 diphtheriae *V* diptherie *A* diphteriae *B* comoediis *V* comediis *A* comędiis *B* 6 aput cecilium *A* apud cecilium *V* apud caecilium *B* hypobolimaeo *V* hypobolima | eo *A* hipobolima eo *B* adulescens *PA* adulescens *corr.* adolescens *B* adolescens *v* aput terentium *A* apud terentium *VB* 7 heautontimorumeno *PB* ea ut non timorumeno *A* eauton timorumenō *v* tondentur *v* tondetur *PAB* sunt *om. A* 8 ph^{r}ygie *A* caetera *V* 9 quoq; primum *corr.* quod primum *A* 10 nomen *superscriptum in A* adiacisse *B*

11 Cossinius et simul *V* cosinius et simul *B* con | sinius *corr.* con simul *A* 12 ex hortis *mv* ex hartis *PAB* deuertitur *PB* diuertitur *Amv* 13 inquit *VB* inquid *A* 15 in ortos *A* 'Ad Vitulum. Niger in Turranii nostri: illi partim, etc. *In uetustissimis etiam codicibus locus deprauatus: secutus ueteris lectionis uestigia, ita emendaui: nec tamen firmam emendationem hanc puto. — Antiquam hic scripturam ponam, quam studiosi accurate perpendent* : Ad Vitulum. Niger in Turrani in oste, illi, etc.' *Victorius* Niger Turrani noster *Ursinus* niger in Turrani in oste c' nostri *P* niger in tura ni in oste *A* niger in turrani inoste *B* Nigrum Turrannium Mox *v* illi] alii *Ursinus* 16 domu *A* Maenatem *Ursinus* lenatem *VAB*

M. TERENTI VARRONIS
RERVM RVSTICARVM DE VILLATICIS PASTIONIBVS
LIBER TERTIVS

I Cum duae vitae traditae sint hominum, rustica et urbana, quidni, Pinni, dubium non est quin hae non solum loco discretae sint, sed etiam tempore diversam originem habeant. antiquior enim multo rustica, quod fuit tempus, cum rura colerent homines
2 neque urbem haberent. etenim vetustissimum oppidum cum sit traditum graecum Boeotiae Thebae, quod rex Ogyges aedificarit, in agro Romano Roma, quam Romulus rex, [nam] in hoc nunc denique est ut dici possit, non cum Ennius scripsit,

septingenti sunt paulo plus aut minus anni,
augusto augurio postquam inclita condita Roma est;

3 Thebae, quae ante cataclysmon Ogygi conditae dicuntur, eae tamen circiter duo milia annorum et centum sunt. quod tempus si referas ad illud principium, quo agri coli sunt coepti atque

---

1 M. TERenti. Varronis . Rerum Rusticarum . LIB. II. Explicit. Incipit Dere pecuariā . LIBri . III. feliciter *A* M. TERENTII VARRONIS RERVM RVSTICARVM LIBER SECVNDVS EXPLICIT INCIPIT DE VILLATICIS PASTIONIBVS LIBER TERTIVS FELICITER *B* MARCI TERENTII VARRONIS RERVM RVSTICARVM LIBER TERTIVS ET VLTIMVS *V*, *ubi* de uillaticis pastionibus *post* rusticarum *addidit P* 6 Quidni Pinni *P* quidni pinnii *B* quidni pinii *A* Q. Pinni *v* quin . hae *una littera post* quin *deleta A* 7 antiquior] De antiquitate et dignitate rustice rei *in margine rubrica A* 8 cur rura *ut videtur A corr.* cū rura A^2 10 ogyges *v* ogygos *PAB* aedificarit *PAB* aedificauit *mv* 12 cum] com *A* 14 inclyta *V* 17 agri coli sunt coepti *Iucundus* agricolae sint coepti *P* agricole sint cepti *A* agricole sint caepti *B* agricole sunt cepti *m* agricolae sunt coepti *v*

in casis et tuguriis habitabant nec murus et porta quid esset
sciebant, inmani numero annorum urbanos agricolae praestant.
nec mirum, quod divina natura dedit agros, ars humana aedi- 4
ficavit urbes, cum artes omnes dicantur in Graecia intra mille
annorum repertae, agri numquam non fuerint in terris qui coli
possint. neque solum antiquior cultura agri, sed etiam melior.
itaque non sine causa maiores nostri ex urbe in agros redigebant
suos cives, quod et in pace a rusticis Romanis alebantur et in
bello ab iis alebantur. nec sine causa terram eandem appellabant 5
matrem et Cererem, et qui eam colerent, piam et utilem agere
vitam credebant atque eos solos reliquos esse ex stirpe Saturni
regis. cui consentaneum est, quod initia vocantur potissimum
ea quae Cereri fiunt sacra. nec minus oppidi quoque nomen 6
Thebae indicat antiquiorem esse agrum, quod ab agri genere,
non a conditore nomen ei est inpositum. nam lingua prisca et
in Graecia Aeolis Boeoti sine adflatu vocant collis tebas, et in
Sabinis, quo e Graecia venerunt Pelasgi, etiam nunc ita dicunt,

---

1 nec murus et porta quid esset *VB* nec murus (*corr.* — os) nec portas quid esse *A* nec muros nec portas quid esset *m* 2 inmani *A* immani *VB* urbanos *PAB* urbanis *v* 5 nunquam *V*

7 in agros *v* in agris *PAB* 8 'Quod et in pace a rusticis L. alebantur [a rusticis romanis alebantur *in editione Victorius*], et in bello ab iis tuebantur. *Hunc locum in cunctis manu scriptis mendosum inueni: cum autem nihil ab excusis uariauerim, ueterem scripturam nunc indicare uolo: in qua idem uerbum secundi membri finis est, quod primi: id est,* Ab iis alebantur, *in uetustis codicibus, ut supra A rusticis hominibus alebantur, legitur*' *Victorius* 9 ab iis *AB* ab his *V* alebantur *PAB* tuebantur et alebantur *posteriore loco v* 10 cererem *VB* cerrem *A* agere uitam *AB* uitam agere *V* 11 atque *Bv* adque *PA* solos reliquos *PAB*, *sed* os *utroque loco in rasura A* solos reliquias *mv* stirpe] stripe *A* 12 quod initia — nec minus *in margine scripta in A*

14 indicat *mv* indicant *PAB* essem agrum *B* agri genere *PAB* argin graece *v* . Unde sunt Thebae appellatae *in margine adscripsit Politianus* 15 inpositum *A* impositum *VB* 16 aeolis boeoti *P* eolis boeoti *A* aeblis boeoti *B*, *in quo* aeblis — Graecia *in margine scripta sunt,* aeoles boetii *v* adflatu *A* afflatu *VB* uocant collis thebas *PAB* uocant eolis thebas *m* uocant aeolis tebas *v*. 'Vocant collis Thebas. *Ita emendaui e uetustis codicibus. antea in excusis* Aeolis *corrupte: quae tamen lectio in semiuetere codice a me inuenta est*' *Victorius* 17 etiam nunc ita *PB* etiam ita *A* etiam ita nunc *m* et nunc ita *v*

cuius vestigium in agro Sabino via salaria non longe a Reate,
7 miliarius clivus cum appellatur tebae. agri culturam primo pro-
pter paupertatem maxime indiscretam habebant, quod a pastoribus
qui erant orti in eodem agro et serebant et pascebant: qui postea
creverunt peculia diviserunt, ac factum ut dicerentur alii agri-
8 colae, alii pastores. quae ipsa pars duplex est, tametsi ab nullo
satis discreta, quod altera est villatica pastio, altera agrestis.
haec nota et nobilis, quod et pecuaria appellatur, et multum
homines locupletes ob eam rem aut conductos aut emptos habent
saltus; altera villatica, quod humilis videtur, a quibusdam adiecta
ad agri culturam, cum esset pastio, neque explicata tota sepa-
9 ratim, quod sciam, ab ullo. itaque cum putarem esse rerum
rusticarum, quae constituta sunt fructus causa, tria genera, unum
de agri cultura, alterum de re pecuaria, tertium de villaticis
pastionibus, tres libros institui, e quis duo scripsi, primum ad
Fundaniam uxorem de agri cultura, secundum de pecuaria ad
Turranium Nigrum: qui reliquus est tertius de villaticis fructibus,
in hoc ad te mitto, quod visus sum debere pro nostra vicinitate
10 et amore scribere potissimum ad te. cum enim villam haberes
opere tectorio et intestino ac pavimentis nobilibus lithostrotis
spectandam *et* parum putasses esse, ni tuis quoque litteris exor-
nati parietes essent, ego quoque, quo ornatior ea esse posset
fructu [quod factu], quod facere possem, haec ad te misi, recor-
datus de ea re sermones, quos de villa perfecta habuissemus.
de quibus exponendis initium capiam hinc.

---

1 sabinio *A* a reate *Vm* a rete *AB* 2 cliuus appellatur (appellantur *A*) thebae Cum agriculturam *PAB* cliuus appellatur. Tebae cum agriculturam *v* 3 habebant *PAB* haberent *v* 4 eodem] edem *A* et ṛẹserebant *B* qui postea creuerunt peculia *Iucundus* quae (que *A*) postea creuerunt pecunia *VAB* 6 tametsi ab nullo *PA* tamet[si]a nullo *B* tametsi a nullo *v* 8 quod et pecuaria *PAB* quae et pecuaria *v* appellatur *AB* nominatur *V* 11 totam *A* 12 Itaque cōputarem *A*. De Origine uillatice pastionis *in margine rubrica A* 13 constituta (*corr.* — te *A*[2]) sunt *VA* constituta sint *B* 14 tercium de u[l]ilaticis *A* 15 tres] te tres, *sed* te *deletum A* duo *PAB* duos *v* 17 turranium *PAB* turannium *v* 18 at te *ut videtur, corr.* ad te *priore loco A* 21 et *ante* parum *om. VAB* ni tuis *V* in tuis *AB* 23 quod facere *PAB* quoad facere *v* missi *A*

Comitiis aediliciis, cum sole caldo ego et Q. Axius senator II
tribulis suffragium tulissemus et candidato, cui studebamus,
vellemus esse praesto, cum domum rediret, Axius mihi, Dum
diribentur, inquit, suffragia, vis potius villae publicae utamur
umbra, quam privati candidati tabella dimidiata aedificemus nobis?
Opinor, inquam, non solum, quod dicitur, malum consilium con-
sultori est pessimum, sed etiam bonum consilium, qui consulit
et qui consulitur, bonum habendum. Itaque imus, venimus in
villam. ibi Appium Claudium augurem sedentem invenimus in 2
subselliis, ut consuli, siquid usus poposcisset, esset praesto.
sedebat ad sinistram ei Cornelius Merula consulari familia ortus
et Fircellius Pavo Reatinus, ad dextram Minucius Pica et M. Pe-
tronius Passer. ad quem cum accessissemus, Axius Appio subri-
dens, Recipis nos, inquit, in tuum ornithona, ubi sedes inter
aves? Ille, Ego vero, inquit, te praesertim, quoius aves hospi- 3
tales etiam nunc ructor, quas mihi adposuisti paucis ante diebus
in villa Reatina ad lacum Velini eunti de controversiis Interam-
natium et Reatinorum. Sed non haec, inquit, villa, quam [quam]
aedificarunt maiores nostri, frugalior ac melior est quam tua
illa perpolita in Reatino? nuncubi hic vides citrum aut aurum? 4
num minium aut armenium? num quod emblema aut lithostrotum?
quae illic omnia contra [aurum]. et cum haec sit communis

---

1 cumitiis *corr.* comitiis *A* ego et Q. Axius *Victorius* ego et que axius *A* ego et quę axius *B* ego atque axius *V* ego atque anxius *m* 2 sufragium *A* candidato *Iucundus* candidatos *VAB* 3 mihi *AB* inibi *V* 4 diribentur *PAB* dirimerentur *v* inquit *Bv* inquid *PA* 5 canditati *A* dimidiata *VB* dimiata *A* dimidia *m*. '*In antiquissimo, et fidelissimo legitur,* Tabella dimidiata aedificemus. *Eum autem plures secuti sunt. In alio semiuetere*, Dimidia aedificemus' *Victorius* 7 est pessimum *AB Victorius* esse pessimum *V* bonum conscilium *A* 9 appum *A* 10 poposciset *A* 12 fircellius *PAB* fircelius *v* minutius *VAB* peronius *Am* 13 accessisemus *A* axius *mv* auxius *PAB* subridens *VA* surridens *B* 14 inquit *Bv* inquid *PA* in tuum] i | nitium *A* ornitona *A* 15 inquit *Bv* inquid *PA* quoius] cuius *VB* quo uis *A* quos uis *m* 16 apposuisti *VAB* 17 interamnatium *V* inteamnatium *AB* 18 inquit *VB* inquid *A* uilla *Amv* uilia *P* iulia *B* quam aedificarunt *Ursinus* 21 aut armenium *Iucundus* aut armonium *m et superscriptum A* aut harmonium *B* aut harmomum *P* aut hamomum *v* 22 aurum *posteriore loco delevit Iucundus*

universi populi, illa solius tua; haec quo succedant e campo cives et reliqui homines, illa quo equae et asini; praeterea cum ad rem publicam administrandam haec sit utilis, ubi cohortes ad dilectum consuli adductae considant, ubi arma ostendant, ubi
5 censores censu admittant populum. Tua scilicet, inquit Axius, haec in campo Martio extremo utilis et non deliciis sumptuosior quam omnes omnium universae Reatinae? tua enim oblita est tabulis pictis nec minus signis; at mea, vestigium ubi sit nullum Lysippi aut Antiphili, at crebra sartoris et pastoris. et cum villa non sit sine fundo magno, et eo polito cultura, tua ista neque
6 agrum habet ullum nec bovem nec equam. denique quid tua habet simile villae illius, quam tuus avos ac proavos habebat? nec enim, ut illa, faenisicia vidit arida in tabulato nec vindemiam

1 e campo *VB* et campo *Am* 2 homines] omnes *VAB* et asini *V* et sini *AB* 3 ad rem publicam *VB* ad rem . p. *A* cohortes *VB* chortes *A* 5 admittant *VA* ammittant *B* tua inquid scilicet Auxius *P* tua inquid silicet auxius *A* tua inquit scilicet auxius *B* tua inquit axius *m* tua inquit s. Axius *v*. 'Tua inquit haec in campo Martio. *In excusis antea*: *Tua inquit Axius. id nomen sustulimus: — Scholion quondam illud fuisse, ex optimo exemplari cognosci apertius potest : sic enim in illo,* Tua inquid, scilicet Auxius, haec etc. *In quo hoc etiam animaduertendum, nunc Axius in uetustissimis libris, quandoque Auxius legi : nam et hic, et supra Auxius. Auxius Appio subridens' Victorius* 6 sumptuosior *VB* suptusior *A* 7 omnis omnium uniuersae reatinae *VAB* . 'Omnes omnium Reatinae. *Aliquae hac parte maculae in optimo exemplari : nam,* Omnes omnium uniuersae. Reatinae, *perperam in illo, ac nonnullis aliis legitur' Victorius* tua enim] tum enim *VAB* oblita est] oblitae *PB* oblite *A* oblita *v* 8 ad mea *AB* at in ea *V* at meam *Iucundus* 9 lisyppi *B*. 'Lysippi aut Antiphili. Et crebra. *Antea in excusis, Aut Antiphili uidebis. id uerbum in nullo antiquo a me repertum est. supra etiam in iisdem* Mea, *non Meam : quod huic scripturae respondet. In optimo exemplari nota ad hunc locum adposita erat, ea de causa puto, quia deprauatum illic nomen posterioris artificis.* Ante philu, *enim scriptum erat' Victorius* ante philii et crebra *AB* antephylii et crebra *P* antephyli et crebra *v* Antiphyli uidebis sed crebrum *Iucundus* sartoris *PAB* satoris *v* cum uilla *Am* cum ī illa *V* cum illa *B* 11 habet ullum *Iucundus* habeat ullum *VAB* quid tua habet *PB* quid tu habet *A* quid tu habes *m* quid tua *v* 12 auos ac proauos *PAB* auus et proauus *v* habebat *V* habeat *corr.* habebat *B* habeat *A* 13 hec enim *A* haec enim *VB* nec enim haec *Iucundus* fenisicia *A* foenisicia *VB* uidit *PAB* uidet *v*

in cella neque in granario messim. nam quod extra urbem est aedificium, nihilo magis ideo est villa, quam eorum aedificia, qui habitant extra portam flumentanam aut in Aemilianis.

Appius subridens, Quoniam ego ignoro, inquit, quid sit villa, 7
velim me doceas, ne labar inprudentia, quod volo emere a M.
Seio in Ostiensi villam. quod si ea aedificia villae non sunt,
quae asinum tuum, quem mihi quadraginta milibus emptum
ostendebas aput te, non habent, metuo ne pro villa emam [Ostia]
in litore Seianas aedes. quod aedificium hic me Lucius Merula 8
inpulit ut cuperem habere, cum diceret nullam se accepisse villam,
qua magis delectatus esset, cum apud eum dies aliquot fuisset.
nec tamen ibi se vidisse tabulam pictam neque signum aheneum
aut marmoreum ullum, nihilo magis torcula vasa vindemiatoria
aut serias olearias aut trapetas. Axius aspicit Merulam et, Quid 9
[gus]? inquit, est ista villa, si nec urbana habet ornamenta neque
rustica membra? Quoi ille, Num minus villa tua erit ad angulum
Velini, quam neque pictor neque tector vidit umquam, quam in
Rosia, quae est polita opere tectorio eleganter, quam dominus
habes communem cum asino? Cum significasset nutu nihilo 10

---

7 asinum tuum *Plin. 8, 167*

---

1 nan quod *A* 2 nichilo *A*

4 subridens *VA* surridens *B* ego igno[ro] inquid[quid] sit *A* 5 labar imprudentia *Victorius* labar in imprudentiam *VB* labar in . ĩprudentiam *una littera post* in *deleta A* 7 quadringentis milibus nummum *Plinius VIII 167* 8 ostendebat *A* aput te *PA* apud te *Bv* ostia *PB* hostia *Am* ostiae *v* 9 littore *VA* seiana sedes *B* edifitium *A* hic me *AB* hinc me *V* 10 impulit *VAB* diceret *VA* dicet *B* 11 aliquot *VB* aliquod *A* 13 nichilo *A*

14 serias *V* senas *AB* aut trapetas *Am* ac trapetas *VB* aut trapeta *Iucundus* axius *VAm* auxius *B* et quid gus inquit *PB* et quid gus inquid *A* et quid inquit *lacuna post* quid *relicta v* et quid igitur inquit *Iucundus*. '*Antiqua lectio deprauata : sic enim habent meliores codices,* Et quid gus inquit, etc.' *Victorius* 16 quo ille *PAB* cui ille *v* nummius uilla tua eit *PAB* non minus uilla tua erit *v* num minus uilla tua est *Zahlfeldt quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 32* 17 uelini quam *V* uel | im quam *A* uelini quam ueliniquam *B* unquam *VAB* 18 rosia *PAB* rosea *v* 19 nichilo *A*

minus esse villam eam quae esset simplex rustica, quam eam in qua esset utrumque, et ea et urbana, et rogasset, quid ex iis rebus colligeret, Quid? inquit, si propter pastiones tuus fundus in Rosia probandus sit, et quod ibi pascitur pecus ac stabulatur, recte villa appellatur, haec quoque simili de causa debet vocari
11 villa, in qna propter pastiones fructus capiuntur magni. quid enim refert, utrum propter oves, an propter aves fructus capias? anne dulcior est fructus aput te ex bubulo pecore, unde apes nascuntur, quam ex apibus, quae ad villam Sei in alvariis opus faciunt? et num pluris [tua villa] illic natos verres lanio vendis,
12 quam hinc apros macellario Seius? Qui minus ego, inquit Axius, istas habere possum in Reatina villa? nisi si apud Seium Siculum fit mel, Corsicum in Reatino; et hic aprum glas cum pascit empticia, facit pinguem, illic gratuita exilem. Appius, Posse ad te fieri, inquit, Seianas pastiones non negavit Merula; ego non
13 esse ipse vidi. duo enim genera cum sint pastionum, unum agreste, in quo pecuariae sunt, alterum villaticum, in quo sunt gallinae ac columbae et apes et cetera, quae in villa solent pasci, de quibus et Poenus Mago et Cassius Dionysius et alii quod

---

1 uillam eam *AB* uillam ea *V* rustica *Vm* rusticam *AB* in qua *Iucundus* in quo *VAB* 2 et ea et urbana *inclusit Gesnerus* ex iis *PAB* ex his *v* 3 inquit *VB* inquid *A* 4 rosia *PAB* rosea *v* sit *delevit Ursinus* 6 capiuntur *m* capiantur *VAB* 7 an propter *m* aut propter *VAB* 8 aput *A* apud *VB* ex bubulo *VB* et bubulo *A* e bubulo *m* 9 aues nascuntur *PAB* apes nascantur *v* ad uillam si in aluariis *A* ad uillam Sin aluariis *P* ad nillam si in alueariis *B* ad uillam Sin alueariis *v* ad uillam Seii in alueariis *Ursinus* 10 et num *v* et nunc *PAB* tua uilla *VB* tūc a uilla *A* 11 macellario Seius *Turnebus advers. 8, 7* macellarios eius *PAB* milliarios emis *v*. 'Quam hinc apros macellarios Seius. *Totus locus uariatus, in quo ego auctoritatem ueterum librorum secutus sum. Modicam libertatem, quam mihi permisi, nunc patefaciam: eaque me non intemperanter usum declarabo. In cunctis antiquis* Eius, *extrema uox erat, ex qua una addita litera, Seius feci' Victorius* inquit *VB* inquid *A* 12 apud seiun *A* 13 glas *PB* glās *A* glans *mv* 14 ad te *AB Victorius* apud te *V* 15 inquit *VB* inquid *A* 16 pastionum *VB* pastiones *corr.* — is *A*, *ubi in margine adscriptum est* duo gn̄a pastionum *minore scriptura, sed eadem manu, ut videtur*, pastionis *m* 18 caetera *V* 19 dionysius *VB* dionisius *A* quod *VAB* quid *m Iucundus*. *fortasse* quaedam *et deinde* quae Seius

separatim ac dispersim in libris reliquerunt, quas Seius legisse
videtur et ideo ex iis pastionibus ex una villa maioris fructus
capere, quam alii faciunt ex toto fundo. Certe, inquit Merula. 14
nam ibi vidi greges magnos anserum, gallinarum, columbarum,
gruum, pavonum, nec non glirium, piscium, aprorum, ceterae
venationis. ex quibus rebus scriba librarius, libertus eius, qui
apparuit Varroni et me absente patrono hospitio accipiebat, in
annos singulos plus quinquagena milia e villa capere dicebat.
Axio admiranti, Certe nosti, inquam, materterae meae fundum, in
Sabinis qui est ad quartum vicesimum lapidem via salaria a
Roma. Quidni? inquit, ubi aestate diem meridie dividere soleam, 15
cum eo Reate ex urbe aut, cum inde venio hieme, noctu ponere
castra. Atque in hac villa qui est ornithon, ex eo uno quinque
milia scio venisse turdorum denariis ternis, ut sexaginta milia ea
pars reddiderit eo anno villae, bis tantum quam tuus fundus
ducentum iugerum Reate reddit. Quid? sexaginta, inquit Axius,
sexaginta, sexaginta? derides. Sexaginta, inquam. sed ad hunc 16
bolum *ut* pervenias, opus erit tibi aut epulum aut triumphus
alicuius, ut tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum cenae,
quae nunc innumerabiles excandefaciunt annonam macelli. reliquis
annis omnibus et hanc expectabis summam, *et* spero, non tibi
decoquet non ornithon; neque hoc accidit his moribus nisi raro,

---

13 quinque milia scio venisse turdorum *Colum. VIII 10, 6*

---

1 quas seius *VAB* quos Seius *Iucundus* 2 ex iis *PAB* ex his *v* maioris *PAB* maiores *v* 3 inquit *Bv* inquid *PA* 5 caeterae uenationes *V* ceteraeue nationes *B* cetere uenationes q, *sed deleta* q *littera A* et ceterae uenationis *Iucundus* 7 in anno singulos *A* 8 quinquagena milia *PB* quinquanenas milia *A* quinquagenas milia *m* L milia *v* e villa *delevit Ursinus* 9 in sabinis qui est *VB* in sabinum que est *A* 10 quartum uicesimum *P et ut videtur B* quartum uicessimum *A* XXIIII *v* 11 inquit *VB* inquid *A* diuidere soleam *V* diuideres oleam *B* diuidere oleam *A* 12 hyeme *V* 13 in hac] in ac *A* 14 scio] sio *A* *corr.* sico *A*² 15 reddideris *A* tamtum *A* 16 inquit *VB* inquid *A* axius (sexaginta supra) derides *B* 17 sed ad hunc (adhuc *A*) bolum peruenias *VAB* sed ut ad hunc bolum peruenias *Iucundus* 19 sipionis *A* coenae *V* 20 nunc] tunc *VB* tunt *A* excandefatiunt *A* 21 et *ante* spero *om. VAB* 22 decoquet *VB* dequoquet *A* non *post* decoquet *inclusit Gesnerus* accidit *Victorius* accedit *VAB*

ut decipiaris. quotus quisque enim est annus, quo non videas epulum aut triumphum aut collegia non epulari, quae nunc innumerabiles incendunt annonam? Sed propter luxuriam, inquit,
17 quodam modo epulum cotidianum est intra ianuas Romae. Nonne item L. Abuccius, homo, ut scitis, adprime doctus, cuius Luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundum suum pastionibus semper vinci a villa? agrum enim minus decem milia reddere, villam plus vicena. idem secundum mare, quo loco vellet, si parasset villam, se supra centum milia e villa recepturum [agro]. age non M. Cato nuper, cum Luculli accepit tutelam, e piscinis
18 eius quadraginta milibus sestertiis vendidit piscis? Axius, Merula mi, inquit, recipe me quaeso discipulum villaticae pastionis. Ille, Qui simulac promiseris minerval, incipiam, inquit, id est cenam. Ego vero non recuso, vel hodie ex ista pastione crebro. Appius, Credo simulac primum ex isto villatico pecore mortui erunt anseres aut pavones. Cui ille, Quid enim interest, utrum morticinas editis volucres an pisces, quos nisi mortuos estis numquam? sed oro te, inquit, induce me in viam disciplinae villaticae pastionis ac vim formamque eius expone.

---

10 age non M. Cato *Macrob. saturn. III 15, 6 Colum. VIII 16, 5 Plin. 9, 170*

---

2 collegia nonnepulari *A* nunc] nun *A* 3 incendunt *PB* incendundunt *A* intendunt *v* anonam *V* inquit *Bv* inquid *PA* 4 epulum *superscriptum in B* 5 abuccius *PAB* albutius *v*. 'Non ne item L. Albutius. *Nihil immutaui : in optimis tamen exemplaribus hic* Abuccius. *Iterum idem nomen hoc ipso in libro, ubi de Pauonibus agit, et in excusis Albutius est. Vt quidem Abuccius habebat' Victorius* adprime *A* apprime *VB* luciliano *VB* luciniano *A* luciniana *m* 6 charactere *A* caractere *V* characthere *B* 7 reddere *bis scriptum, sed posteriore loco deletum est in A* 9 se *superscriptum in A* centum milia e uilla *P* centum miliae uilla *B* centum milie uilla *A* centum milia uilla *v* recepturum agro age *AB* recepturum Age *V* 10 luculli *Bv* lucilli *PA* 11 sestertiis *B* sestertis *PA* sesterciis *v* piscis *PAB* pisces *v* 12 inquit *VB* inquid *A* 13 qui simulac *VAB* quin simulac *Iucundus* minerual, id est coenam, incipiam inquit *Schneiderus* inquit *VB* inquid *A* coenam *V* 14 Axius ego uero non recuso uel hodie, et ex ista pastione crebro *Iucundus* 18 inquit *VB* inquid *A*

Merula non gravate, Primum, inquit, dominum scientem esse III
oportet earum rerum, quae in villa circumve eam [animalia] ali
ac pasci possint, ita ut domino sint fructui ac delectationi. eius
disciplinae genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinae. nunc
ornithonas dico omnium alitum, quae intra parietes villae solent
pasci. leporaria te accipere volo non ea quae tritavi nostri 2
dicebant, ubi soli lepores sint, sed omnia saepta, adficta villae
quae sunt et habent inclusa animalia, quae pascantur. similiter
piscinas dico eas, quae in aqua dulci aut salsa inclusos habent
pisces ad villam: harum singula genera minimum in binas species 3
dividi possunt, in prima parte ut sint quae terra modo sint contentae, ut sunt pavones turtures turdi: altera specie sunt quae
non sunt contentae terra solum, sed etiam aquam requirunt, ut
sunt anseres querquedulae anates. sic alterum genus illut venaticum duas habet diversas species, unam, in qua est aper caprea
lepus; altera item extra villam quae sunt, ut apes cochleae glires.
tertii generis aquatilis item species duae, partim quod habent 4

---

3 eius disciplinae *Gell. II 20*

---

1 grauate *VB* grauate *corr.* grauare *ut videtur A* grauare *m* Primum] De scientia uillatice pastionis in genere *in margine rubrica A* inquit *VB* inquid *A* 2 circumue eã animalia ali *Am* circumue ea animalia ali *PB* circumue eam ali *v* 3 possunt *corr.* — int *B* 4 tria *Bv* trea *corr.* tria *A* trea *P* 5 dico *AB Victorius* dicam *V* 6 ne ea *A* 7 soli lepores *Gellius II 20, 2,* soliti lepores *VAB* septa *V* afficta *P* ac ficta *A* aficta *B* affixa *v.* '*Afficta, scripsi e uetustis libris: antea enim in excusis Affixa. Vbi de columbis agit [III 7, 4], in manu scriptis, et forma excusis pariter, Sub ordines singulos tabulae fictae. non multo post in antiquis tantum, Duabus uirgis uiscatis defictis, etc. De Gallinis [III 9, 7], Aut exculpta, aut afficta firmiter: etiam in impressis' Victorius* 9 aut (a *littera in rasura scripta in A*) salsa *VAB* uel salsa *m* 11 quae terra (terra *superscriptum in B*) modo sint contentae *PB* quae terra modo sunt contentae *v* que terra modo sint que non sunt contente sunt, *sed* sint *subducta linea notatum et* que non sunt *deleta A* quae terra modo contenta sunt *m* 12 ut sint pauones *A* altera specie sunt *VB* altera species sunt *Am. fortasse* in altera specie sunt 14 querquedules (*deleto* s) et anates *A* sic alterum *VB* S; (*h. e.* Sed) alterum *A* sed alterum *m* illut *P* illud *ABv* 15 in qua] un qua *corr.* in qua *A* caprea *v* capria *PAB* 16 quae sunt *Amv* qui sunt *PB* cochlee *AB* cocleae *V*

pisces in aqua dulci, partim quod in marina. de his sex partibus ad ista tria genera artificum paranda, aucupes venatores piscatores, aut ab iis emenda quae tuorum servorum diligentia tuearis in fetura ad partus et nata nutricere saginesque, in macellum ut perveniant. neque non etiam quaedam adsumenda in villam sine retibus aucupis venatoris piscatoris, ut glires cochlias gallinas.
5 earum rerum cultura instituta prima ea quae in villa habetur. non enim solum augures Romani ad auspicia primum pararunt pullos, sed etiam patres familiae rure. secunda, quae macerie ad villam venationis causa cluduntur et propter alvaria. apes enim subter sugrundas ab initio villatico usae tecto. tertiae piscinae dulces fieri coeptae et e fluminibus captos recipere ad
6 se pisces. omnibus tribus his generibus sunt bini gradus, superiores, quos frugalitas antiqua, inferiores, quos luxuria posterior adiecit. primus enim ille gradus anticus maiorum nostrum erat, in quo essent aviaria duo dumtaxat: in plano cohors, in qua pascebantur gallinae, et earum fructus erat ova et pulli; alter sublimis, in quo erant columbae in turribus aut summa villa.
7 contra nunc aviaria sunt nomine mutato, quod vocantur ornithones, quae palatum suave domini paravit, ut tecta maiora habeant,

---

1 quod habent in marina, *sed* habent *deletum B* 2 *fortasse* ad ista tria genera totidem genera artificum paranda ad ista *VB* ad hista *A* adhuc ista A^2m artificcum *corr.* artificum *A* 3 aut ab his *Scaliger* ut ab iis *PAB* ut ab his *v* 4 foetura *V* nutricere saginesque *Scaliger* nutricare saginisque *PAB* nutricare saginesque *v*. 'Et nata nutricare saginareque. *Dissentit a communi hac, antiqua lectio*: *quam si non recepi, tamen notam esse uolo*: Nutricari, saginisque, etc.' *Victorius* 5 peruenìant *mv* peruiant *PAB* adsumenda *AB* assumenda *V* assumendum *Ursinus* 6 cochlias gallinas *P* coclias gallinas *B* coclilias gallinas *A* cocleas et gallinas *v* 7 habetur *PAB* habentur *mv*

8 auspitia *B* 9 patres familiae *PB* pa(t)res familiae *A* patres familias *v* macerie *PA* maceriae *B* materiae *v* 10 aluaria *PAB* aluearia *v* 11 subter sugrundas *PBA²* subter su | tergrundas *A* subtus subgrundas *v* uillatico *mv* uillaticae *PB* uillatice *A* tercie *A* 12 cepte *A* recepere *Iucundus* 14 quod frugalitas *corr.* quos frugalitas *A* 15 anticus *A* antiquus *VB* nostrum *PAB* nostrorum *v* 16 auiciaria, *sed deletis* ci *litteris A* duntaxat *V* cohors *VB* choors *A* 17 fructus erat *PAB* fructus erant *mv* 18 turibus *A* 20 palatū *A corr.* palato A^2 domini *v* donū *A* donum *PB* habeant tutas uillas (*supra* quantū habebant) *A*

quam tum habebant totas villas, in quibus stabulentur turdi ac
pavones. sic in secunda parti ac leporario pater tuus, Axi, 8
praeterquam lepusculum e venatione vidit numquam. neque enim
erat magnum id saeptum, quod nunc, ut habeant multos apros
ac capreas, conplura iugera maceriis concludunt. non tu, inquit
mihi, cum emisti fundum Tusculanum a M. Pisone, in leporario
apri fuerunt multi? in tertia parti quis habebat piscinam nisi 9
dulcem et in ea dumtaxat squalos ac mugiles pisces? quis contra
nunc minthon non dicit sua nihil interesse, utrum iis piscibus
stagnum habeat plenum an ranis? non Philippus, cum ad Vmmi-
dium hospitem Casini devertisset et ei e tuo flumine lupum
piscem formosum adposuisset atque ille gustasset et expuisset,
dixit, peream, ni piscem putavi esse? sic nostra aetas in quam 10
luxuriam propagavit leporaria, hac piscinas protulit ad mare et
in eas pelagios greges piscium revocavit. non propter has appel-
lati Sergius Orata et Licinius Murena? quis enim propter nobili-

---

6 cum emisti fundum Tusculanum *Gell. II 20* 7 in tertia parti *Colum. VIII 16, 3*

---

1 totas uillas *v* tutas uillas *PB* totae uillae *Iucundus.* '*Vetus lectio*, Tutas uillas. *Tutas autem pro Totas: ut in iisdem libris Rutundum, saepe pro Rotundum*' *Victorius* 2 parti *AB Victorius* parte *v* axi *v* axii *PAB* 3 nunquam *VB* 4 id septum *v* ad septum *PAB* 5 ac capreas *PAB* ac capras *v* complura *VB* cumpluras *A* cumplura *m* non tu *PA* non ꞌutu *B* non tū *v* inquit *VB* inquid *A* 6 com emisti *A* 7 tercia *A* parti *PAB* parte *v* quis habebat *Victorius* quis habeat *AB* quis hab̄et *V* quis habeant *m* pi^sci^nam *A* 8 squalos *PAB* scaros *v* 9 mithon *PAB* rhynton *v* nebullus ac mintho *codex Sangermanensis Columellae VIII 16, 4* nichil *A* 10 Ummidium *Scaliger* immidium *PAB* Minidium *v* 11 casini *VB* cassini *Am* deuertisset *A* diuertisset *VB* e tuo flumine *PAB* e suo flumine *v.* 'E tuo flumine. *Sic legimus in optimo codice, aliisque nonnullis. — In eodem etiam codice,* Immidium, *non Minidium scriptum inuenimus*' *Victorius* 12 apposuisset *VAB* 14 leporarias ac piscinas *AB* leporaria ac piscinas *V* 15 pellagios *A* propter has *PB* propteras . . *duabus litteris post* as *deletis A* propter hos *v* appellata *corr.* — ti *A* 16 muraena *B* nobilitatem *v* nobilitates *PAB*

tatem ignorat piscinas Philippi, Hortensi, Lucullorum? quare
IV unde velis me incipere, Axi, dic. Ille, Ego vero, inquit, ut aiunt, post principia in castris, id est ab his temporibus quam superioribus, quod ex pavonibus fructus capiuntur maiores quam e gallinis. atque adeo non dissimulabo, quod volo de ornithone primum, quod lucri fecerunt hoc nomen turdi. sexaginta enim milia Fircelina excande me fecerunt cupiditate.
2 Merula, Duo genera sunt, inquit, ornithonis, unum delectationis causa, ut Varro hic fecit noster sub Casino, quod amatores invenit multos; alterum fructus causa, quo genere macellarii et in urbe quidam habent loca clausa et rure maxime conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi.
3 ex iis tertii generis voluit esse Lucullus coniunctum aviarium, quod fecit in Tusculano, ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cenitaret et alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circum fenestras captos. quod inutile invenerunt. nam non tantum in eo oculos delectant intra fenestras aves volitantes, quantum offendit quod alienus
V odor opplet nares. sed quod te malle arbitror, Axi, dicam de hoc [ornithone] quod fructus causa faciunt, unde, non ubi, sumuntur pingues turdi. igitur testudo, ut peristylum tectum tegulis aut rete, fit magna, in qua milia aliquot turdorum ac
2 merularum includere possint, quidam cum eo adiciant praeter eas

---

1 lucullorum *V* luculorum *Am* lucollorum *B* quare] De turdis *in margine rubrica A* 2 uelisse me incepere, *sed* se *deletum A* inquit *VB* inquid *A* 3 a postprincipiis *Scaliger* ab his temporibus *v* ab iis temporibus *PAB* 5 ga^l^linis *A* atque *VB* adque *A* 6 hoc no | nomen *A* 7 fircilina *VAB* fircellina *Iucundus* 8 inquit *VB* inquid *A* ornithonis *V* ornithones *AB* 10 quo genere — clausa *in margine scripta in B* 13 ex iis *PAB* ex his *v* a^i^uarium *A* 17 nan non tamtum *A* 19 o^p^plet *A* oplet *m* dicam de hoc ornithone *P* dicam^d'^ orni^h^tone *A* dicam primo de hoc ornithone *B* dicam primo de ornithone *v* 20 quod *VB* q̄ *h. e.* quam *A* fatiunt *A* ubi] uui *corr.* ubi *A* ulli *m* 21 tectum] tetum *A* 22 recte *corr.* rete *A* recte *m* aliquot turdorum *Bv* aliquod turdorum *P* turdorum aliquid *corr.* aliquot turdorum *A* praeter eas aues alias *A* praetereat aues alias *B* praeter ea aues alias *P* propter has aues alias *m* praeter ea alias *v*

aves alias quoque, quae pingues veneunt care, ut miliariae ac
coturnices. in hoc tectum aquam venire oportet per fistulam,
et eam potius per canales angustas serpere, quae facile extergeri
possint (si enim late ibi diffusa aqua, et inquinatur facilius et
bibitur inutilius), et ex eis caduca quae abundat per fistulam exire,
ne luto aves laborent. ostium habere humile et angustum et po- 3
tissimum eius generis, quod cochliam appellant, ut solet esse in
cavea, in qua tauri pugnare solent: fenestras raras, per quas non
videantur extrinsecus arbores aut aves, quod earum aspectus ac
desiderium marcescere facit volucres inclusas. tantum locum
luminis habere oportet, ut aves videre possint, ubi adsidant, ubi
cibus, ubi aqua sit. tectorio tacta esse levi circum ostia ac
fenestras, nequa intrare mus aliave quae bestia possit. circum 4
huius aedifici parietes intrinsecus multos esse palos, ubi aves
adsidere possint, praeterea [e] perticis inclinatis ex humo ad pa-
rietem et in eis traversis gradatim modicis intervallis perticis
adnexis ad speciem cancellorum scenicorum ac theatri. deorsum
in terram esse aquam, quam bibere possint, cibatui offas positas.
eae maxime glomerantur ex ficis et farre mixto. diebus viginti
antequam tollere vult turdos, largius dat cibum, quod plus ponit
et farre subtiliore incipit alere. in hoc tecto caviis quae caviis

---

1 pingues quae *corr.* quae pingues *B* 2 coturnices *V* cotornices *AB* tec^{t}um *A* 3 canales *V* carnales *B et deleto* r *A* 4 late] lacte *A* 5 ca^{d}uca *A* caducam *Gesnerus* habundat *A* 6 labores *A corr.* — ent A^2 7 cochliam *V* cocliam *B* clocliam *A* 10 marcescere *PAB* macrescere *v* 11 adsidant *A* assidant *VB* 12 tacta esse *PB* tecta esse *Amv*. 'Tectorio tacta esse leui. *Vetus haec est lectio, quam probaui . antea in excusis Tecta. Hoc in libro iterum, ubi de leporibus [III 12, 3], Vt tectorio tacta sint, et sint alta. Idem error erat illic in excusis' Victorius* ostia *V* hostia *AB* 13 bestia] bea^{sti} *A* 14 aedificii *VB* edifitii *A* 15 adsidere *A* assidere *VB* 16 trauersis *PAB* transuersis *v* 17 adnexis *AB* annexis *V* 21 alere] allere *A* in hoc tecto caueaque tabulata habeant aliquot ad perticae supplementum *Iucundus*. '*Nihil immutaui, antiquam tamen scripturam notam esse uolo, si quid opis afferre possit ad locum restituendum : qui cum tantopere a ueteribus uestigiis discrepet, merito suspectus esse debet.* In hoc tecto cauiis, quae cauiis tabulata habeant aliquod adportat subplementum' *Victorius* . *fortasse* in hoc tecto caveas, quae tabulata habeant

5 tabulata habeant aliquod adportat subplementum. contra hic aviarium * quae mortuae ibi sunt aves, ut domino numerum reddat, solet ibidem servari, cum opus sunt; ex hoc aviario ut sumantur idoneae, excludantur in minusculum aviarium, quod est coniunctum cum maiore ostio, lumine inlustriore, quod seclusorium appellant. ibi cum eum numerum habet exclusum, quem sumere vult, omnes 6 occidit. hoc ideo in secluso clam, ne reliqui, si videant, despondeant animum atque alieno tempore venditoris moriantur. non ut advenae volucres pullos faciunt, in agro ciconiae, in tecto hirundines, sic aut hic aut illic turdi, qui cum sint nomine mares, re vera feminae quoque sunt. neque id non secutum ut esset 7 in merulis, quae nomine feminino mares quoque sint. praeterea volucres cum partim advenae sint, ut hirundines et grues, partim vernaculae, ut gallinae ac columbae, de illo genere sunt turdi adventicio, ac quotannis in Italiam trans mare advolant circiter aequinoctium autumnale et eodem revolant ad aequinoctium vernum, et alio tempore turtures ac coturnices inmani numero. hoc ita fieri apparet in insulis propinquis Pontiis, Palmariae, Pandateriae. ibi enim in prima volatura, cum veniunt, morantur dies paucos requiescendi causa, itemque faciunt, cum ex Italia trans mare remeant.

8 Appius Axio, Si quinque milia hoc coieceris, inquit, et erit

---

16 aequinoctium autumnale *Charis. p. 118, 25*

---

aliquot ad perticarum supplementum   cauiis quae (que *A*) cauiis *AB* cauus quae cauus *P* cauus quae *v*   1 adportat *PA* apportat *B* ad porticae *v*   subplementum *A* supplementum *VB*   hic *PAB* hoc *v*   2 domino ib numerum, *sed* ib *deletum A*   3 solet ibi | dera seruari *A*   hoc uiario *A corr.* hoc auiario A^2 5 hostio *B*   inlustriore *A* illustriore *VB*   6 summere *B*   9 in tecto] in tecta *Am*   10 hirrundines *A*   sic aut hic aut illic *B* sic aut et hic aut illic *V* sic aut illic *Am*   cum sint *m* cum sunt *VAB*   11 foeminae *V*   12 foeminino *V*   13 ut inrundines *A*   15 aduenticio *PB* aduentatio *corr.* — titio *A* aduentitio *v*   quotannis *Bv* quodannis *PA*   16 autumnale *PA* autunnale *B* auctunnale *v*   eodem tempore reuolant, *sed* tempore *deletum B*   17 inmani *A* immani *VB*   18 Pontiis *Victorius* pontis *PAB* pontiae *v*   pandaterie *A* pandateriae *B* pandatheriae *V*   20 itemque *PAB* idemque *v*

22 hoc *PAB* hic *v*   coieceris *AB* conieceris *V*   inquit *VB* inquid *A*

epulum ac triumphus, sexaginta milia quae vis statim in fenus des licebit multum. dic illut alterum genus ornithonis, qui animi causa constitutus a te sub Casino fertur, in quo diceris longe vicisse non modo archetypon inventoris nostri ornithotrophion M. Laeni Strabonis, qui Brundisii hospes noster primus in peristylo habuit exhedra conclusas aves, quas pasceret obiecto rete, sed etiam in Tusculano magna aedificia Luculli. Quoi ego, 9
Cum habeam sub oppido Casino flumen, quod per villam fluat, liquidum et altum marginibus lapideis, latum pedes quinquaginta septem, et e villa in villam pontibus transeatur, longum pedes DCCCCL derectum ab insula ad museum, quae est in imo fluvio, ubi confluit altera amnis, ad summum flumen, ubi est museum, circum huius ripas ambulatio sub dio pedes lata denos, ab hac 10
[ambulatio] est in agrum versus ornithonis locus ex duabus partibus dextra et sinistra maceriis altis conclusus. inter quas locus qui est ornithonis [patet in latitudinem pedes XLVIII], deformatus ad tabulae litterariae speciem cum capitulo, forma qua est quadrata, patet in latitudinem pedes XLVIII, in longitudinem pedes

1 foenus *V* 2 des] dies *corr.* des *A* multum dic *VAB* tum mihi, tu dic *Iucundus.* '*Antiqui libri uitiosi : sic enim habent,* Multum dic illut, etc.' *Victorius* illut·*PA* illud *Bv* 4 archetypon *VB* arcetypō *A* 5 M . laeni *B* M . leni *PA* M . Lenii *v* M.Laenii *Victorius* brundisi | ihospes *A* brundusii hospes *VB* primus *om. A* 6 in peristylo *V* in peristilo *B* imperistilo *A* exhedera *VAB* exedra *m* 7 magno aedificio *VB* magno edifficio *A* lucullo *corr.* luculli *A* quoi] qui *VAB* cui *Iucundus* 9 altum *Iucundus* alium *VAB* pedem *corr.* — es *primo loco A* 10 longum pedes DCCCCL *PA* longum pedes CCCCL *Bv* longum P . ÞCCCCL *Victorius adnot. in I 10, 2* 11 derectum *PB* directum *Am* ad museum *A* ad musaeum *PB* ad muscum *v*, *delevit Ursinus* quae est animo fluuio *PB et una littera post* flu *deleta A* quae est a uinio fluuio *v*. '*Fluuii nomen in antiquis perturbatum, non tamen receptam lectionem temere uariaui, ueterem tantum indicare uolo : illa autem haec est,* Quae est animo fluuio' *Victorius.* quae est ab imo fluuio *Turnebus advers. 21, 23* 12 confluit *v* confluit *corr.* — et *B* confluet *PA* altera annis *A* moseum *A* musaeum *PB* muscum *v* 13 lata] latu *A* ab hac ambulatio est *PB* ab hac ambulatio ē *A* ab hac ambulatiōe *v* 15 inter quas *v* inter quos *PAB* 16 pedes XLVIII *P* p.XLVIII *Bv* pedes XLVIIII *A* 17 forma qua est *ut videtur m et Gesnerus* forma quae est *VB* forma que est *A* 18 in latitudine *posteriore loco A*

11 LXXII; quaad capitulum rutundum est, pedes XXVII. ad haec,
ita ut in margine quasi infimo tabulae descripta sit ambulatio,
ab ornithone plumula, in qua media sunt caviae, qua introitus
[itur] in aream est. in limine, in lateribus dextra et sinistra
porticus sunt primoribus columnis lapideis, pro mediis arbusculis
humilibus ordinatae, cum a summa macerie ad epistylum tecta
porticus sit rete cannabina et ab epistylo ad stylobaten. hae
sunt avibus omnigenus oppletae, quibus cibus ministratur per
12 retem et aqua rivolo tenui adfluit. secundum stylobatis interi-
orem partem dextra et sinistra ad summam aream quadratam e
medio diversae duae non latae oblongae sunt piscinae ad porticus
versus. inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholum,
qui est ultra rutundus columnatus, ut est in aede Catuli, si pro
parietibus feceris columnas. extra eas columnas est silva manu
sata, grandibus arboribus tecta, ut infima perluceat, tota saepta
13 maceriis altis. intra tholi columnas exteriores lapideas et totidem
interiores ex abiete tenues locus est pedes quinque latus. inter
columnas exteriores pro pariete reticuli e nervis sunt, ut per-
spici in silva possit et quae ibi sunt, neque avis ea transire.
intra interiores columnas pro pariete rete aviarium est obiectum.
inter has et exteriores gradatim substructum ut theatridion avium:

---

1 rutundum *PA* rotundum *Bv* 2 descripta *VB* discripta *A* 3 in qua *om. A* cauiae *PAB* caueae *v* qua introitus itur in aream est *PAB* qua introitus in aream est *v* Qua iter in aream est *Iucundus.* '*Antiqua hic etiam lectio perturbata, et sane totum caput crebrioribus maculis inquinatum :* Qua introitus itur in aream est' *Victorius* 5 arbusculis *v* artibusculis *PAB* 6 ad epistylum *VB* a epistillum *A* tecto *Am* 7 cannabina *AB* canabina *V* et ab epistylo ad stylobate *P* et ab epistylio (*sed* i *post* l *in rasura B*) ad stylobate *AB* et ab epistylio ad stylobatem *Iucundus, om. v* 8 omnigenus *PAB* omne genus *v* ministratur *AB Victorius* administratur *V* per retem *PAB* per rete *v.* '*Et hic, et aliis etiam locis uirili genere in antiquis libris, Retis, a Varrone usurpatur*' *Victorius*

9 riuolo *PB* riuolo (v *supra*) *A* riuulo *v* adfluit *A* affluit *VB* interriorem *A* 11 porticus *m Iucundus* porticuas *PAB* porticulas *v* 13 rutundus *PAB* rotundus *v* 15 septa *V* 16 intra tholi *Iucundus* intra tholis *VAB* 18 e neruis *v* e ueruis *PA* euerius *B* perspici in silua *AB* prospici in silua *V* perspici in siluam *Turnebus advers. 21, 23* 19 quae ibi *ABv* qui ibi *P* ea *VAB corr.* eā A^2 eam *m* 21 inter has et exteriores *Iucundus* inter has exteriores *VB* inter as ex-

mutuli crebri in omnibus columnis inpositi, sedilia avium. intra 14
retem aves sunt omnigenus, maxime cantrices, ut lusciniolae ac
merulae, quibus aqua ministratur per canaliculum, cibus obicitur
sub retem. subter columnarum stylobaten est lapis a falere pedem
et dodrantem alta: ipsum falere ad duo pedes altum a stagno,
latum ad quinque, ut in culcitas et columellas convivae pedibus
circumire possint. infimo intra falere est stagnum cum margine
pedali et insula in medio parva. circum falere et navalia sunt
excavata anatium stabula. in insula est columella, in qua intus 15
axis, qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita ut ad extremum,
ubi orbile solet esse acuitum, tabula cavata sit ut tympanum in
latitudinem duo pedes et semipedem, in altitudinem palmum.
haec ab uno puero, qui ministrat, ita vertitur, ut omnia una
ponantur et ad bibendum et ad edendum et admoveantur ad
omnes convivas. ex suggesto faleris, ubi solent esse peripetas- 16
mata, prodeunt anates in stagnum ac nant, e quo rivus pervenit
in duas, quas dixi, piscinas, ac pisciculi ultro ac citro conmetant,
cum et aqua calida et frigida ex orbi ligneo mensaque, quam
dixi in primis radiis esse, epitoniis versis ad unum quemque
factum sit ut fluat convivam. intrincesus sub tholo stella lucifer 17
interdiu, noctu hesperus, ita circumeunt ad infimum hemisphaerium
ac moventur, ut indicent, quot sint horae. in eodem hemisphaerio
medio circum cardinem est orbis ventorum octo, ut Athenis
in horologio, quod fecit Cyrrestes; ibique eminens radius

---

teriores *A* teathridion, *sed* h *deletum* *A* 1 inpositi *A* impositi *VB* intra retem *PAB* intra rete *v* 2 omnigenus *PB* omne genus *Amv* cantrices] contrarias *B* lusciniolae *VB* luscinione *A* lustulone *m* 3 obiicitur *V* 4 sub retem *PAB* sub rete *v* stylobaten *B* stylobatem *A* stilobaten *V* 5 ad duo pedes *B* ad duos pedes *V* pedem ad duo pedes *A* 6 convivae] connuuie *A* 7 infimo in falere *Ursinus* 8 nauata *corr.* naualia *A* 11 orbile] oribile *A* acuitum *PA* acu[i]tum *B* acutum *v* arcuatum *Gesnerus* 13 uertitur *VB* uertatur *Am* 15 peripetasmata *P* perispatasmata *A* peripatasmata *B* peristetasmata *v* 16 e quo *VB* e qui *A* peruenit *AB* prouenit *V* 17 commetant *PAB* commeant *v* 18 callida *A* orbi *PAB* orbe *v* 19 ununquenque *V* 21 hemisphaerium *PB* hemispherim *A* hemispaerium *v* 22 quot sint *Bv* quod sint *PA* horae] ore *A* hemisphaerio *PAB* hemispaerio *v* 23 ventorum] uenatorum *A* 24 orologio *A* cyprestes *VAB* Cyrrhestes *Turnebus advers. 21, 23*

a cardine ad orbem ita movetur, ut eum tangat ventum, qui flet, ut intus scire possis.

18 Cum haec loqueremur, clamor fit in campo. nos athletae comitiorum [ima] cum id fieri non miraremur propter studia suffragatorum, et tamen scire vellemus, quid esset, venit ad nos Pantuleius Parra, narrat ad tabulam, cum diriberent, quendam deprensum tesserulas coicientem in loculum, eum ad consulem tractum a fautoribus conpetitorum. Pavo surgit, quod eius candidati custos dicebatur deprensus.

VI Axius, De pavonibus, inquit, libere licet dicas, quoniam discessit Fircellius, qui, secus siquid diceres de iis, gentilitatis causa fortasse an tecum duceret serram. Quoi Merula, De pavonibus nostra memoria, inquit, greges haberi coepti et venire magno. ex iis M. Aufidius Lurco supra sexagena milia nummum in anno dicitur capere. ii aliquanto pauciores esse debent mares quam feminae, si ad fructum spectes; si ad delectationem, contra: for-

---

7 loculum *Charis. p. 79, 21*
14 ex iis M. Aufidius Lurco *Plin. 10, 45*

---

1 a cardi | ad orbem *A* mouentur *A* qui flet *PB* qui fluet *Am* qui flat *v*

3 athletae *Iucundus* athietae *PB* at huete *A* a thiete *v* 4 commitiorum *A* ima *PB* una *Amv* 5 suffragatorum *V* suffragaturum *AB* 6 pantuleius *v* pantula eius *PAB* ad tabulam *mv* ut tabulam *corr.* ad tabulam *A* attabulam *PB* diriberent *PAB* diriperent *v* 7 deprensum *PB* depressum *Am* deprehensum *v* coicientem *PAB* coniicientem *v* 8 conpetitorum *A* competitorum *VB* 9 deprensus *PAB* deprehensus *v*

10 de pauonibus *m et in margine adscriptum B* de pauone *VAB* inquit *VB* inquid *A* dicas] dicat *A* dicessit *A* 11 siquid *ABv* siquit *P* 12 fortasse *AB* fortassis *V* . ante cum duceret *PAB* ante cōduceret *mv*. '*in optimo codice, aliisque,* Ante cum duceret, etc. *In semiuetere,* Ante conduceret' *Victorius* quoi] qui *VAB* merula De pauonibus | De pauonibus nostra, *sed priore loco* De pauonibus *rubrica scriptum A* 13 inquit *Bv* inquid *PA* haberi coepti *PB* habere cepit *Am* habere coepit *v* uenire *Victorius* uentre *VAB*

14 Lurco *Iucundus* lyrcho *PAB* lurcho *v*. '*In cognomine discrepant antiqui codices : Lyrcho enim in illis est*' *Victorius* sexagena milia *VB* sexaginta milia *A* LX milia *m* 15 ii *PB* hii *Am* hi *v* pauciores *corr.* — is *A* debent mares *om. Am* 16 foeminae *V*

mosior enim mas. pascendi greges agrestes. transmarini esse 2
dicuntur in insulis, Sami in luco Iunonis, item in Planasia [in]
insula M. Pisonis. hi ad greges constituendos parantur bona
aetate et bona forma. huic enim natura formae e volucribus
dedit palmam. ad admissuram haec minores bimae non idoneae
nec iam maiores natu. pascuntur omne genus obiecto frumento, 3
maxime hordeo. itaque Seius iis dat in menses singulos hordei
singulos modios, ita ut in fetura det uberius, antequam salire
incipiant. *in* has a procuratore ternos pullos exigit eosque, cum
creverunt, quinquagenis denariis vendit, ut nulla avis hunc adse-
quatur fructum. praeterea ova emit ac supponit gallinis, ex 4
quibus ex iis excusos pullos refert in testudinem eam, in qua
pavones habet. quod tectum pro multitudine pavonum fieri debet
et habere cubilia discreta, tectorio levata, quo neque serpens
neque bestia accedere ulla possit; praeterea habere locum ante 5
se, quo pastum exeant diebus apricis. utrumque locum purum
esse volunt hae volucres. itaque pastorem earum cum batillo
circumire oportet ac stercus tollere ac conservare, quod et ad
agri culturam idoneum est et ad substramen pullorum. primus 6
hos Q. Hortensius augurali aditiali cena posuisse dicitur. quod

---

19 primus hos Q. Hortensius *Plin. 10, 45 Macrob. saturn. III 13, 1*

---

2 in luco Iunonis] inlu | lunonis *A* in insula Pisonis *V* in insulam pisonis *B* ininsullam pisonis *A* insula m pisonis *m* 3 hi ad greges constituendos *PB* had greges constitued' *A* ad greges constituendum *m* hi ad constituendos greges *v* 5 haec minores *PB* hee minores *A* hae minores *mv* bimae] trimae *Ursinus* 8 foetura *V* uberius et antequam *Iucundus* 9 incipiant has *PAB* incipiant hos *v* 10 nulla ouis *VAB* adsequatur *A* assequatur *VB* 12 ex iis *delevit Ursinus* intestabilem eam in qua *PAB corr.* intestudinem eam in qua A^2 *ut videtur*, in testudine eam in qua *m* in tectum id in quo *v*. 'Refert in testabilem eam, in qua, etc. *Veterem lectionem reposui' Victorius* 14 leuata *VAB corr.* leuato A^2 *ut videtur*, leuato *m* 15 ulla] ualla *A* 16 utrunque *VB* purum esse *VA* esse purum *B* 17 earum *AB* eorum *V* uatillo *PAB* bacillo *v* 20 hos Q. hortensius *VA*, *sed* Q *in rasura* A^2, hosq; hortensius *B* aditiali cena *B* adiciali cena *P* aditiali cenia *A*, *ubi puncta adposuisse videtur* A^2, adiiciali coena *v*

potius factum tum luxuriosi quam severi boni viri laudabant. quem cito secuti multi extulerunt eorum pretia, ita ut ova eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadragena milia sestertia ut reddat, ut quidem Abuccius aiebat, si in singulos ternos exigeret pullos, perfici sexagena posse.

VII Interea venit apparitor Appi a consule et augures ait citari. ille foras exit e villa. at in villam intro involant columbae, de quibus Merula Axio, Si inquam ex peristerotrophio constituisses, has tuas esse putares, quamvis ferae essent. duo enim genera earum in peristerotrophio esse solent, unum agreste, ut alii dicunt, saxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villae, a quo appellatae columbae, quae propter timorem naturalem summa loca in tectis captant: quo fit ut agrestes maxime sequantur turres,
2 in quas ex agro evolant suapte sponte ac remeant. alterum genus illud columbarum est clementius, quod cibo domestico contentum intra limina ianuae solet pasci. hoc genus maxime est colore albo, illut alterum agreste sine albo, vario. ex iis duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa, atque incedunt in locum unum, quod alii vocant peristerona, alii peristerotrophion, in quo uno saepe vel quinque milia sunt inclusae.
3 peristeron fit ut testudo magna, camara tectus, uno ostio angusto,

---

21 peristeron fit *geopon. XIV, 6*

---

1 luxuriosi quam seueri *VAB corr.* luxuriose quam seuere *A*[2] 2 quem] quam *A corr.* quem *A*[2] precia *V* 3 facile ipsis *corr.* ipsi facile *A* 4 sestertia *P* sestercia *A* sextertia *Bv* abuccius *PAB* albutius *v* 5 exigeret *PB* exigere *Am* exigent *v* 6 Interea] De columbis *in margine rubrica A* appi *AB* Api *P* Apii *v* 8 me de columbis rula axios inquam ex peristerotrophio (ex peristerothrophio *AB*) constituisses *PAB* Merula Axi si ūquam peristerotrophion constituisses *v* . *fortasse* Merula Axio, si, inquit peristerotrophion constituisses 9 tuas esse] tua sese *A* 10 imperisterotrophio *A* 11 columinibus *VB et corr.* culminibus *A* culminibus *m* 13 captans *corr.* — ant *A* agrestres *A* 15 genus illud columbarum *B Victorius* genus illud collumbarum *A* genus columbarum *V* cibu quod cibo, *sed* cibu *deletum A* 17 illut alterum *P* illud alterum *ABv* ex iis *PAB* ex his *v* 18 duabus *VB* duobus *A* 19 uolant *A corr.* uocant *A*[2] 21 camara *VAB corr.* camera *A*[2] camata *m* hostio *B*

fenestris punicanis aut latioribus reticulatis utrimque, ut locus omnis sit inlustris, neve quae serpens aliutve quid animal maleficum introire queat. intrinsecus quam levissimo marmorato toti parietes ac camarae oblinuntur et extrinsecus circum fenestras, ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbaria possit. nihil enim timidius columba. singulis paribus columbaria fiunt ru- 4 tunda in ordinem crebra, ordines quam plurimi possunt a terra usque ad cameram. columbaria singula esse oportet ut os habeant, quo modo introire et exire possint, intus ternarum palmarum ex omnibus partibus. sub ordines singulos tabulae fictae ut sint bipalmes, quo utantur vestibulo ac prodeant. aquam esse oportet 5 quo influat, unde et bibere et ubi lavari possint. permundae enim sunt hae volucres. itaque pastorem columbarum quotquot mensibus crebro oportet everrere: est enim quod eum inquinat locum adpositum ad agri culturam, ita ut hoc optimum esse scripserint aliquot: sive quae columba quid offenderit, ut medeatur; siqua perierit, ut efferatur; siqui pulli idonei sunt ad vendendum, promat. item quae fetae sunt, [in] certum locum ut disclusum 6 ab aliis rete habeat, quo transferantur, e quo foras ex peristerone evocare possint matres[que]. quod faciunt duabus de

---

1 utrinque *VB* utrumque *A* 2 omini *A corr.* omnis A^2 inlustris *A* illustris *VB* neue que serpens *P* neue quae serpens *B* neue serpens *A* ne uel serpens *m* neque serpens *v* aliutue quid *P* aliudue quid *AB* aliudue quod *v* malefitium *A corr.* maleficum A^2 4 camarae *V* camerae *ABm* exstrinsecus *A* 5 lacerata *A corr.* lacerta A^2 nichil *A* 6 rutunda in ordinem *PAB* rotunda in ordine *v* 8 cameram *PAB* camaram *v* habeant A^2mv habeat *PAB* 9 quomodo introire *PAB* quo introire *v* possint A^2mv possit *PAB* ternarum palmarum *VAB* ternorum palmorum *Iucundus.* '*In antiquis alio genere,* Ternarum palmarum' *Victorius* 11 uestibulo *Bv* uestubulo *P* uestibula *A corr.* — lo A^2 prodeant *VB* prodeunt *Am* *fortasse* aqua esse oportet quo influat quo influat *VB* quod influat *Am* 13 quotquot *Bv* quodquod *PA corr.* quod quid A^2 14 euerere *A corr.* euerrere A^2 15 appositum A^2v oppositum *PAB* 16 scripserunt aliquod *PAB* scripserint aliqui *v* 18 item quae foetae sunt *VB* itemq; sunt fete sunt, *sed* sunt *priore loco deletum A* incertum *bis scriptum in B* . in *delevit Scaliger* 19 habeat *VB* habeant *Am* quo transferantur *v* quo transferatur *PB* quod transferatur *A* e quo *PAB* et quo *v* peristerone *V* peristone *AB* 20 matresque quod *PAB* matres quod quidem *v* fatiunt *A*

causis: una, si fastidiunt aut inclusae consenescunt, quod libero aere, cum exierint in agros, redintegrentur: altera de causa propter inlicium. ipsae enim propter pullos, quos habent, utique
7 redeunt, nisi a corvo occisae aut ab accipitre interceptae. quos columbarii interficere solent duabus virgis viscatis defictis in terra inter se curvatis, cum inter eas posuerint obligatum animal, quod [item] petere soleant accipitres, qui ita decipiuntur, cum se obleverunt visco. columbas redire solere ad locum licet animadvertere, quod multi in theatro e sinu missas faciunt, atque ad
8 locum redeunt, quae nisi reverterentur, non emitterentur. cibus adponitur circum parietes in canalibus, quas extrinsecus per fistulas supplent. delectantur milio, tritico, hordeo, piso, fasiolis, ervo. item fere haec, in turribus ac summis villis qui habent agrestes columbas, quaad possunt, imitandum. in peristeronas aetate bona parandum neque pullos neque vetulas, totidem mares
9 quot feminas. nihil columbis fecundius. itaque diebus quadragenis concipit et parit et incubat et educat. et hoc fere totum annum faciunt: tantummodo intervallum faciunt a bruma ad aequinoctium vernum. pulli nascuntur bini, qui simulac creverunt et habent robor, cum matribus pariunt. qui solent saginare pullos columbinos, quo pluris vendant, secludunt eos, cum iam pluma sunt tecti. deinde manducato candido farciunt pane: hieme hoc
10 bis, aestate ter, mane meridie vesperi: hieme demunt cibum

---

16 nihil columbis fecundius *geopon. XIV 1, 3*

---

3 quos] qu^{o}is *A* 4 reddeunt *A* nisi *superscriptum in B* ab accipitre] ac accipit^{r}er *A* 5 defictis *PB et superscriptum in A* defixis *v* 7 item petere] intercipere *m et in rasura* A^2 9 atque *VB* adque *A* 10 reuerten^{ren}tur *A* non emitterentur non emitterentur et cibus, *sed verbis* non emitterentur et *subducta linea notatis A* non emitterentur Et cibus *m* 11 apponitur *VAB* 12 fasiolis *PB* faseolis *Amv* 13 turibus *A* 14 quaad *PAB* quoad *v* imidandum *A corr.* imitandum A^2 peri^{ro}stenas *A* 16 quot *Bv* quod *PA* foeminas *V* nichil *A* foecundius *V* quadragenis *post* concipit *repetitum, sed deletum*, et parit *in margine scriptum A* 20 robor *PAB* robur *v* 21 secludant *A* 22 hyeme hoc bis *V* hieme hieme hoc bis *AB* 23 hyeme demunt *V* cibum] cibunt *A*

medium. qui iam pinnas incipiunt habere, relincunt in nido inlisis cruribus et matribus, uberius ut cibo uti possint, obiciunt. eo enim totum diem se et pullos pascunt. qui ita educantur, celerius pinguiores fiunt quam alii, et candidae fiunt parentes eorum. Romae, si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula volgo veneunt ducenis nummis, nec non eximia singulis milibus nummum. quas nuper cum mercator tanti emere vellet a L. Axio, equite Romano, minoris quadringentis denariis daturum negavit. Axius, Si possem emere, inquit, peristerona 11 factum, quem ad modum, in aedibus cum habere vellem, emi fictilia columbaria, iam issem emptum [emissem] ad villam. Quasi vero, inquit Pica, non in urbe quoque sint multi. an tibe columbaria qui in tegulis habent, non videntur habere peristeronas, cum aliquot supra centum milium sestertium habeant instrumentum? e quis alicuius totum emas censeo, et antequam aedificas rure magnum, condiscas hic in urbe cotidie lucrum assem semissem condere in loculos.

VIII

Tum Merula sic, Perge deinceps. Ille, Turturibus item, inquit, locum constituendum proinde magnum, ac multitudinem alere velis; eumque item, ut de columbis dictum est, ut habeat ostium ac fenestras et aquam puram ac parietes ac camaras

---

6 paria singula volgo veneunt *Colum. VIII 8, 9* 7 quas nuper cum mercator *Plin. 10, 110*

---

1 pinas *A* relincunt *PA* relinquunt *Bv* inlisis *P* illisis *BA²v* ilisis *A* 2 possint *V* possunt *AB* 4 fiunt quam alii et candidae *in margine scripta in B* 6 uolgo *PB* nulgo *Av* 8 quadrigentis *A* 9 possem] possum *A* inquit *VB* inquid *A* 10 queadmodum *A* 11 emissem] et misissem *Iucundus* 12 inquit *VB* inquid *A* an tibe columbaria *v* an tibe columbari *P* antibe columbariaẹ *B* antibe columbarū *Am* 14 aliquot *v* aliquod *PAB*. *fortasse* aliqui centum milium sestertium *V* centum milius (*corr.* milium) sestercium *A* centum milum sestertium *B* 15 aedificas *PAB* aedifices *v* 16 cundiscas *A* assem] asem *A*

18 tum merula sic *VB et spatio in reliqua versus parte relicto, in quo rubrica scriptum est* De turturibus, *A* Axius tu Merula *Iucundus* inquit *VB* inquid *A* 20 alere] arelere *corr.* alere *A* habeat *VB* habeañt *A* habeant *m* 21 hostium *B* camaras *P* quamaras *corr.* cameras *A* cameras *Bmv*

munitas tectorio; sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordinem, supra quos tegeticulae cannabinae sint inpositae. infimum ordinem oportet abesse a terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, a summo ad camaram ad semipedem, aeque latum ac mutulus a pariete extare potest, in quibus dies noctesque pascuntur. cibatui quod sit, obiciunt triticum siccum, in centenos vicenos turtures fere semodium, cotidie everrentes eorum stabula, [ac] stercore ne offendantur, quod item servatur ad agrum colendum. ad saginandum adpositissimum tempus circiter messem. etenim matres eorum tum optimae sunt, cum pulli plurimi gignuntur, qui ad farturam meliores. itaque eorum fructus id temporis maxime consistit.

IX Axius, Ego quae requiro sarsurae assurae membra, de palumbis gallinis dic sodes, Merula: tum de reliquis siquid idoneum fuerit ratiocinari, licebit. Igitur sunt gallinae quae vocantur
2 generum trium, villaticae et rusticae et africanae. gallinae villaticae sunt, quas deinceps rure habent in villis. de his qui ornithoboscion instituere vult, id est adhibita scientia ac cura capiant

---

15 Igitur sunt gallinae *Colum. VIII 2 geopon. XIV 7*

---

1 parietes, *sed* s *deletum A* mutulos *v* multos *PB* multus *corr.* — os *A* 2 in ordinem *PAB* in ordine *v* cannabinae *AB* canabinae *V* sint impositae *PB* sunt impositae *Amv* 4 camaram *PA* cameram *Bmv* 6 obiiciunt *V* 7 fere] ferre *Am* cotidie *AB* cottidie *P* quotidie *v* euerentes *A* 8 ac stercore *AB* a stercore *V* 9 appositissimum *B* apoti[si]ssimum *A* ad potissimum *P* aptissimum *m* potissimum *v* 11 giguntur *A*

13 Sarsurę assurę *PB* sarsure asure *A* farturae a sura *v*. '*Excusi libri inter se diuersi, nedum solum ab antiquis discrepent. in uetustissimo, et optimo exemplari mendosus etiam locus est, eius scripturam hic apponam*: Ego quae requiro sarsurae assurae, etc. *In semiuetere pro Sarsurae,* Salsurae, *caetera eadem' Victorius* 15 ratiocinari *v* raciocinari *PB* racimari *A*. 'Racemari non potui [racemari licebit *in editione*]. *Ita emendaui, recte, ut opinor, modeste certe, et temperanter*: *uetus enim lectio* Racimari: *antea, Ratiocinari, incommode, nisi fallor, et insulse legebatur' Victorius* li | cebit De gallinis | Igitur, *sed rubrica scriptum* De gallinis *et reliqua pars versus vacua relicta A* vocantur] uocitatur *A*

16 affricane *A* 17 ornithoboscion *PB* ornithobosion *Am* ornithouostion *v* 18 uult *PAB* uolunt *v* id est adhibita *PB* idē ut hibita *A* . i . ut habita *m* iidem adhibita *v*. *fortasse* unde adhibita

magnos fructus, ut maxime factitaverunt Deliaci, haec quinque
maxime animadvertant oportet: de emptione, cuius modi et quam
multas parent; de fetura, quem ad modum admittant et pariant;
de ovis, quem ad modum incubent et excudant; de pullis, quem
ad modum et a quibus educentur. hisce appendix adicitur pars
quinta, quem ad modum saginentur. e quis tribus generibus 3
proprio nomine vocantur feminae quae sunt villaticae gallinae,
mares galli, capi semimares, quod sunt castrati. gallos castrant,
ut sint capi, candenti ferro inurentes ad infima crura, usque dum
rumpatur. at quod extat ulcus, oblinunt figlina creta. qui 4
spectat ut ornithoboscion perfectum habeat, scilicet genera ei
tria paranda, maxime villaticas gallinas. e quis in parando eligat
oportet fecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis, in-
paribus digitis, magnis capitibus, crista erecta, amplas: hae enim
ad partiones sunt aptiores. gallos salaces [qui] animadvertunt, 5
si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro brevi pleno acuto, oculis
ravis aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo vario aut aureolo,
feminibus pilosis, cruribus brevibus, unguibus longis, caudis
magnis, frequentibus pinnis; item qui elati sunt ac vociferant
saepe, in certamine pertinaces, et qui animalia quae nocent gallinis
non modo non pertimescant, sed etiam pro gallinis propugnent.
nec tamen sequendum in seminio legendo tanagricos et melicos 6

---

8 gallos castrant *Plin. 10, 50* 9 candenti ferro *Charis. p. 125, 15* 12 e quis in parando eligat *Plin. 10, 156*

---

1 deliaci *VB* deliacii *A* deliciacii *m* 2 animaduertant *VB* animaduertant *A* animaduertat *m* 3 multus *A* de fetura *B* de fectura *A* de foetura *V* 5 apendix *A* 6 e quis *ABm*, *sed* e *in rasura* A^2 ex quis *P* ex quibus *v* 7 foeminae *V* 8 semimares mares quod *A* 10 rumpatur *PB* runpatur *A* rumpantur *v* at] ac *Ursinus* fliglina *A* certa *corr.* creta *A* qui spectat *VB* quis petat *Am* 11 scilicet *Am* sic licet *PB* sint licet *v* genera ei tria *PA* genera et tria *B* tria genera *v* 12 parandum *Scaliger* eligant *A* 13 foecundas plerunque *V* inparibus *A* imparibus *VB* 14 amplas *PB* amplas *A* ampla *mv* 15 qui animaduertuntur *Gesnerus* 17 rubra *VB* rubea *corr.* rubra *A* rubea *m* 18 foeminibus *V* 21 propugnent *VB* propugnant *A* pugnant *m* 22 melicos *VAB* medicos *m Iucundus*. 'Tanagricos, et Medicos. *In antiquis libris* Melicos, *corrupte*' *Victorius*

et chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri et ad proeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores. si ducentos alere velis, locus saeptus adtribuendus, in quo duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad exorientem versus, utraeque in longitudinem circiter decem pedum, latitudine dimidio minores, [quam in] altitudine paulo humiliores: utraque fenestra lata tripedali et eo pede altiores, e viminibus factae raris, ita ut lumen praebeant multum, neque per eas quicquam ire
7 intro possit, quae nocere solent gallinis. inter duas ostium sit, qua gallinarius, curator earum, ire possit. in caveis crebrae perticae traiectae sint, ut omnes sustinere possint gallinas. contra singulas perticas in pariete exclusa sint cubilia earum. ante sit, ut dixi, vestibulum saeptum, in quo diurno tempore esse possint atque in pulvere volutari. praeterea sit cella grandis, in qua curator habitet, ita ut in parietibus circum omnia plena sint cubilia gallinarum aut exculpta aut adficta firmiter. motus enim,
8 cum incubat, nocet. in cubilibus, cum parturient, acus substernendum; cum pepererunt, tollere substramen et recens aliut subicere, quod pulices et cetera nasci solent, quae gallinam conquiescere non patiuntur; ob quam rem ova aut inaequabiliter maturescunt aut consenescunt. quae velis incubet, negant plus XXV oportere ova incubare, quamvis propter fecunditatem pepererit

---

17 cum parturient, acus substernendum *Priscian. l. V p. 162, 17*
21 quae velis incubet *Plin. 10, 150*

---

1 pulchri^{et} ad *A* praeliandum *VB* preliandum *A* 2 paratus *corr.* partus *A* ducentas *Iucundus* 3 septus *V* adtribuendus *PA* attribuendus *Bv* caue^{e} *A* 5 in longitudinem *VB* in longitudine *Am* decem pedum *PAB* X pedes *v* 6 quam in *omisit Iucundus* 9 hostium *B* 11 sustinere *VA* substinere *B*

12 exclusa sint *P* exclusa sunt *A* exclusas sint *B* exculpta sint *v*. 'In pariete exculpta sint cubilia earum. *Duo leguntur in manu scriptis codicibus, quae non recepi.* Exclusa *enim hic*, *non Exculpta, habent* : *nec multo post, ubi excusi*, Posita sint cubilia, *in iisdem*, Plena sint etc.' *Victorius* ante sit *PB* ante se *A* aut sit *v* 13 septum *V*

14 in qua] in quo *A* 16 adficta *P* afficta *Bv* aficta *A* enim ^{cum}incubat *A* 17 substernendum *v Priscianus l. V p. 162, 17,* substernenda *PAB*

18 et recens *superscriptum in A* aliut *P* aliud *ABv* 19 caetera *V* 21 aut consenescunt *superscriptum in A* 22 foecunditatem *V* pepererit *Bv* peperit *PA*

plura. optimum esse partum *ab* aequinoctio verno ad autumnale. itaque quae ante aut post nata sunt et etiam prima eo tempore, non supponenda; et ea quae subicias, potius vetulis quam pullitris, et quae rostra aut ungues non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae esse quam incubando. 9
adpositissimae ad partum sunt anniculae aut bimae. si ova gallinis pavonina subicias, cum iam decem dies fovere coepit, tum denique gallinacia subicere, ut una excudat. gallinaciis enim pullis bis deni dies opus sunt, pavoninis ter noveni. eas includere oportet, ut diem et noctem incubent, praeterquam [a] mane et vespere, dum cibus ac potio iis detur. 10
curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot ac vertere ova, ut aequabiliter concalefiant. ova plena sint atque utilia necne, animadverti aiunt posse, si demiseris in aquam, quod inane natet, plenum desidit. qui, ut hoc intellegant, concutiant, errare, quod [inanes] vitales venas confundant in iis. idem aiunt, cum ad lumen sustuleris, quod perluceat, id esse [ob] inane. 11
qui haec volunt diutius servare, perfricant sale minuto aut muria tres aut quattuor horas, eaque 12

1 ab *ante* aequinoctio *om. VAB, add. Ursinus* ue[r]no *A* ad autumnale *Victorius* ab autumnali *AB* ab auctunnali *V* 2 ante aut post *Am* antea ut post *B* antea aut post *V* 3 supponenda *VB* subponenda *A* 4 pullitris *PA* pullistris *B* pullastris *v*. 'Potius uetulis quam pullastris, et quae rostra aut ungues etc. *In excusis antea aliter legebatur : ipse ope uetustorum codicum ita emendaui. — Vnum tamen est in uetere scriptura, quod maculosum, deprauatumque olim iudicatum est : notam enim adpositam habet,* Pullitris, *autem id est, quod pro pullastris in antiquo scriptum est' Victorius* quae debent *VB* qui debent *A* 6 adpositissimae *P* adpotissime[si] *A* appositissimae *B* aptissimae *mv* ad partum sunt *VA* sunt ad partum *B* anicule *Am* 7 pauonina *VB* pauonia *Am* decem dies gallinacia (gallina[cia] *B* gallinatia *A*) fouere coepit (cepit *A*) tum denique subicere *PAB* decem dies gallinacea fouere coepit tum denique subiicere *v* 8 gallinaciis *PAB* gallinaceis *v* 9 noueni *VB* nouem *ut videtur A* 10 praeterquam mane *Iucundus* 11 potio *AB* potus *V* iis detur *B* is detur *PA* his detur *v* 12 cumcalefiant *A* 14 inane natet *PB* innane natet *A* inane natat *v* plenum desidit *PB* plenum sit desidit, *sed* sit *deletum A* plenum desedit *v* 15 concutiant *PAB* concutiunt *v* 16 confundant *AB* confundunt *V* 17 seruare *mv* seruari *PB et una littera ante* ri *deleta A*

abluta condunt in furfures aut acus. in supponendo ova observant ut sint numero inparia. ova, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator quadriduo post quam incubari coepit intellegere potest. si contra lumen tenuit et purum unius modi esse
13 animadvertit, putant eiciendum et aliud subiciundum. excusos pullos subducendum ex singulis nidis et subiciendum ei quae habeat paucos; ab eaque, si reliqua sint ova pauciora, tollenda et subicienda aliis, quae nondum excuderunt et minus habent triginta pullos. hoc enim gregem maiorem non faciendum. obiciendum pullis diebus XV primis mane subiecto pulvere, ne rostris noceat terra dura, polentam mixtam cum nasturti semine [et] aqua aliquanto ante facta intrita, ne tum denique in eorum
14 corpore turgescat: aqua prohibendum. qua de clunibus coeperint habere pinnas e capite e collo eorum crebro eligendi pedes: saepe enim propter eos consenescunt. circum caveas eorum incendendum cornum cervinum, ne quae serpens accedat, quarum bestiarum ex odore solent interire. prodigendae in solem et in stercilinum,
15 ut volutare possint, quod ita alibiliores fiunt; neque pullos, sed omne ornithoboscion cum aestate, tum utique cum tempestas sit

---

• 9 obiciendum pullis *geopon. XIV 9, 2*

---

1 condunt *Iucundus* condant *PAB* condiunt *v* 2 inparia *A* imparia *VB* habeantne semen *PA* habeant in semen *B* si habeant in se semen *v* 3 curatur *corr.* — tor *A* incubari *PAB* incubare *v* . quarto die postquam coepere incubari *Plinius X 151* coepit *VB* ceperint *Am* 5 aliud subiciundum *PA* aliud subiciendum *B* aliud subiiciendum *v* 9 gregem enim *corr.* enim gregem *B* maiorem] maciorem *A* obiiciendum *V* 11 nasturcii *VAB* 12 *fortasse* ex aqua alinquanto *A* 13 qua de clunibus *PAB* quando de clunibus *v* ceperint *A* 14 e collo *PAB* et collo *v* 16 cornum *PAB* cornu *v* ne quae serpens *P* ne que serpens *A* neq; (*corr.* neq̄) serpens *B* ne qua serpens *v* 17 prodigendi in solem et sterquilinium, ut se uolutare possint, quod ita alibiliores fiunt *Iucundus* prodigendae in sole et in stercilinum *P* prodigende in sole et | stercilinium *A* prodigendae in sole et in stercilinium *B* prodigere deinde solent in sterquilinium *v* prodigendum *Scaliger* 18 ut uolutare *v* ut uolitare *PAB*. 'Vt se uolutare possint, etc. *Antiqua lectio diuersa, receptam tamen retinui, quae commoda est, et omni uitio caret, neque tamen ob id etiam uetus repudiari potest,* Vt uolitare possint' *Victorius* alibiliora fiunt *VA* alibiliora fiant *B* 19 ornithoboscion *B* ornitho bosion *A* ornithouoscion *B* ornithouostion *v* com tempesta sit *A*

mollis atque apricum; intento supra rete, quod prohibeat eas
extra saepta evolare et in eas involare extrinsecus accipitrem aut
quid aliut; evitantem caldorem et frigus, quod utrumque iis ad-
versum. cum iam pinnas habebunt, consuefaciundum ut unam
aut duas sectentur gallinas, ceterae ut potius ad pariendum sint
expeditae, quam in nutricatu occupatae. incubare oportet incipere 16
secundum novam lunam, quod fere quae ante, pleraque non
succedunt. diebus fere viginti excudunt. de quibus villaticis
quoniam vel nimium dictum, brevitate reliqua conpensabo.

Gallinae rusticae sunt in urbe rarae, nec fere mansuetae
sine cavea videntur Romae, similes facie non his gallinis villaticis
nostris, sed africanis. aspectu ac facie incontaminatae in ornatibus 17
publicis solent poni cum psittacis ac merulis albis, item aliis id
genus rebus inusitatis. neque fere in villis ova ac pullos faciunt,
sed in silvis. ab his gallinis dicitur insula Gallinaria appellata,
quae est in mari Tusco secundum Italiam contra montes Liguscos,
Intimilium Album Ingaunum: alii ab his villaticis invectis a nautis,
ibi feris factis procreatis. gallinae africanae sunt grandes, variae, 18
gibberae, quas meleagridas appellant Graeci. haec novissimae in
triclinium genanium introierunt e culina propter fastidium ho-

---

18 gallinae africanae *Plin. 10, 74*

---

1 atque *Bv* adque *PA* prohibeat *VB* prohibeant *A* 2 septa euolare *P* saeptae uolare *B* septe (*corr.* septa A^2) uolare *A* septa uolare *v* 3 quid aliut *PA* quid aliud *Bv* utrunque *V* iis *PAB* his *v* 4 consuefaciundum *PAB* consuefaciendum *v* 5 caeterae *V*
7 quod ferre *A* 9 reliqua *superscriptum in A* conpensabo *A* compensabo *VB*
10 nec ferae *V* 11 sine cauea *V* sint cauea *AB* his *v* hic *PAB* 12 ac facie *VB* a facie *Am* 13 psitacis *V* sipt tacus *corr.* — cis *A* sypttacis *B* 14 neque ferae *V* fatiunt *A* 15 appellata *om. V*, *add. AB* 17 intiminium album ingaunum *PAB* uintimilium albumingauium *v*. 'Intiminium, Album, ingaunum. *Vetus haec est lectio : nam, Vintimilium, quod antea in excusis erat, manifesto corruptum*' *Victorius.* Intemelium Albingaunum *coniecit idem* nautis sibi *A* 18 affricane sunt *A ubi* t *add.* A^2 19 gibbere *A* gibberiae *PB* giberae *m* gilberiae *v* meleagridas *PAB* meleagrides *v* haec *P* hec *A* hae *Bv* 20 genanium *PAB* genauium *v* ganearium *Iucundus.* 'In triclinium ganearium. *Prisca lectio diuersa est,* Genanium' *Victorius*

19 minum. veneunt propter penuriam magno. de tribus generibus gallinae saginantur maxime villaticae. eas includunt in locum tepidum et angustum et tenebricosum, quod motus earum et lux pinguitudinis vindicta, ad hanc rem electis maximis gallinis, nec continuo his, quas melicas appellant falso, quod antiqui ut Thetim Thelim dicebant, sic Medicam Melicam vocabant. hae primo dicebantur, quae ex Medica propter magnitudinem erant adlatae
20 quaeque ex iis generatae, postea propter similitudinem amplae omnes. ex iis evulsis ex alis pinnis et e cauda farciunt turundis hordeaceis, partim admixtis e farina lolleacia aut semine lini ex aqua dulci. bis die cibum dant, observantes ex quibusdam signis ut prior sit concoctus, quam secundum dent. dato cibo, quom perpurgarunt caput, nequos habeat pedes, rursus eas concludunt. hoc faciunt usque ad dies XXV: tunc denique pingues fiunt.
21 quidam et triticeo pane intrito in aquam, mixto vino bono et odorato, farciunt, ita ut diebus XX pingues reddant ac teneras. si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione pro portione, ac decem primis processit, in posterioribus ut deminuat eadem ratione, ut vicesimus dies et primus sint pares. eodem modo palumbos farciunt ac reddunt pingues.

---

3 tenebricosum *VB* tenebrosum *Am.* 'Et angustum, et tenebricosum. *Sic omnes manu scripti codices. Antea in excusis, Tenebrosum*' *Victorius* earum *AB* eorum *V* 4 pinguitudinis uindicta *PB* pi.ngutudinis uindicta *una littera post* pi *deleta A* pinguitudini inimica *v.* '*Antiqui omnes libri,* Pinguitudinis uindicta' *Victorius* 5 thetim thelim dicebant *A* thetim $\overset{h}{\text{telim}}$ dicebant *B* thetin thelin dicebant *P* thetin dicebant *v* 6 hae *P* $\overset{e}{\text{he}}$ *A* eae *B* 7 que ex medica *m* qua ex medica *PB* qui ex medica *A* quia ex medica *v* allatae *VB* alate *A* 8 ex iis *AB Victorius* ex his *V utroque loco* amplae *Ursinus* amplas *VAB* 9 et e cauda *PA* et cauda *Bv* 10 ordeaceis *V* lolleacia *PB* lollearia *A* lolearia *m* loliacea *v* 11 cibundant *A* 12 concoctus *VB* coctus *A* antequam secundum dent *Schneiderus* data *A corr.* dato A^2 quam perpurgarunt *PAB* cum perpurgant *v* 15 et triticeo *PAB corr.* e triticeo A^2 ex triticeo *v* 16 farciunt *v* faciunt *PB* fatiunt *A corr.* fartiunt A^2 20 sint pares *Schneiderus* sit pari *PAB* sit par *v* palumbos *AB* palumbes *V* ac credunt *A corr.* ac reddunt A^2

Transi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod non est X
[ulla] villa ac terra contentum, sed requirit piscinas, quod vos
philograeci vocatis amphibium. in quibus ubi anseres aluntur, no-
mine chenoboscion appellatis. horum greges Scipio Metellus et
M. Seius habent magnos aliquot. Merula, Seius, inquit, ita greges
conparavit anserum, ut hos quinque gradus observaret, quos in
gallinis dixi. ii sunt de genere, de fetura, de ovis, de pullis,
[de anseribus] de sagina. primum iubebat servum in legendo 2
observare ut essent ampli et albi, quod plerumque pullos similes
sui faciunt. est enim alterum genus varium, quod ferum vocatur,
nec cum iis libenter congregantur, nec non aeque fit mansuetus.
anseribus *ad* admittendum [iis] tempus est aptissimum a bruma, 3
ad pariendum et incubandum* usque ad solstitium. saliunt fere
in aqua, iniguntur in flumen aut piscinam. singulae non plus
quater in anno pariunt. singulis, ubi pariant, faciendum haras
quadratas circum binos pedes et semipedem; eas substernendum
palea. notandum earum ova aliquo signo, quod aliena non ex-
cudunt. ad incubandum supponunt plerumque novem aut un-

---

1 Transi inquit Axius *Colum. VIII 13. 14* 17 notandum earum ova *geopon. XIV 22, 9*

---

1 Transi] De anseribus *in margine rubrica A* inquit *VB* inquid *A* 2 contemtum *A* quod vos philograeci vocatis amphibium *post* illud genus *transposuit Iucundus* 3 *fortasse* graeco nomine 5 inquit *VB* inquid *A* 6 comparauit *VAB* 7 ii sunt *B* $\overset{h}{\text{ii}}$ sunt *A* hi sunt *V* foetura *V* 8 de aseribus de sa | sagina, *sed* de aseribus *subducta linea notatum A* 9 plerunque *V* 10 fatiunt *A* 11 congregantur *PAB* congregatur *v* nec aeque fit mansuetum *Victorius in secunda editione* 12 anseribus (ad *add. A*[2]) admittendum iis tempus *PAB* anseribus admittendum his tempus *v* anseribus ad admittandum tempus *codex Sangermanensis Columellae VIII 14, 4.* 'Anseribus admittendis etc. *Ita castigaui e uctustis codicibus, parua correctione adhibita : uetus lectio,* Anseribus admittendum iis tempus. *Antea in excusis, Ad admittendum tempus etc.' Victorius* 13 mox ad pariendum et ad incubandum a kalendis Februariis vel Martiis usque ad solstitium *Columella* 14 iniguntur *Scaliger* inunguentur *PA* inungentur *B* merguntur *v.* '*Vetus lectio a communi diuersa :* In aqua inungentur in flumen etc.' *Victorius* non plus quam ter *Ursinus*
15 ubi pariant *AB Victorius* ubi pariunt *V* haras *V* aras *AB*
17 aliquod *A corr.* aliquo *A*[2]

decim, qui hoc minus, quinque, qui hoc plus, [x] XV. incubat
4 tempestatibus dies triginta, tepidioribus XXV. cum excudit, quinque diebus primis patiuntur esse cum matre. deinde cotidie, serenum cum est, producunt in prata, item piscinas aut paludes, iisque faciunt haras supra terram aut suptus, in quas non inducant plus vicenos pullos, easque cellas provident ne habeant in solo umorem, et ut molle habeant substramen e palea aliave qua re, neve qua eo accedere possint mustelae aliaeve quae
5 bestiae noceant. anseres pascunt in umidis locis et pabulum serunt, quod aliquem ferat fructum, seruntque his herbam, quae vocatur seris, quod ea aqua tacta, etiam cum est arida, fit viridis. folia eius decerpentes dant, ne, si eo inegerint, ubi nascitur, aut obterendo perdant aut ipsi cruditate pereant. voraces enim sunt natura. quo temperandum iis, qui propter cupiditatem saepe in pascendo, si radicem prenderunt, quam educere velint e terra, abrumpunt collum: perinbecillum enim id, ut caput molle. si haec herba non est, dandum hordeum aut frumentum aliut. cum
6 est tempus farraginis, dandum, ut in seri dixi. cum incubant, hordeum iis intritum in aqua adponendum. pullis primum biduo polenta aut hordeum adponitur, tribus proximis nasturtium viride

---

1 qui hoc minus septem, qui hoc plus quindecim *Iucundus ex Columella VIII 14, 6* 4 in prata item piscinas *PB* in prati (in pratis A^2) ita piscinas *A* in pratis iuxta piscinas *m* in prata in piscinas *v* 5 fatiunt *A* haras *V* aras *AB* aut suptus *PA* aut subtus *Bv* in quae non inducant *PAB* in quae non includant *v*. '*Antiqui libri*, In quae non inducant' *Victorius*. in quas non includant *Ursinus* 6 ne habeant *VB* non habeant *Am* 7 umorem *PA* humorem *Bv* 8 qua re — aliaeve *om. A* 9 umidis *PAB* humidis *v* 10 quod *om. A* aliquem ferant fructum *PAB* aliquem fructum ferat *v* 11 uocatur seris *Iucundus* uocatur heris *VAB* 12 si eo inecerint *A* si eo iniecerint *VB* si comederint *m Iucundus*. 'Ne si eo inegerint. *Elegantior haec est lectio quam restitui, e ueteribus sane libris accepta. — parua labes in antiqua scriptura erat, si labes illa dici debet,* Ne si eo inecerint. *Vnius igitur literae correctio, quicquid erat maculae, sustulit' Victorius* 14 quo *om. Am* 16 abrumpunt *VB* oprumpunt *A* obrumpunt *m* perinbecillum *A* perimbecillum *VB* caput] cap̄ *A* 17 herba *Bv* erba *PA* aliut *P* aliud *ABv* 18 faraginis *A* in serii dixi *PA* inserit dixi *B* in suprascriptis dixi *v* 19 apponendum *VAB* 20 apponitur *VAB* nasturtium *v* nasturcium *PAB*

consectum minutatim ex aqua in vas aliquod. cum autem sunt
inclusi in haras aut speluncas, ut dixi, viceni, obiciunt iis po-
lentam hordeaceam aut farraginem herbamve teneram aliquam
concisam. ad saginandum eligunt pullos circiter sesquimense qui 7
sunt natu: eos includunt in saginario ibique polentam et pol-
linem aqua madefacta dant cibum, ita ut ter die saturent. secun-
dum cibum large ut bibant faciunt potestatem. sic curati circiter
duobus mensibus fiunt pingues. quotienscumque sumpserunt,
locus solet purgari, quod ipsae amant locum purum neque ipsae
ullum, ubi fuerunt, relincunt purum.

Qui autem volunt greges anatium habere ac constituere XI
nessotrophion, primum locum, quoi est facultas, eligere oportet
palustrem, quod eo maxime delectantur; si id non, potissimum
ibi, ubi sit naturalis aut lacus aut stagnum aut manu facta piscina,
quo gradatim descendere possint. saeptum altum esse oportet, 2
ubi versentur, ad pedes quindecim, ut vidistis ad villam Sei,
quod uno ostio claudatur. circum totum parietem intrinsecus
crepido lata, in qua secundum parietem sunt tecta cubilia: ante

11 Qui autem volunt greges anatium habere *Colum. VIII 15*

2 in haras aut speluncas *V* in haras au speluncas *A* in^{h}aras aut speluncas *B* ut] ui *A* *corr.* ,ut *A*² viceni] uicini *PAB* in cibum *v* obiiciunt *V* iis *PB* ii^{i}s *A* his *v* 3 inhordeaceam *A* 4 saginamdum *A* *fortasse* circiter sesquimensem qui sunt nati sesquimense *AB* sexquimense *P* sesquimenses *v* 5 natu *PAB* nati *v* includant *A* 6 madefacta *PAB* madefactam *v* ita ut per dies saturent *VB* ^{ita} ut perdematurent (*corr.* — des saturent) *A* ut ita per. d. dies saturent *m* ita ut ter die se saturent *Ursinus ex Columella VIII 14, 10* 8 quotienscunque *VB* 9 ipsae *utroque loco VAB* ipsi *Iucundus.* 'Quod ipsi amant. *Et hic, et paulo post iterum, muliebri genere in antiquis libris Anseres appellantur : nihil tamen uariaui : nam supra, cum de illis agere coepit, in iisdem antiquis libris uirili genere uocantur' Victorius* 10 relincunt *P* relingunt *A* relinquunt *Bv*

11 Qui autem volunt] De anatibus *in margine rubrica A* anatium *PAB* anatum *mv* 12 nessothrophion *B* quoi] qui *corr.* cui *A* qui *PB* quis *v* 15 septum *V* 16 uillam Sei *Iucundus* uillam sit *VAB* 17 ostio *V* hostio *AB* claudantur *Am* 18 lata] lacta *A* sunt tecta *VAB* sint tecta *m*

eas vestibulum earum exaequatum tectorio opere testaceo. in eo perpetua canalis, in quam et cibus ponitur [in iis] et in-
3 mittitur aqua. sic enim cibum capiunt. omnes parietes tectorio levigantur, ne faeles aliave quae bestia introire ad nocendum possit, idque saeptum totum rete grandibus maculis integitur, ne eo involare aquila possit neve [ea] evolare anas. pabulum iis datur triticum, hordeum, vinacei, uvae, non numquam etiam ex aqua cammari et quaedam eius modi aquatilia. quae in eo saepto erunt piscinae, in eas aquam large influere oportet, ut semper recens sit.

4 Sunt item non dissimilia alia genera, ut querquedulae, phalarides, sic perdices, quae, ut Archelaus scribit, voce maris audita concipiunt. quae, ut superiores, neque propter fecunditatem neque propter suavitatem saginantur et sic pascendo fiunt pingues. quod ad villaticarum pastionum primum actum pertinere sum ratus, dixi.

XII Interea redit Appius, et percontati nos ab illo et ille a nobis, quid esset dictum ac factum. Appius, Sequitur, inquit, actus secundi generis, adficticius ad villam qui solet esse, ac nomine antico a parte quadam leporarium appellatum. nam neque solum lepores in eo includuntur silva, ut olim in iugero agelli aut duobus, sed etiam cervi aut capreae in iugeribus multis. Quintus

---

20 in iugero agelli *Charis. p. 134, 8* 21 Quintus Fulvius Lippinus *Plin. 9, 173*

---

1 testaceo *v* testato *PAB* 2 in iis *PAB* in his *v*, *om. Iucundus* inmittitur *A* immittitur *VB* 4 leugantur *A* fęles *P* faeles *B* feles *Av* 5 septum *V* totum *om. A* 6 aquila *V* aliquam *corr.* aquila *A* aliquila *B* neue ea *PAB* neue ex ea *v* 7 iis datur *PAB* his datur *v* nonnunquam *VB* nouumquam *A corr.* nōnumquam A^2 8 gammari *PAB* gamari *v* aquatila *A* eo saepto *B* eo septo *A* eodem septo *V*

11 phalarides *PAB* phalerides *v* 12 que ut que archelaus *A*

13 foecunditatem *V*

16 Interea] De leporibus *in margine rubrica A* percontati *B* perconctati *P* percunctati *Av* 17 esset] $\overline{ee}$ *A* est *m* ac factum *VB* a factum *A corr.* ac factum A^2 aut factum *m* inquit *VB* inquid *A* 18 adficticius *PA* afficticius *B* afficticius *v* 19 antico *A* antiquo *VB* nam] nan *A* 20 lepores in eo *Am Iucundus* lepores eo *VB Victorius* in iugero] inuuero *A*

Fulvius Lippinus dicitur habere in Tarquiniensi saepta iugera quadraginta, in quo sunt inclusa non solum ea quae dixi, sed etiam oves ferae, etiam hoc maius hic in Statoniensi et quidam in locis aliis; in Gallia vero transalpina T. Pompeius tantum 2
saeptum venationis, ut circiter ∞ ∞ ∞ ∞ passum locum inclusum habeat. praeterea in eodem consaepto fere habere solent [de animalibus] cocliaria atque alvaria atque etiam dolia, ubi habeant conclusos glires. sed horum omnium custodia, incrementum et pastio aperta, praeterquam de apibus. quis enim 3
ignorat saepta e maceriis ita esse oportere in leporario, ut tectorio tacta sint et sint alta? alterum ne faelis aut maelis aliave quae bestia introire possit, alterum ne lupus transilire; ibique esse latebras, ubi lepores interdius delitiscant in virgultis atque herbis, et arbores patulis ramis, quae aquilae inpediant conatus. quis item nescit, paucos si lepores, mares ut feminas, intromiserit, 4
brevi tempore fore ut inpleatur? tanta fecunditas huius quadripedis. quattuor modo enim intromisit in leporarium, brevi solet repleri. etenim saepe, cum habent catulos recentes, alios in ventre habere reperiuntur. itaque de iis Archelaus scribit, annorum quot sit qui velit scire, inspicere oportere foramina naturae,

---

1 Fulvius] fluuius *Am* lippinus *PAB* lupinus *mv* tarquinensi *B* septa *V* 2 sunt] sint *Bm* inclusa *Iucundus* inclusae *VB* incluse *A* 3 hic in statoniensi *V* hic in stato^{i}nensi *A* in statoniensi hic *corr.* hic in statoniensi *B* in straconensi *m* 4 ponpeius *A* 5 septum *V* ∞ ∞ ∞ ∞ passum *P* ∞ ∞ XX passim *A* XXXX passum *B* XXX passuum *m* XXXX milia passuum *v* 6 consepto *V* fere *om. Am* 7 de animalibus *inclusit Gesnerus auctore Ursino* cocliaria atque aluaria *PB* cocliaria adque aluaria *A* coclearia atque aluearia *v* 8 horum] orum *A* 9 de] da *corr.* de *A* 10 septa *V* 11 tacta *PAB* tecta *mv* alta] alāta *A* fęlis aut męlis *PB* felis aut melis *A* feles aut meles *v* 13 interdiụs *A* interḍiu *VB* delitiscant *P* delitescant *ABv* 14 inpediant *A* impediant *VB* 15 item *AB* enim *V* mares ut feminas *AB* mares ut foeminas *P* mares aut foeminas *mv*. 'Mares ut foeminas. *In excusis antea, Mares in foeminas, corrupte: uetus lectio et uera, et elegans est' Victorius. fortasse* mares ac feminas 16 tepore *A* impleatur *PAB* repleatur *v* foecunditas *V* quadripedis *PAB* quadrupedis *v* 17 quatuor enim modo si intromiseris *Iucundus* intromisit *PAB* intromissis *v* 18 etenim *Ursinus* ut enim *VAB* 19 de iis *PB* de hiis *Am* de his *v* 20 q̄t sit *A* quod sit *P* quod (*corr.* quot) sint *ut videtur B* quot sint *v* quis uelit *VAB*

5 quod sine dubio alius alio habet plura. hos quoque nuper institutum ut saginarent pleraque, cum exceptos e leporario condant in caveis et loco clauso faciant pingues. quorum ergo tria genera fere sunt: unum italicum hoc nostrum pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, ventre albo, auribus longis. qui lepus dicitur, cum praegnas sit, tamen concipere. in Gallia transalpina et Macedonia fiunt permagni, in
6 Hispania et in Italia mediocres. alterius generis est, quod in Gallia nascitur ad Alpis, qui hoc fere mutant, quod toti candidi sunt: ii raro perferuntur Romam. tertii generis est, quod in Hispania nascitur, similis nostro lepori ex quadam parte, sed humile, quem cuniculum appellant. L. Aelius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset. ego arbitror a graeco vocabulo antico, quod eum Aeolis [et bonum] λέποριν appellabant. cuniculi dicti ab eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere solent,
7 ubi lateant in agris. horum omnium tria genera, si possis, in leporario habere oportet. duo quidem utique te habere puto, [et] quod in Hispania annis ita fuisti multis, ut inde te cuniculos persecutos credam.

XIII Apros quidem posse haberi in leporario, nec magno negotio

---

1 hos quoque nuper institutum *Macrob. saturn. III 13, 14*

---

1 alius alio habet *AB Victorius* alius habet alio *V* plura *Av*, *sed* lura *in rasura A*, para *Bm* pωra *P* 2 *fortasse* ut saginarent, plerique cum saginarent *PAB* saginarentur *v* condant *VB* concludant *Am*, *sed* clu *ut videtur deletum A* quondam *codices Macrobii sat. III 13, 14* 3 fatiant *A* quorum ergo *PAB* eorum ergo *v* 4 ho *A corr.* hoc A^2 6 praegnas *PB* pregnās *A* praegnans *v* 7 galli . a *una littera post* i *deleta priore loco A* 9 ad alpes *Iucundus* adadpis *PAB* adadapis *v* hoc *superscriptum in B* 10 ii raro *PB* ^{h}ii raro *A* hi raro *v* tercii *A* 14 antico *A* antiquo *VB* eum aeolis et bonum leporum appellabant *PAB* eo aeoles boetii leporem appellabant *v*. 'Quod eum Aeolis Boeotii leporim. *Nescio an in his uerbis mendum sit, antiqua certe lectio diuersa, quae tamen ualde perturbata est*: Aeolis et bonum leporum' *Victorius*. et bonum *inclusit Zahlfeldt quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 26* 15 ipsis *Am* 18 et *delevit Schneiderus* fuistis *A* 19 persecutos *VB* persecunctos *A* prosecutos *Ursinus*

20 quidam *corr.* quidem *A* posse habere *PAB* habere posse *v* haberi posse *Ursinus* negocio *V*

ibi et captivos et cicuris, qui ibi nati sint, pingues solere fieri scis [inquam], Axi. nam quem fundum in Tusculano emit hic Varro a M. Pupio Pisone, vidisti ad bucinam inflatam certo tempore apros et capreas convenire ad pabulum, cum ex superiore loco e palaestra apris effunderetur glas, capreis vicia aut quid aliut. Ego vero, inquit ille, aput Q. Hortensium cum in agro 2
Laurenti essem, ibi istuc magis θρακικῶς fieri vidi. nam silva erat, ut dicebat, supra quinquaginta iugerum maceria saepta, quod non leporarium, sed therotrophium appellabant. ibi erat locus excelsus, ubi tricilinio posito cenabamus. quo Orphea 3
vocari iussit. qui cum eo venisset cum stola et cithara cantare esset iussus, bucina inflavit, ut tantum circumfluxerit nos cervorum aprorum et ceterarum quadripedum multitudo, ut non minus formosum mihi visum sit spectaculum, quam in circo maximo aedilium sine Africanis bestiis cum fiunt venationes.

Axius, Tuas partes, inquit, sublevavit Appius, o Merula noster. XIV
quod ad venationem pertinet, breviter secundus trasactus est actus. nec de cochleis ac gliribus quaero, quod relicum est: neque enim

---

1 cicuris *PAB* cicures *v* 2 scis] sis *Am* inquam Axi *PAB* inquam Agri Axi *v* 3 a. m. pu, (pio) pione pisone *A* 4 capreas *PAB* capros *v* comuenire *A* 5 effunderetur *ABv* effuderetur *P* glas *PAB* glans *v* capreis uicia *Iucundus* capris uitia *PAB* capris uicia *v* aut qui *A corr.* aut quid A^2 6 aliut *P* aliud *ABv* inquit *VB* inquid *A* apud q. hortensium *VB* aput q (*corr.* q.) hortens(i)um *A* 7 magistracicos *B* magistraicos *Am* magis tragicos *V* 8 sępta *B* scepta *A* septa *V* 9 therotrophium *P* thero throphium *AB* theriotrophinm *v* appellabat *Iucundus* erat] erit *A* 10 tricilinio *PB* triclinio *Av* cenabamus quod (q *A*) orphea *PAB* coenabamus apud quod orphea *v* 12 bucina inflauit *AB* bucinam inflauit *P* buccinam inflauit *v* ubi tanta circumfluxit *Iucundus.* '*Vetus lectio diuersa est, Vt tantum circunfluxerit nos*' *Victorius* ut tantum *PAB* ubi tantum A^2mv circumfluxerit *AB* circunfluxerit *V* circumfluxit *m* 13 approrum *A* caeterarum *V* quadripedum *PAB* quadrupedum *v* multitudo *delevit Scaliger* 15 fuunt *A*

16 Axius] De cocleis et gliribus *in margine rubrica A* inquit *VB* inquid *A* Appius *AB* Apius *V* 17 uenationes *corr.* — nē *B* trasactus *A* traactus *P* transactus *Bv* 18 nec *VB* nec *corr.* nunc *A* nunc *m* cochleis *VB* clocliis *A* relicum *P* relictum *A* reliquum *Bv*

magnum emolumentum esse potest. Non istuc tam simplex est, inquit Appius, quam tu putas, o Axi noster. nam et idoneus sub dio sumendus locus cochleariis, quem circùm totum aqua claudas, ne, quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quaeras. Aqua, inquam, finiendae, ne fugitivarius sit parandus.
2 Locus is melior, quem et non coquit sol et tangit ros. qui si naturalis non est, ut fere non sunt in aprico loco, neque habeas in opaco ubi facias, ut sunt sub rupibus ac montibus, quorum adluant radices lacus ac fluvii, manu facere oportet roscidum. qui fit, si adduxeris fistula et in eam mammillas inposueris tenues, quae eructent aquam, ita ut in aliquem lapidem incidat ac late
3 dissipetur. parvus iis cibus opus est, et is sine ministratore, et hunc, dum serpit, non solum in area reperit, sed etiam, si rivus non prohibet, parietes stantes invenit. denique ipsae exgruminantes ad propolam vitam diu producunt, cum ad eam rem pauca laurea folia intericiant et aspergant furfures non multos. itaque
4 cocus has vivas an mortuas coquat, plerumque nescit. genera cochlearum sunt plura, ut minutae albulae, quae adferuntur e Reatino, et maximae, quae de Illyrico adportantur, et mediocres, quae ex Africa adferuntur; non quo non in his regionibus quibusdam locis ac magnitudinibus sint dispariles: nam et valde amplae sunt, quamquam ex Africa, quae vocantur solitannae, ita

---

17 genera cochlearum *Plin. 9, 173*

---

1 magnus *A corr.* — nū *A*² molimentum *Palmerius spicileg. p. 847* 2 inquit *VB* inquid *A* 3 cochleariis *VB* cloclеariis *A* totum *VB* tentum *vel* tectum *corr.* totum *A* tectum *m* claudas *V* glaudas *AB* 4 nequas sibi *B* posueris *superscriptum in A* 6 coquat *corr.* — it *A* si tū naturalis *A* 8 opaco] hoc paco *A corr.* opaco *A*² 9 adluant *PA* alluant *B* abluant *v* 10 fistula *PAB* fistulam *v* inposueris *A* imposueris *VB* 11 erunctent *A* 15 propolam *Ursinus* propalam *VAB* producunt *v* perducunt *PAB* 16 laurea folia *v* laureae folia *P* laureae foliae *B* lauree folie *A* interriciant *A* 17 hac (*corr.* has *A*²) uiuas an non mortuas *A* plerunque *V* 18 cochlearum *V* cochearum *AB* adferuntur *A* afferuntur *VB* e reatino *AB* a reatino *V* 19 illyrico *V* illirico *A* yllirico *B* adportantur apportantur *VB* 20 adferuntur *A* afferuntur *VB* 21 dispariles *mv* disperiles *PAB* 22 quaedam ex Africa *Iucundus* solitanne ita ut in easi, *sed deleta* i *littera postremo loco A*

ut in eas LXXX quadrantes coici possint, et sic in aliis regionibus
eaedem inter se conlatae minores ac maiores. hae in fetura 5
pariunt innumerabilia. earum semen minutum ac testa molli diu-
turnitate obdurescit. magnis insulis in areis factis magnum bolum
deferunt [aeris]. has quoque saginare solent ita, ut ollam cum
foraminibus incrustent sapa et farri, ubi pascantur, quae foramina
habeat, ut intrare aer possit. vivax enim haec natura

Glirarium autem dissimili ratione habetur, quod non aqua, XV
sed maceria locus saepitur: tota levi lapide aut tectorio intrin-
secus incrustatur, ne ex ea erepere possit. in eo arbusculas esse
oportet, quae ferunt glandem. quae cum fructum non ferunt,
intra maceriem iacere oportet glandem et castaneam, unde saturi
fiant. facere iis cavos oportet laxiores, ubi pullos parere possint: 2
aquam esse tenuem, quod ea non utuntur multum et aridum lo-
cum quaerunt. hae saginantur in doliis, quae etiam in villis
habent multi, quae figuli faciunt multo aliter atque alia, quod in
lateribus eorum semitas faciunt et cavum, ubi cibum constituant.
in hoc dolium addunt glandem aut nuces iuglandes aut castaneam.
quibus in tenebris, cumularim positum est in doleis, fiunt pingues.

---

solitannelta ut in eas *B* solitannae ita ut eas *P* solitanae ita ut earum calices *v* 'Ita ut in eas LXXX. etc. *Ita locum restitui ope uetustorum codicum, ex ingenio tamen, quod desiderari uidebatur, addidi. Quo autem studiosi, recte ne hac libertate usus sim, iudicare possint, ueterem lectionem adponam* : Ita ut eas LXXX. quadrantes coici possint' *Victorius* 1 LXXX quadrantes coici possint *PAB* quadrantes octoginta capere possint *v* 2 eaedem *Iucundus* eisdem *VAB* collatae minores *PB* conlacta eminores *A* collata et minores *v* foetura *V* 3 mollis *A* 5 deferunt aeris *PB* deferunt acris *A* deferunt *v* cum] con *A* 6 et farri *PA* ac farri *B* et farre *v* pascantur quae foramina *v* pascuntur qua foramina *PAB*

9 sepitur *V* 10 ne ex ea *ABv* nec ex ea *P* possint *Gesnerus* 12 satura *corr.* — ri *A* 13 iis *AB* his *V* cauos *v* clauos *A* clauos *PB* caueas *m* 14 aquam esse tenuem *AB Victorius* aquam esse iis tenuem *P* aquam oportet esse tenuem *v* 15 hi saginantur *Iucundus* 16 fatiunt *A* atque *Bv* adque *PA* 19 cumularim positum est *PAB* cliuulatim al' ylatim positum est *m* cum cumulatim positum est *v*. '*Antiqua lectio deprauata, quam corrigere nequiui . ut alii in hoc laborent, eam omnibus proponam, et uitia peruulgatae ostendam. Optimus, ac uetustissimus codex,* Quibus in tenebris cumularim positum est in doleis. *Mediae uetustatis liber, qui semper*

XVI Appius, Igitur relinquitur, inquit, de pastione villatica tertius actus de piscinis. Quid tertius? inquit Axius. an quia tu solitus es in adulescentia tua domi mulsum non bibere propter parsimoniam, nos mel neclegemus? Appius nobis, Verum dicit, in-
2 quit. nam cum pauper cum duobus fratribus et duabus sororibus essem relictus, quarum alteram sine dote dedi Lucullo, a quo hereditate me cessa primum et primus mulsum domi meae bibere coepi ipse, cum interea nihilo minus paene cotidie in convivio
3 omnibus darem mulsum. praeterea meum erat, non tuum, eas novisse volucres, quibus plurimum natura ingeni atque artis tribuit. itaque eas melius me nosse quam te ut scias, de incredibili earum arte naturali audi. Merula, ut cetera fecit historicos, quae sequi melitturgoe soleant [id est qui exercet mellaria], demonstrabit.

4 Primum apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. itaque Archelaus in epigrammate ait eas esse

βοὸς φθιμένης πεπλανημένα τέκνα,

---

mendosior esse consueuit, Quibus in tenebris cliuulatim positum etc. *Quanquam hylarim, posse pro cliuulatim, legi, supra ille adnotatum habet' Victorius* doleis *AB* doliis *V*

1 inquit *Bv* inquid *PA* tercius *priore loco A* 2 inquit *VB* inquid *A* solitus es] solitues *A* 3 adulescentia *A* adolescentia *VB* 4 neclegimus *PAB* negligimus *v* negligemus *Iucundus* inquit *VB* inquid *A* 6 quarum] earum *Scaliger* lucullo *V* luculo *A* lucillo *B* 7 haereditate *V* 8 cepi *A* interra nichilo *A* pene *V* 9 darem *VA* dare *Bm* daretur *Ursinus* 10 ingenii *VAB* atque *Bv* adque *PA* 11 tribuit *VB* intribuit *A* attribuit *m* nosse *AB Victorius* nosce *V* 12 earum artium naturali *PAB* earum auium natura *v* caetera *V* historicos *PB* istoricos *A* hyliscus *v* 13 melitturgeo *ut videtur corr.* meliturgeo *A* meliturgeo *PB* melitturgi *Victorius* meliturgi *v* id est qui exercet mellaria *omisit Iucundus* . id est *om. A* 14 demonstrabit. De apibus. primum apes, *sed* De apibus *in media versus parte rubrica scriptum A*

16 epigramate *A* eas esse] ea sese *A* 17 boos pthimenes (boes phtimenes *B*) pepianem mina tegna *PAB* βοὸς φθινομένης πεποιήμενα τεκνα *v, ubi* c' φθιμένης *superscripsit P.* 'Βοὸς φθιμένης πεποιημένα τέκνα. *Cum aliis omnibus in locis litteris Graecis Graecae uoces in optimo exemplari scriptae sint, hic tantum Latinis : quare magis laboraui. Tertiam dictionem mendum continere puto : non enim conuenit illi cum uetustis uestigiis, nec*

idem

ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων δὲ μέλισσαι.

eae apes non sunt solitaria natura, ut aquilae, sed ut homines. quod si [in] hoc faciunt etiam graguli, at non idem, quod hic societas operis et aedificiorum, quod illic non est; hic ratio atque ars, ab his opus facere discunt, ab his aedificare, ab his cibaria condere. tria enim harum, cibus, domus, opus, 5 neque idem quod cibus cera, nec quod ea mel, nec quod domus. non in favo sex angulis cella, totidem quot habet ipsa pedes? quod geometrae hexagonon fieri in orbi rutundo ostendunt, ut plurimum loci includatur. foris pascuntur, intus opus faciunt, quod dulcissimum quod est, et deis et hominibus est acceptum, quod favus venit in altaria et mel ad principia convivi et in secundam mensam administratur. haec ut hominum 6 civitates, quod hic est et rex et imperium et societas. [quod] secuntur omnia pura. itaque nulla harum adsidit in loco inquinato aut eo qui male oleat, neque etiam in eo qui bona olet unguenta. itaque iis unctus qui accessit, pungunt, non, ut muscae,

---

16 itaque nulla harum assidit *geopon. XV 3, 4*

---

sensum praeterea ullum idoneum habet. Notas quas pro illa inueni accurate exprimam, Pepianem mina: — *quod φθιμένης, quam φθινομένης scribere malui, dedi id antiquorum librorum auctoritati' Victorius πεπλανημένα Scaliger* 1 idem h . . ippomens piches geneamos chondae melissae *duabus litteris post* h *deletis A* idem hipponienes piches genea moschondae (melissae) *B* Idem ἱππῶν μεν σφῆκες γενεὰ μοσκῶν δὲ μελισσαι *V, ubi ἵππων μὲν et μοσχῶν correxit P* 3 eae *PB* hee *m et in rasura A* hae *v* 4 quod si hoc *Iucundus* graguli *PAB* gracculi *v* at non *VB* aut non *Am* 5 hic ratio *VB* inc (*corr.* (hinc *A*[2]) ratio *A* hinc ratio *m* atque *Bv* adque *PA* 6 ars] artis *B* 8 cera nec quod ea mel *B* caera neque quod ea mel *V* cera nec quod hec ea mel *A* quod haec ea mel *m* nec quod mel domus *Iucundus* 9 totidem quot *Bv* totidem quod *PA* habet ipsa pedes *AB* habet pedes *V* 10 rutundo *PA* rotundo *Bv* 12 fatiunt *A* deis *VB* diis *in rasura A*[2] 13 fauus *v* fauum *PAB* conuiui *PA* conuiuii *BA*[2]*v* 14 secunda, *sed* a *in rasura A* administratur *VA* amministratur *B* haec *VB* hec *A* hee *m* 15 sotietas *A* 16 secuntur *PAB* sequuntur *v* adsidit *PA* assidit *Bv* 18 itaque iis *PAB* itaque hiis *A*[2]*m* itaque his *v*

20*

ligurriunt, quo nemo has videt, ut illas, in carne aut sanguine
aut adipe. ideo modo considunt, [in] quorum sapor dulcis.
7 minime malefica, quod nullius opus vellicans facit deterius; neque
ignava, ut non, qui eius conetur disturbare, resistat; neque
tamen nescia suae inbecillitatis. quae cum causa musarum esse
dicuntur volucres, quod et, si quando displicatae sunt, cymbalis
et plausibus numero redducunt in locum unum; et his dis Heli-
cona atque Olympon adtribuerunt homines, sic his floridos et in-
8 cultos natura adtribuit montes. regem suum secuntur, quocum-
que it, et fessum sublevant, et si nequit volare, succollant, quod
eum servare volunt. neque ipsae sunt inficientes nec non oderunt
inertes. itaque insectantes ab se eiciunt fucos, quod hi neque
adiuvant et mel consumunt, quos vocificantes plures persecuntur

---

1 lingurriunt *PAB* liguriunt *v*. 'Non ut muscae ligurriunt. *Duo rr hoc uerbum habere in optimis exemplaribus*, *et hic*, *et apud Terentium obseruaui' Victorius* quod nemo *VAB* 2 ideo modo considunt *AB* ideo modo eo considunt *V*. *fortasse* in eis modo considunt in quorum sapor *PAB* in quo est sapor *v* dulcis] dulcissime, *sed* sime *deletum A* 3 maleficia *A corr.* — ca A^2 nullius] nul | nus *A* facit *superscriptum in A* 4 ut non qui eius conetur *B* ut non qui conetur *P* ut nun (*corr.* non) qui (ei) eius (opus) conetur *A*, *ubi* ei *et* opus *postea minore scriptura superscripta sunt,* ut non ei qui eius opus conetur *m* ut non ei qui conetur *v* 5 inbecillitatis *A* imbecillitatis *VB* 6 dicunt *PAB* dicantur *v* uolucres — reducunt *in margine scripta sunt in A* cymbalis *VB* cimbalis *A* 7 plausibus *VB* pl(a)usibus *A* pulsibus *m* *fortasse* numerosis redducunt *P* reducunt *ABv*. 'Numero redducunt. *In antiquis duo* dd, *hoc uerbum habet' Victorius* et his *PAB* et ut his *v* dis *A* diis *VB* helicon *AB* elicon *P* elicona *v* 8 atque *Bv* adque *PA* olympon *VB* olimpon *A* adtribuerunt *PA* attribuerunt *Bv* 9 natura attribuit *mv* natura adtribuunt *A* natura attribuunt *PB* secuntur *PAB* sequuntur *v* quocunque *V* 10 it et fessum *Vm* ut fessum *corr.* it et fessum *A* ut et fessum *B* nequit *VB* nequid *A* succollant *v* succolant *PAB* subuolant A^2m 11 ipsae *in margine scriptum in B* 12 inpectantes *A* impectantes *PB* impetentes *v*. 'Itaque insectantes a se eiciunt fucos. *Ita ex antiquis codicibus emendaui . uetus lectio paruam maculam habebat, quam deleui.* Itaque impectantes etc. *Vnius igitur literae correctio totam rem confecit' Victorius* 13 persecuntur *PAB* persequuntur *v*

etiam paucae. extra ostium alvei opturant omnia, qua venit inter favos spiritus, quam erithacen appellant Graeci. omnes ut in 9
exercitu vivunt atque alternis dormiunt et opus faciunt pariter et ut colonias mittunt, iique duces conficiunt quaedam ad vocem ut imitatione tubae. tum id faciunt, cum inter se signa pacis ac belli habeant. sed, o Merula, Axius noster ne dum haec audit physicam achiscat, quod de fructu nihil dixi, nunc cursu lampada tibe trado.

Merula, De fructu, inquit, hoc dico, quod fortasse an tibi 10
satis sit, Axi, in quo auctorem habeo non solum qui alvaria sua locata habet quotannis quinis milibus pondo mellis, sed etiam hunc Varronem nostrum, quem audivi dicentem duo milites se habuisse in Hispania fratres Veianios ex agro Falisco locupletis, quibus cum a patre relicta esset parva villa et agellus non sane maior iugero uno, hos circum villam totam alvaria fecisse et hortum habuisse ac relicum thymo et cytiso opsevisse et apiastro, quod alii meliphyllon, alii melissophyllon, quidam mellinam appellant. hos numquam minus, ut peraeque ducerent, dena milia 11

---

16 apiastro quod alii melissophyllon *schol. in Verg. georg. IIII 63*

---

1 ostium *V* hostium *AB* opturant *PA* obturant *Bv* 2 quam erithacen *B* quam erhithacen *P* erithacen quam *A* quam rhithacen *v* 3 exerciti *A corr.* — tu *A*² atque *Bv* adque *PA* fatiunt *A* 4 et *ante* ut *om. A* 5 fatiunt *A* 6 Axius noster *v* axi noster *PAB* 7 physicam (phisicam *A*) achiscat *PAB* physicam addiscat *v*. '*Nihil hic uariaui, uetustam tamen scripturam proponam, quae siquid in se boni habet, ualde hic perturbatum ac obscuratum habet:* Physicam achiscat' *Victorius*. physica fatiscat *Schneiderus* nichil *A* nunc *Iucundus* non *VAB* 8 tibe trado *VAB* tibi trado *Iucundus*

9 inquit *Bv* inquid *PA* 10 in quo auctorem *V* in quo autorem *B* (in co) autorem *A* 11 quotannis *Bv* quod annis *P* q̄ annis *A* 13 ueianios *VA* uelanios *B* locupletis *PAB* locupletes *v* 15 totam] totum *A* aluariam *PA* aluarium *B* aluearium *v* 16 relicum *PAB* reliquum *v* cythiso *V* cithiso *A* cithyso *B* opseuisse *PAB* oppleuisse *v* 17 meliphyllon *A* meliphyllō *P* melliphyllon *B* meliphilō *v* melissophyllon *PB* melissophillon *A* melisophilon *v* mellinem *PAB* mellinā *m* mellinom *v*. '*Optimum exemplar,* Mellinen, *habet' Victorius* 18 nunquam *V*

sestertia ex melle recipere esse solitos, cum eis et velle expectare,
ut suo potius tempore mercatorem admitterent, quam celerius
alieno. Dic igitur, inquit, ubi et cuius modi me facere oporteat
12 alvarium, ut magnos capiam fructus. Ille, Melittonas ita facere
oportet, quos alii melitrophia appellant, eandem rem quidam
mellaria. primum secundum villam potissimum, ubi non resonent
imagines (hic enim sonus harum fugae existimatur esse proce-
rum), esse oportet aere [et] temperato, neque aestate fervido
neque hieme non aprico, ut spectet potissimum ad hibernos ortus,
[quae] prope se loca habeat ea, ubi pabulum sit frequens et
13 aqua pura. si pabulum naturale non est, ea oportet dominum
serere, quae maxime secuntur apes. ea sunt rosa, serpyllon,
apiastrum, papaver, faba, lens, pisum, ocimum, cyperum, medice,
maxime cytisum, quod valentibus utilissimum est. etenim ab
aequinoctio verno florere incipit et permanet ad alterum aequi-
14 noctium [autumnum]. sed ut hoc aptissimum ad sanitatem apium,
sic ad mellificium thymum. propter hoc Siculum mel fert pal-
mam, quod ibi thymum bonum frequens est. itaque quidam
thymum contundunt in pila et diluunt in aqua tepida: eo con-
15 spergunt omnia seminaria consita apium causa. quod ad locum
pertinet, hoc genus potissimum eligendum iuxta villam, non quo

---

4 melittonas ita facere oportet *Gell. II 20, 9* 11 si pabulum naturale non est *Plin. 21, 70*

---

1 *fortasse* cum vellent expectare cum eis *PAB* tum eos *v* 2 admitterent *VA* ammitterent *B* qua celerius *A* 3 inquit *VB* inquid *A* 4 melittonas *v* mellitonas *PAB* 5 melitrophia *VA* mellitrophia *B* eandem *v* eodem *PAB corr.* eādem A^2 7 exisistimatur *A* procerum esse *in margine scriptum in B* . protelum *Scaliger* 8 aere et temperato *PA* aere temperato *Bv* 9 hyeme *V* hybernos *V* 12 secuntur *AB* sequuntur *V* serpyllon *AB* serpillon *P* serpillum *v* 13 ocimum ciprum medicae *B et adscripto in margine* c' (ocimum) cypicum *P* ciprum medice *A* ocymum medicae *v* 14 cytisum *AB* cythisum *V* quod minus ualentibus *Ursinus* 16 autumnum *B* autunnum *P* autumnum *corr.* — ni *A* autumpni *m* auctunni *v* 17 mellifitium *A* sicculum *A* 18 ibi] hibi *A* 19 eo conspergunt *VB* co conspergunt *A* ea conspergunt A^2m

non in villae porticu quoque quidam, quo tutius essent, alvaria
collocarent. ubi sint, alii faciunt ex viminibus rutundas, alii e
ligno ac corticibus, alii ex arbore cava, alii fictiles, alii etiam ex
ferulis quadratas longas pedes·circiter ternos, latas pedem, sed
ita, ubi parum sunt quae conpleant, ut eas conangustent, in vasto
loco inani *ne* despondeant animum. haec omnia vocant a mellis
alimonio alvos, quas ideo videntur medias facere angustissimas,
ut figuram imitentur earum. vitiles fimo bubulo oblinunt intus 16
et extra, ne asperitate absterreantur. easque alvos ita conlocant
in mutulis parietis, ut ne agitentur neve inter se contingant,
cum in ordinem sint positae. sic intervallo interposito alte-
rum et tertium ordinem infra faciunt et aiunt potius hinc
demi oportere, quam addi quartum. media alvo, [in] qua intro-
eant apes, faciunt foramina parva dextra ac sinistra. ad extrema, 17
qua mellarii favum eximere possint, opercula inponunt alvis.
optimae fiunt corticeae, deterrimae fictiles, quod et frigore hieme
et aestate calore vehementissime haec conmoventur. verno tem-
pore et aestivo fere ter in mense mellarius inspicere debet
fumigans leviter eas et ab spurcitiis purgare alvum et vermiculos
eicere. praeterea ut animadvertat ne reguli plures existant: 18
inutiles enim fiunt propter seditiones. [cum] et quidam dicunt,
tria genera cum sint ducum in apibus, niger ruber varius, ut

---

1 aluariam *PAB corr.* aluaria A^2 aluearia *v* 2 rutundas *P* rutund^{a}is *A* rotundas *Bv* 4 sed ita uti parum *VB* s7u ita uti parum *A* 5 conpleant *A* compleant *VB* conangustent *PA* coangustent *Bv* in uasto loco inani despondeant *VAB* ne in uasto loco et inani despondeant *v* 7 angustisimas *A* 8 uitiles *PAB* futiles *m* fictiles A^2*v*. '*Antea, Fictiles, in excusis. Vitiles emendaui, et auctoritate ueterum codicum, et ratione ita suadente' Victorius* bibulo *corr.* bubulo *B* 9 abstereantur *Am* conlocant *A* collocant *VB* 10 mutilis *corr.* mutulis *B* 11 in ordinem *VB* in ordine *Am* 12 tercium *A* 13 in *inclusit Schneiderus* 15 mellarii *PA* mellari *B* melliarii *v* possint *v* possunt *PAB* imponunt *VAB* 16 hyeme *V* 17 aestate] hestate *A* colore *corr.* calore *B* hic commouentur — mense *in margine scripta in A* haec] hic *VAB*, *om. m* hae *Gesnerus* commouentur *VAB* 18 inspicere] inspece *A* 19 ab spurcitiis *P* ab spurciciis *A* a spurcitiis *Bv* 20 seicere *A* 21 cum et quidam *PB* cum et quadam *corr.* cum et quidam *A* Vt quidam *v* 22 cum sint ducum] aut̄ sint dum cun *A*

Menecrates scribit, duo, niger et varius, qui ita melior, ut ex-
pediat mellario, cum duo sint *in* eadem alvo, interficere nigrum,
cum sit cum altero rege, esse seditiosum et corrumpere alvom,
19 quod fuget aut cum multitudine fugetur. de reliquis apibus
optima est parva varia rutunda. fur qui vocabitur, ab aliis
fucus, est ater [est] lato ventre. vespa, quae similitudinem habet
apis, neque socia est operis et nocere solet morsu, quam apes
a se secernunt. hae differunt inter se, quae ferae et cicures
sunt. nunc feras dico, quae in silvestribus locis pascitant, ci-
cures, quae in cultis. silvestres minores sunt magnitudine et
pilosae, sed opifices magis.

In emendo emptorem videre oportet, valeant an sint aegrae.
20 sanitatis signa, si sunt frequentes in examine, et si nitidae, et
si opus quod faciunt est aequabile ac leve. minus valentium
signa, si sunt pilosae et horridae, ut pulverulentae, nisi opifici
eas urget tempus: tum enim propter laborem asperantur ac
21 marcescunt. si transferendae sunt [alvos] in alium locum, id
facere diligenter oportet et tempora, quibus id potissimum facias,
animadvertendum et loca, quo transferas, idonea providendum:
tempora, ut verno potius quam hiberno, quod hieme difficulter
consuescunt [quod] translatae manere, itaque fugiunt plerumque.
si e bono loco transtuleris eo, ubi idonea pabulatio non sit,

2 mellaria *AB* melliaria *P* melliario *v* cum duo sint eadem *AB* *Victorius* cum duo sunt eadem *Vm* 3 cum sit *PAB* quem scit *v* aluom *PAB* aluum *v* 5 optima est parua *Iucundus* optima et parua *VA* optime et parua *B* rutunda *PAB* rotunda *v* uocabitur *PAB* uocatur *v* 6 fucus] factus *A* est alter est lato uentre *VAB* ater est lato uentre *Scaliger* 7 sotia *A* operis *VB* operi *Am* 8 qua ferae et cicures *Schneiderus* cicure *priore loco A* 9 quae in siluestribus *A*²*mv* qui in siluestribus *PAB* pascitant *Vm* pastitant *AB* 11 sed] et *A* opificis *A corr.* — ces *A*² 14 fatiunt *A* 15 horide ut (*corr.* aut *A*²) puluerulente *A* opificii *VAB* 16 ac *AB Victorius* et *V* 17 marcescunt *PB* marcesscunt *A* macescunt *v* si transferendae sunt aluos *PAB* si transferendi sunt alui *m* si transferendae sunt alui *A*²*v* 19 et loca — prouidendum *in margine scripta sunt in B* 20 uerno tempore potius *B* hyberno quod hyeme *V* 21 quod translatae *VAB* quo translatae *A*²*m* quo sunt translatae *Iucundus* manere *in lacuna om. B* plerunque *VB* perumque *A corr.* plerumque *A*² *ut videtur* 22 pabulatio *in lacuna om. B* non sint *A* non sint *PB* non sic *m* non est *v*

fugitivae fiunt. nec, si ex alvo in alvum in eodem loco traicias, neglegenter faciendum. sed et transiturae sint apes, ea apiastro 22 perfricandum, quod inlicium hoc illis, et favi melliti intus ponendi a faucibus non longe, ne, cum animadverterint aut inopiam esse habuisse dicitis ait cum sint apes morbidae propter primoris vernos pastus, qui ex floribus nucis graecae et cornu fiunt, coeliacas fieri atque urina potas refici. de iis propolim vocant, e 23 quo faciunt ad foramen introitus protectum in alvum maxime aestate. quam rem etiam nomine eodem medici utuntur in emplastris, propter quam rem etiam carius in sacra via quam mel venit. erithacen vocant, quibus favos extremos inter se conglutinant, quod est aliut melle propoli: itaque in hoc vim esse inliciendi. quocirca examen ubi volunt considere, eum ramum aliamve quam rem oblinunt hoc admixto apiastro. favus est, quem 24 fingunt multicavatum e cera, cum singula cava sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. neque quae adferuntur ad quattuor res faciendas, propolim, erithacen, favum, mel, ex iisdem omnibus rebus carpere dicunt. simplex, quod *e* malo punico et

---

2 neglegendum ter *corr.* neglegenter *A* negligenter *V*, *in lacuna om. B* sed et (si *add.* *A*[2]) transiturae sint *PAB* sed si transiturae sunt *v* 3 perfricandum *V* perfricanda *Am* per *cum lacuna B* 4 ne cum *VB* nec cum *Am*. '*Cum maiorem nullam opem studiosis dare possim, priscam scripturam illis ostendam:* Ne cum animaduerterint, aut inopiam esse habuisse dicitis ait cum sint apes etc.' *Victorius* inopiam esse habuisse dicitis *AB* inopiam essae habuisse dicitis *P* inopiam escae habuisse dicatur *v* 5 ait cum sint *PB* att cum sunt *A* aut cum sunt *v* 7 atque urina potas *PA* atque iis potas *lacuna post* iis *relicta B* atque urina pota *v* refici] fieri refici, *sed* fieri *deletum A* 9 qua rem *priore loco A* 10 carius] canus *A* 11 erithacen *A* erhithacen *P* rhithacen *v*. erithacen vocant *in lacuna om. B* quo fauos *Iucundus* inter se conglutinant *AB* simul inter se conglutinant *P* simul conglutinant *v* 12 quod^{e}aliut melle propoli *A* quod est aliud melle propoli *B* quod est aliud mel e propoli *V*. 'Quod est aliud melle, propoli. *Ita in manu scriptis antiquioribus scriptum inueni*' *Victorius* 13 inliciendi *A* illiciendi *VB* 14 admixto *VA* ammixto *B* 15 caera *V* caua *V* causa *A* causa *B* habeant *A* habeat *m* 16 quot] quod *VAB* adferuntur *A* afferuntur *VB*. *fortasse* adferunt 17 erhithacen *P* erithocem *Am* erithaci *B* rhithacen *v* iisdem *VB* hisdem *A* 18 omnibus] omnia *Gesnerus* capere dicunt *VAB* carpere dicuntur *Iucundus* quod e malo *Iucundus* quod malo *VAB*

asparago cibum carpant solum, ex olea arbore ceram, e fico mel, 25 sed non bonum. duplex ministerium praeberi, ut e faba, apiastro, cucurbita, brassica ceram et cibum: nec non aliter duplex, quod fit e malo et piris silvestribus cibus et mel: item aliter duplex, quod e papavere cera et mel. triplex ministerium quoque fieri, ut ex nuce graeca et e lapsano cibum, mel, ceram. item ex aliis floribus ita carpere, ut alia ad singulas res sumant, alia ad plures, 26 nec non etiam aliut discrimen sequantur in carptura aut eas sequatur, ut in melle, quod ex alia re faciant liquidum mel, ut e siserae flore, ex alia contra spissum, ut e rore marino; sic ex alia re, ut e fico mel insuave, *e* cytiso bonum, e thymo optimum. 27 cibi pars quod potio et ea iis aqua liquida, unde bibant esse oportet, eamque propinquam, quae praeterfluat aut in aliquem locum influat, ita ut ne altitudine escendat duo aut tres digitos: in qua aqua iaceant testae aut lapilli, ita ut extent paulum, ubi adsidere et bibere possint. in qua diligenter habenda cura ut aqua sit pura, quod ad mellificium bonum vehementer prodest. 28 quod non omnis tempestas ad pastum prodire longius patitur, praeparandus cibus, ne tum melle cogantur solo vivere aut relinquere exinanitas alvos. igitur ficorum pinguium circiter decem

---

1 caeram e fico *VB* caramo fico *corr.* ceram fico *A* caram e fico *m* 3 brasica *A* caeram et cibum *V* cera et cibum *A* cęra et cibum *B* 'Quod fit e malo et pyris syluestribus cibum, et mel. *In excusis antea,* *Ceram, et mel : cuncti manu scripti,* Circum et mel, *habent.* Cibum, *coniectura ductus emendaui' Victorius* 4 cibus et mel] circum et mel *AB* caeram et mel *V* 5 caera *V* 6 ut et nuce *A* et e lapsano *AB* et ex lapsano *P* et ex lapsana *v* caeram *V* 7 carpere *PAB* capere *v* ut alia *V* ut alias *A* ut alias *B* ut allia *m* 8 aliut discrimen *A* aliud discrimen *VB* 9 faciant *PB* fatiant *A* faciunt *v* ut e siserae flore *P* ut esisere flore *B* ut escsere flore *A* ut ex siserae flore *v* 10 ex alia contra *A* et alia contra *VB* ex allia contra *m* pissum *A corr.* spissum *A*² e rore] errore *A* errore *m* 11 e *ante* cytiso *om. VAB, add. Iucundus* e thymo *P* e thimo *B* et e thimo *Am* et thymo *v* 14 influat ita ut ne *AB* influat ut ne *P* influat ita ne *v* escendat *PAB* ascendat *v.* '*Antea in excusis,* Descendat, *mendose. Inde natus error uidetur, quod in manu scriptis* Escendat' *Victorius* duo *P* duos *ABv* 15 in aqua aqua *corr.* in qua aqua *A* 16 adsidere *AB* assidere *V* 17 mellifitium *A* 19 praeparandum (p[r]eparandum *A*) his cibus *PAB* praeparandus his cibus *v* reliquere *A*

pondo decoquont in aquae congiis sex, quas coctas in offas prope
adponunt. alii aquam mulsam in vasculis prope ut sit curant,
in quae addunt lanam puram, per quam sugant, uno tempore ne
potu nimium inpleantur aut ne incidant in aquam. singula vasa
ponunt ad alvos, haec supplentur. alii uvam passam et ficum
cum pisierunt, adfundunt sapam atque ex eo factas offas adpo-
nunt ibi, quo foras hieme in pabulum procedere tamen possint.

Cum examen exiturum est, quod fieri solet, cum adnatae 29
prospere sunt multae ac progeniem in coloniam emittere volunt,
ut olim crebro Sabini factitaverunt propter multitudinem liberorum,
huius quod duo solent praeire signa, scitur: unum, quod superi-
oribus diebus, maxime vespertinis, multae ante foramen ut uvae
aliae ex aliis pendent conglobatae; alterum, quod, cum iam evo- 30
laturae sunt aut etiam inceperunt, consonant vehementer, proinde
ut milites faciunt, cum castra movent. quae primo cum exierunt,
in conspectu volitant reliquas, quae nondum congregatae sunt,
respectantes, dum conveniant. [cum] a mellario cum id fecisse
sunt animadversae, iaciundo in eas pulvere et circumtinniendo

---

1 decoquont *PAB* decoquunt *v* coctas] coactas *Ursinus* 2 apponunt *VAB* prope *posteriore loco om. A* ut sit *v* ut sint *A* ut sint *PB* currant *A* 3 in quae *B* in que *PA* in quam *v* puram] purpuram *PAB* purpuream *v* quam *om. A* sugant *PB* sagant *A* sugunt *v* 4 impleantur *VAB* 5 haec supplentur *VB* hec subplentur *A* 6 cum pisierunt *Av* compisierunt *PB* cum pīsuerunt *A*[2] cum pinsuerunt *m* adfundunt *A* affundunt *VB* atque *VB* adque *A* apponunt *VAB* 7 'Quum foras hyeme etc. *Valde a priore lectione locus immutatus : nam sententiam, non uerba solum, uariatam habet. Modica in hac re licentia usus sum : ut tamen fidem meam exoluam, ueterem hic scripturam adponam, et quid secutus sim, omnibus aperiam* : Adponunt ibi, quo oras hyeme in pabulum procedere tamen possunt. *Ex perturbatis illis uocibus,* Quo oras : *Quum foras finxi : caetera ut illic erant, a priscis libris sumpsi' Victorius* foras] oras *AB* horas *V* hyeme *V* possint *VAB Victorius in editione* possunt *m Iucundus*

8 adnatae *VA* annatae *B* 9 prosperae *V* ac progeniem *v* ac progeniemue *P* ac progentemue *AB* 13 euolaturae sunt *v* euolaturae sint *PAB* 15 faciunt] facunt *A* *fortasse* quae primum exierunt 16 congregatae sunt *V* congregatae sint *AB* 17 cum a miliario (milario *B*) cum id fecisse *AB* cum a mellario id fecisse *V* 18 puluere *PB* puluerem *Amv* circumtiniendo *A* circumcinendo *m*

31 aere perterritae, quo volunt perducere, non longe inde oblinunt erithace atque apiastro ceterisque rebus, quibus delectantur. ubi consederunt, adferunt alvum [prope] eisdem inliciis elitam intus et prope adposita fumo leni circumdato cogunt eas intrare: ut qua in novam coloniam cum introierunt, permanent adeo libenter, ut etiam si proximam posueris illam alvum, unde exierunt, tamen novo domicilio potius sint contentae.

32 Quod ad pastiones pertinere sum ratus, quoniam dixi, nunc iam, quoius adhibetur ea cura, de fructu dicam. eximendorum favorum signum sumunt ex ipsis * uiris alvos habeat nem congerminarit coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum et cum intro eunt ac foras, trepidant, et [si] opercula alvum cum remoris, si favorum foramina obducta videntur mellis membranis,
33 cum sint repleti melle. in eximendo quidam dicunt oportere ita ut novem partes tollere, decumam relinquere: quod si omne

---

9 eximendorum favorum *geopon. XV 5*

---

1 p̄terite *corr.* perterite *A* preterite *m* 2 erithace *AB* erhithace *P* rhithace *v* caeterisque *V* 3 adferunt *A* afferunt *VB* eisdem *Iucundus* easdem *VB* easdem *corr.* eādem *A* inliciis elitam *AB* inliciis et litam *P* illiciis illitam *v* 4 apposita *v* appositae *PB* aposite *A* circumdato *B* circundato *V* circum | do *A* circueundo *m* ut qua *PAB* utque *v* . *fortasse* quae 5 introierunt *VA* introierint *B* 6 exierint *B*

9 quoius adhibetur *VA* quo ius adibetur *B* cuius causa adhibetur *Iucundus* 10 '*Vetus lectio*, Ex ipsis uiris aluos habeat uem cōgerminarit coniecturā, *etc. Ita in cunctis manu scriptis miro consensu legitur*' *Victorius* habeat nem congerminarit *B* habeat nem cum germinarit *A* habent et nem congerminauerint *P* habeat nam cum germinauerit *m* habeant et uti congerminauerint *v* 12 'Et si opercula alui cum remota sint. *Antiqua lectio maculosa, cuius etiam uitia accurato librario cognita fuerint: nam notam ad eam, quam solet, adposuit. Sic igitur in priscis libris*, Et si opercula aluum cum remoreissi' *Victorius* . et opercula aluum cum remoueris si *Scaliger* aluum cum remoreissi fauorum *PB* aluum cum ṙemoreis sit (*corr.* sic *ut videtur*) auorum *A* aluum cum remoueris fauorum *m* alui cum remota sint fauorum *v* 13 menbranis *A* 14 eximedo *A* ita ut *omisit Iucundus* 15 nouem (noues *corr.* — em *A*) partes *AB* IX partes *V* decumam *PAB* decimam *v* omne *Vm* omnem *AB* omnes *Beroaldus*

eximas, fore ut discedant. alii hoc plus relincunt, quam dixi. ut in aratis qui faciunt restibiles segetes, plus tollunt frumenti ex intervallis, sic in alvis, si non quotannis eximas aut non aeque multum, et magis his adsiduas habeas apes et magis fructuosas. eximendorum favorum primum putant esse tempus vergiliarum 34 exortu, secundum aestate acta, antequam totus exoriatur arcturus, tertium post vergiliarum occasum, et ita, si fecunda sit alvus, ut ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum ex hiematione relinquatur. sin alvus non sit fertilis, [ni]siquid eximatur, exemptio cum est maior, neque universam neque palam facere oportet, ne deficiant animum. favi qui eximuntur, siqua pars nihil habet aut habet incunatum, cultello praesicatur. providen- 35 dum ne infirmiores a valentioribus opprimantur: eo enim minuitur fructus. itaque inbecilliores secretas subiciunt sub alterum regem. quae crebrius inter se pugnabunt, aspargi eas oportet aqua mulsa. quo facto non modo desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes, eo magis, si mulso sunt asparsae, quo propter odorem

---

1 fore ut discedant *Vm* forte ut discendant *A* forte ut discedant *B* alii hoc plus *V* alii hoc eius *AB* relincunt *PA* relinquunt *Bv* 3 ex *in rasura* A^2 quotannis *Bv* quodannis *P* quod (*corr.* quot A^2) in annis *A* quod inanis *m* aeque] quaeque *PB* quaque *A* quoque *v* 4 his assiduas *VAB.* his *delevit Ursinus*

6 exortu *Iucundus* exortum *VAB* 7 tercium *A* secunda sit aluos *PAB* secunda sit aluus *v* foecunda sit aluus *Iucundus* 8 tercia *A* ex hiematione *AB* ex hyematione *P* et hyemationi *v* hyemationi *Iucundus* 9 sine aluus non fit fertilis *PAB* siue aluis non fit fertilis *v* exsimatur *A* 10 exemptio *V* exempto *AB* uniuersum *corr.* — am *B* 11 defitiant *A* 'Faui qui eximuntur, etc. *E ueteribus libris ita scripsi. Animaduertendus modus loquendi : nam in excusis antea, Fauorum qui eximuntur, etc. Quo autem ratio ueteris scripturae intelligatur, totum locum, ut in optimo exemplari scriptum inueni, hic adponam,* Faui qui eximuntur. Siqua pars nihil habet, aut habet incunatum, cultello praesicatur' *Victorius* 12 nechil *corr.* nichil *A* aut habet *superscriptum in A* incunatum *PAB* inquinatum *v* culltello *A* praesicatur *PAB* praesecatur *v* 13 ne infirmiores *V* ne firmiores *AB* 14 inbecilliores *A* imbecilliores *VB* subiiciunt *V* gregem *corr.* regem *B* 15 aspargi *PAB* aspergi *v*

16 non modo desistunt *B* non modo desi desistunt, *sed* desi *deletum A* non modo non desistunt *V* confertiunt *A* se lingentes *v* seligentes *PAB corr.* selīgentes A^2 solingentes *m* 17 asparsae *PAB* aspersae *v*

36 avidius adplicant se atque obstupescunt potantes. si ex alvo minus frequentes evadunt ac subsidit aliqua pars, subfumigandum et prope adponendum bene olentium herbarum maxime apiastrum
37 et thymum. providendum vehementer ne propter aestum aut propter frigus dispereant. si quando subito imbri in pastu sunt oppressae aut frigore subito, antequam ipsae providerint id fore, quod accidit raro ut decipiantur, et imbris guttis uberibus offensae iacent prostratae aut efflictae, conligendum eas in vas aliquod et reponendum in tecto loco ac tepido, promum e die quam maxime tempestate bona, cinere facto e ficulneis lignis infriandum paulo plus caldo quam tepidiore. deinde concutiendum leviter ipso
38 vaso, ut manu non tangas, et ponendae in sole. quae enim sic concaluerunt, restituunt se ac revivescunt, ut solet similiter fieri in muscis aqua necatis. hoc faciendum secundum alvos, ut reconciliatae ad suum quaeque opus et domicilium redeant.

XVII Interea redit ad nos Pavo et, Si vultis, inquit, ancoras tollere, latis tabulis sortitio fit tribuum, ac coepti sunt a praecone renuntiari, quem quaeque tribus fecerint aedilem. Appius con-

---

1 applicant *VAB* ostupesunt *A* 2 subfumigando *AB* suffumigando *P* suffumigandum *v* 3 apponendum *VAB* 5 impastu *A* 6 providerint *in lacuna om. B* 8 prostratae ut efflictae *PA* prostratae et efflictae *B* prostratae ut afflictae *v* colligendum *VAB* 9 'Ac tepido prono ad meridiem. *Locus deprauatus, ut facile, qui accurate attendat, animaduertet. Vetus etiam lectio perturbata, ac uitiosa, quae in optimo etiam exemplari mendi notam adpositam habet: eam autem ut unusquisque in ipsa purganda ingenium exercere possit, cum fide proponam:* Ac tepido promum e die quam maxime, etc.' *Victorius* promum e die quam *in lacuna om. B* promum e die *PA* prono ad meridiem *v* proin meridie *coniecit Politianus* 10 tepestate *A* facto *v* facta *PAB* 'Infriandum paulo plus, etc. *Sic in omnibus manu scriptis inuenio: antea, Infricandum, nisi fallor, mendose' Victorius* 11 cuncutiendum *A* 12 uaso *PAB* uase *v* quae enim sic *VB* qua enim *Am* 13 reuiuescunt *AB* reuiuiscunt *V* 14 muscis *Vm* musicis *B* musis *A corr.* muscis *A*[2] necatis *mv* negatis *PAB* reconciliatae *V* reconciliare *ABm corr.* reconciliate *A*[2] 15 ad suum quaeque *V* ad usum quaque *AB* red | deant *A* 16 iterea *B* inquit *Bv* inquid *PA* anchoras *VAB* 17 cepti *A* a praecone *B* a precone *V* ab praecone *A* 18 renuntiari *v* recinii *PAB*. '*Vetus lectio uitiosa est, et aut sine causa a communi discrepat, aut siquid in se boni habet, ita maculis coopertum habet, ut a me illud erui*

festim surgit, ut ibidem candidato suo gratularetur ac discederet in hortos. Merula, Tertium actum de pastionibus villaticis postea, inquit, tibi reddam, Axi. Consurgentibus illis, Axius mihi respectantibus nobis, quod et candidatum nostrum venturum sciebamus, Non laboro, inquit, hoc loco discessisse Merulam. reliqua 2 enim fere mihi sunt nota, quod, cum piscinarum genera sint duo, dulcium et salsarum, alterum apud plebem et sine fructu, ubi lymphae aquam piscinis nostris villaticis ministrant: illae autem maritimae piscinae nobilium, quibus Neptunus ut aquam et piscibus ministrat, magis ad oculos pertinent, quam ad vesicam, et potius marsippium domini exinaniunt, quam inplent. primum enim aedificantur magno, secundo inplentur magno, tertio aluntur magno. Hirrus circum piscinas suas ex aedificiis duo- 3 dena milia sestertia capiebat. eam omnem mercedem escis, quas dabat piscibus, consumebat. non mirum: uno tempore enim memini hunc Caesari duo milia murenarum mutua dedisse in pondus et propter piscium multitudinem quadragies sestertio villam venisse. quae nostra piscina ac mediterranea plebeia recte dicitur dulcis et illa amara. quis enim nostrum non una

---

13 Hirrus circum piscinas suas *Plin. 9, 171 Macrob. sat. III 15, 10*

---

non potuerit : eam tamen hic adponam, A praecone recinii' *Victorius* fecerint *AB* fecerunt *V* appius *B* apius *VA* 2 in hortos *AB* in hortulos *V* posteam *B* 3 inquit *VB* inquid *A* Axius] axiis *corr.* axius *A* 4 quod et candidatum *PB* quod ex candidatum *Am* quod candidatum *v* 5 inquit *VB* inquid *A* discesisse *A* 6 piscinarum genera] De piscinis *in margine rubrica A* genera sint duo *Iucundus* genera (gerera *A*) sunt duo *VAB* 7 salarum *postea superscripto* s *A* et non sine fructu *Gesnerus* 8 piscinis nostris *V* piscinibus nostris *AB* 9 neptumnus *B* ut aquam sic et pisces *Iucundus* 10 oculum *Am* 11 massippium *PB* massipium *A* marsupium *v*. massipium domini *in margine adscripsit P* exinnaniunt *A* implent *PAB* replent *v* 12 edificantur magno hirrius circum piscinas suas secundo, *sed* hirrius — suas *deleta A* inplentur *A* implentur *VB* tercio *A* 13 Hirrius *VAB* 14 sestertia *v* sestaria *PAB* mecedem *A* aescis *V* in escis *Ursinus* 15 consumebat eam omnem non mirum *A* comedebat eam omnem non mirum *m* uno] unum *A* 16 duo milia *PAB* sex milia *v Plinius VIIII 171* 17 sestercio *A* 19 et illa amara *V* et illa et illa amara *AB*

contentus est hac piscina? quis contra maritumas non ex piscinis
4 singulis [plures] coniunctas habet pluris? nam ut Pausias et ceteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sint cerae, sic hic loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habent pisces, quos, proinde ut sacri sint ac sanctiores quam illi in Lydia, quos sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem graecum gregatim venisse dicebas ad extremum litus atque aram, quod eos capere auderet nemo, cum eodem tempore insulas ludonorum ibi choreusas vidisses, sic hos piscis nemo
5 cocus in ius vocare audet. Quintus Hortensius familiaris noster cum piscinas haberet magna pecunia aedificatas ad Baulos, ita saepe cum eo ad villam fui, ut illum sciam semper in cenam
6 pisces Puteolos mittere emptum solitum. neque satis erat eum non pasci e piscinis, nisi etiam ipse eos pasceret ultro ac maiorem curam sibi haberet, ne eius esurirent mulli [asini], quam ego habeo, ne mei in Rosea esuriant asini, et quidem utraque re, et cibo et potione, cum non paulo sumptuosius, quam ego, ministraret victum. ego enim uno servulo, hordeo non multo,

---

1 maritumas *PAB* maritimas *v* 2 pluras *priore loco A* 3 caeteri *V* pictores *VB* picatores *A* pastores *m* 4 'Vbi discolores sint cerae. *Antea in excusis,* *Vbi diuersi colores sint discreti. Ita emendaui ex priscis exemplaribus, modica mihi libertate permissa : in illis enim,* Vbi discolores sint cetera' *Victorius* cerae] cetera *PA* caetera *B* certas *v* hic loculatas habet *AB et ut videtur P* hi loculatas habent *v* 5 disclusos habent *VB* disculsos habeant *A* 6 sacrificanti tibi *Iucundus* sacrificant Ibi *VAB* 7 tibicinem graecum *Iucundus* tubicinam graecum *VAB* . hactenus cum uetustissimo codice emendaui . nam reliqū in illo quidem deest *adscripsit P.* '*Optimus, ac uetustissimus codex,* Tubicinam Graecum . *Quae postrema uerba in eo sunt : reliquum enim libri defecit' Victorius. In B quoque reliqua libri pars omissa est . pro hoc adscriptae sunt lectiones duorum codicum Laurentianorum 51, 1 (f) et 51, 2 (b)* 8 adque *A* auderet nemo *A* nemo auderet *bf* audebat nemo *m* cum] eum *b* 9 ludonorum *Afm* ludoanorum *b* coreusas *A* concussas *b* corussas *f* circusas *m* choreusas *Scaliger* hos piscis *Merula* nos piscis *A* nos pisces *bf* 10 hortensius quintus *Abf* 11 ad baulos *Am* ab baulos *b* ab oculos *f* 13 salitum *A* 14 pasci e piscinis *f* pasce piscinis *A* pascere piscinis *bm* eos *Af* eas *bm* pasceret *Merula* pascere *Abf* 15 ne eius esurirent mulli *Iucundus* ne eius esurirent muli asini *Ab* peius esurierent asini *f* 16 in rosea *Am* in rosa *bf* 17 re *om. f* 18 seruolo *f*

aqua domestica meos multinummos alo asinos: Hortensius primum qui ministrarent piscatores habebat conplures, et ei pisciculos minutos adgerebant frequenter, qui maioribus absumerentur. praeterea salsamentorum in eas piscinas emptum coiciebat, cum 7
mare turbaret ac per tempestatem macellum piscinarum [mare] obsonium praeberet, neque everriculo in litus educere possent vivam saginam, plebeiae cenae piscis. celerius voluntate Hortensi ex equili educeres redarias, ut tibi haberes, mulas, quam e piscina barbatum mullum. atque, ille inquit, non minor cura erat 8
eius de aegrotis piscibus, quam de minus valentibus servis. itaque minus laborabat ne servos aeger aquam frigidam *quam ut* recentem biberent sui pisces. etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum ac piscinas eius despiciebat, quod aestivaria idonea non haberet, ac reside aqua in locis pestilentibus habitarent pisces eius: contra ad Neapolim L. Luculli, posteaquam perfo- 9
disset montem ac maritumum flumen inmisisset in piscinas, quae reciprocae fluerent ipsae, Neptuno non cederet de piscatu. factum esse enim ut amicos pisces suos videatur propter aestus eduxisse in loca frigidiora, ut Apuli solent pecuarii facere, quod per calles in montes Sabinos pecus ducunt. in Baiano [aut ardis]

---

1 multinummos alo *Merula* multi num inosalo *Am* multi minimos alo *bf* 2 habebat] habeat *f* complures *Abf* ei *om. f* pisculos *f* 3 aggerebant *Ab* agerebant *f* qui a maioribus *Merula* adsumerentur *b* 4 coiciebant *A* 5 piscinarum] piscinãt *f* 6 euerriculo *b* euericulo *Afm* possint *b* 7 saginam *Iucundus* sabinam *Abf* 8 redarias *A* rhedanas *b* tedanas *f* e piscina] epsina *A* 9 mullum *f* mulum *Abm* adque ille inquid *A* atque ille inquit *b* atque inquit ille *f* minor] miror *f* 10 eius] eis *b* itaque minus *fm* ita minus *Ab* 11 laborat *b* aquam frigidam recentem *Abf* 12 sui pisces etenim hac incuria *om. b* . . tenim *corr.* et enim *A* hac] ac *Af* laborarem *b* aiebat M . Lucullum *Merula* agebat m . luculli *Ab* agebat in luculi *f* 14 residem *b* 15 ad neapolim *f* a neapolim *Am* neapolim *b* l . luculli *bf* l . lucilli *A* L . Lucullus *Merula* perfodisses *A* 16 maritumum *A* maritimum *bf* inmissiset *A* immisisset *b* inmisse *f* qui . reciproci fluerunt ipse *una littera post* qui *deleta A* qui reciproci fluerent ipse *b* qui reciproce fuerint ipse *f* 17 neptũno non crederent *b* despicatum enim esse ut *f* 18 ut] ait *b* amicos] antiquos *f* suos *Merula* tuos *Abf* 19 pecoarii *Af* 20 calles] colles *Ab* collos *f* sabina *f* aut ardis *Af* a' ardeis *b* autem ardis *m*

tanta ardebat cura, ut architecto permiserit vel ut suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus e piscinis in mare obiectaculo, qua aestus bis cotidie ab exorta luna ad proximam novam introire ac redire rursus in mare posset ac refrigerare piscinas.

10 Nos haec. at strepitus ab dextra et cum lata candidatus noster designatus aedilis [se] in villam. cui nos occedimus et gratulati in Capitolium prosequimur. ille inde endo suam domum, nos nostram, o Pinni noster, sermone de pastione villatica summatim hoc, quem exposui, habito.

---

1 uelud *f* 2 pisinis *A* 3 obiectaculo *Merula* obiectuculo *A* abiectulo *b* abiecta oculo *f* 4 proximum *Af* 5 refrige | piscinas *A*
6 nos haec *Merula* non haec *Abf* ad strepitus ab dextra *f* ad strepitus ad dextra *Ab* lata] leta *f* 7 edilissem uillam *f* cui] qui *b* occedimus *Schneiderus* occidimus *Abf* 8 prosequimur *Merula* persequimur *Abf* endo *f* ēndo *A* eundo *b* 9 o Pinni noster *Mercerus in Tac. ann. III 42* opinioni noster *Af* opinionis nostrae *b* sermonem *b* pastione] ptestione *f* 10 haec quae exposui habeto *b* M. Varronis . ReRVM . RVSTICARVM . LIB. III. EXPLICIT *A* MARCI TERENTII VARRONIS DE AGRICVLTVRA RERVM RVSTICARVM LIBRI EXPLICIVNT FOELICITER *b* M. T. Varronis rerum rusticarum de uillaticis Pastionibus liber tercius explicit feliciter *f*

M. PORCI CATONIS

DE AGRI CVLTVRA

LIBER

M. TERENTI VARRONIS

RERVM RVSTICARVM

LIBRI TRES

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. II. FASC. II

COMMENTARIVS IN VARRONIS RERVM RVSTICARVM LIBROS TRES

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCI

COMMENTARIVS

IN

VARRONIS RERVM RVSTICARVM

LIBROS TRES

SCRIPSIT

HENRICVS KEIL

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

In priore huius editionis parte Varronis rerum rusticarum libri una cum Catonis de agricultura libro ita editi erant, ut scriptura horum librorum, quae in exemplaribus antea impressis vehementer corrupta ferebatur, ad fidem veteris codicis, quem olim Angelus Politianus et Petrus Victorius usurpaverant, quantum fieri posset, revocaretur. nam ex hoc uno codice eos qui nunc supersunt omnes tamquam ex communi fonte derivatos esse constat. emendationem eorum quae in archetypo corrupta erant praeter manifestos librarii errores et vitia quaedam scripturae ex antiquiore aetate propagata, quae certa coniectura videbantur correcta esse, commentariis, quibus altera editionis pars destinata erat, reservavi. postea Varronis libros magis emendatos separatim edidi a. 1889. quare nunc ad susceptum opus perficiendum aptum esse visum est eam commentariorum partem, quae ad Varronis libros pertineret, primum edere.

Ad constituendam autem archetypi scripturam, a qua omnis emendatio repetenda est, praeter ea quae ex ipso vetere codice a Politiano et Victorio adnotata erant olim duo apographa adhibui, codicem Parisinum A duodecimo vel tertio decimo saeculo scriptum et Laurentianum B quinto decimo saeculo scriptum, quorum lectiones in adnotatione subiecta adscriptae sunt. quaedam etiam ex Mediceo codice sive Laurentiano 30, 10, qui m littera significatus est, adnotavi. his libris nunc paucis locis addidi lectiones duorum codicum, de quibus in praefatione prioris voluminis dictum est, Laurentiani 51, 1, quem Florentinum dixi, et Caesenatis, non quo quidquam novi, quod in melioribus apographis inventum non esset, ex his accedere posset; sed dissentientibus inter se excerptis Politiani et apographis, id quod saepius accidit, ad iudicium de archetypo regendum non inutile fuit novisse, quid in aliis apographis quamvis minus accurate scriptis legeretur. apparet

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

In priore huius editionis parte Varronis rerum rusticarum libri una cum Catonis de agricultura libro ita editi erant, ut scriptura horum librorum, quae in exemplaribus antea impressis vehementer corrupta ferebatur, ad fidem veteris codicis, quem olim Angelus Politianus et Petrus Victorius usurpaverant, quantum fieri posset, revocaretur. nam ex hoc uno codice eos qui nunc supersunt omnes tamquam ex communi fonte derivatos esse constat. emendationem eorum quae in archetypo corrupta erant praeter manifestos librarii errores et vitia quaedam scripturae ex antiquiore aetate propagata, quae certa coniectura videbantur correcta esse, commentariis, quibus altera editionis pars destinata erat, reservavi. postea Varronis libros magis emendatos separatim edidi a. 1889. quare nunc ad susceptum opus perficiendum aptum esse visum est eam commentariorum partem, quae ad Varronis libros pertineret, primum edere.

Ad constituendam autem archetypi scripturam, a qua omnis emendatio repetenda est, praeter ea quae ex ipso vetere codice a Politiano et Victorio adnotata erant olim duo apographa adhibui, codicem Parisinum A duodecimo vel tertio decimo saeculo scriptum et Laurentianum B quinto decimo saeculo scriptum, quorum lectiones in adnotatione subiecta adscriptae sunt. quaedam etiam ex Mediceo codice sive Laurentiano 30, 10, qui m littera significatus est, adnotavi. his libris nunc paucis locis addidi lectiones duorum codicum, de quibus in praefatione prioris voluminis dictum est, Laurentiani 51, 1, quem Florentinum dixi, et Caesenatis, non quo quidquam novi, quod in melioribus apographis inventum non esset, ex his accedere posset; sed dissentientibus inter se excerptis Politiani et apographis, id quod saepius accidit, ad iudicium de archetypo regendum non inutile fuit novisse, quid in aliis apographis quamvis minus accurate scriptis legeretur. apparet

enim Politianum, etiamsi magna diligentia in excutiendo codice usus est, tamen quaedam quae aliter in eo atque in principe editione scripta erant omisisse vel parum accurate discrepantiam codicis adnotasse. nonnumquam etiam, ubi vetus scriptura postea correcta erat, correctorem potius quam primam scripturam videtur secutus esse. in huius modi igitur locis, quo certius de eo dissensu iudicari posset, fidem apographorum adscriptis aliorum librorum testimoniis confirmavi. ea vero quae ex Mediceo codice admodum vitiose scripto adnotata sunt non tam ad veterem scripturam confirmandam quam ad indaganda interpolatae lectionis vestigia pertinent. hoc codice enim Itali, qui quinto decimo et sexto decimo saeculo Varronis libros tractaverunt, usi sunt. quo factum est ut lectiones quaedam ex eo depromptae in antiquissimas editiones reciperentur et deinde ad reliquas editiones propagarentur.

Post lectiones archetypi coniecturas editorum et doctorum virorum, qui praeter illos in emendanda corrupta scriptura studium et operam collocaverunt, posui, ut constaret, quid quisque ad emendationem contulisset et a quo primum ea quae recte vel probabiliter correcta erant inventa essent. nam in adnotatione, ne veteris et genuinae scripturae memoria mole variarum lectionum et coniecturarum obrueretur, olim pauca ex his dederam. ac ne nunc quidem operae pretium erat ea omnia, quae in hoc genere vel in editionibus vel in commentariis doctorum virorum temptata erant, repetere. nam et ab iis qui primum hos Varronis libros ediderunt, in primis a Georgio Merula, qui principem editionem curavit, et a Iucundo Veronensi, qui Aldinae editioni praefuit, multa sine ulla manu scriptorum librorum auctoritate temere mutata sunt, et postea ab aliis, maxime ab Ursino et Scaligero, non cognita traditae scripturae fide ea quae in editionibus expressa erant novis coniecturis aucta sunt, quarum magnam partem memoriae prodere inutile fuit. gravissima autem operis pars fuit haec, ut scriptura archetypi, si modo incorrupta erat, restitueretur et ab interpolationibus et coniecturis, quibus olim depravata erat, defenderetur, ea quae vitio laborabant emendarentur et emendata lectio certis argumentis comprobaretur. et quoniam iustam horum librorum emendationem nihil magis impedivit, quam quod ii qui huic rei operam dederunt propriam sermonis Varroniani naturam non animadverterant, paulo accuratius ea quae de

usu dicendi observaveram exposui et tum, cum opus erat, exemplis adscriptis comprobavi. in quo ad illud quod agebatur, ut de veritate receptae lectionis constaret, plerumque ea quae in his ipsis libris inventa erant adnotasse sufficiebat.

Res a Varrone tractatas omni ex parte explicare et comparatis iis quae de iisdem rebus ab aliis scriptoribus disputata sunt illustrare longum et ab huius editionis ratione alienum fuit. sed nonnulla, quae maxime memorabilia erant, ex hoc genere adnotavi et quae vel propter brevitatem quandam dicendi et genus elocutionis obscura erant vel propter ambiguitatem lectionis interpretatione egebant explicavi. eodem pertinent ea quae nonnullis locis ex iis scriptoribus, qui postea Varronis libros usurpaverunt, vel ex antiquioribus, quos ipse auctores secutus erat, adscripta sunt.

Maxima pars emendationum, de quibus disputatum est, in minorem editionem recepta erat. ex hac ne quid desideraretur, nunc in commentario conscribendo operam dedi ut, quaecumque in posteriore editione aliter atque olim in priore expressa essent, repeterentur et ad utramque editionem commentarius accommodaretur.

Scripsi Halis Saxonum mense Ianuario a. MDCCCLXXXXI

COMMENTARIVS

IN

VARRONIS RERVM RVSTICARVM

LIBROS TRES

I

Capitula libri primi in archetypo ante ipsum librum scripta erant eodemque loco in plurimis apographis leguntur. haec Merula plurimis locis mutata edidit et libri secundi et tertii capitula, quae in manu scriptis libris non leguntur, subiecit. idem in ipsa editione praescriptis iisdem titulis verba in capita, sicut postea edita sunt, distinxit. Victorius primi libri capitula ad fidem codicis correxit, secundi et tertii libri indices ex Aldina editione recepit, sed ante hos libros collocavit et tamquam a recentioribus additos et adulterinos, ut ait, adposita nota significavit. reliqui editores tamen antiquiorum editionum rationem sequi maluerunt, quam veteris codicis fidem a Victorio restitutam. parum accurate autem ab eo qui haec capitula confecit argumenta rerum, de quibus disputatum est, indicata esse facile apparet. terminos dierum, quos c. 30—36 in intervallis indicandis addidit, cum Varronis computatione non convenire in adnotatione c. 28, 2 dixi.

C. 5 Quod partes habeat disciplinae cultura agri] *Quot partes habeat disciplina culturae agri* scripsi. pertinent enim haec ad divisionem c. 5, 1 indicatam, *quoniam agri culturae quod esset initium et finis dixi, relinquitur quot partes ea disciplina habeat ut sit videndum.*

C. 14 De septis quae fundi tutandi causa fiunt] *Fiant* Politianus, itemque postea *commoda fiant* in principe editione non correxit, sed *fiunt* utroque loco Victorius et apographa.

C. 18 De numero rusticorum quotiens operis quisque agri modus coli possit] *Quotenis operis* scripsi, quae nominis forma in manu scriptis libris legitur bis, in rubrica c. 28 *quotenos dies habeat quodque tempus* et c. 44 *quoteni modii serantur.*

C. 27 De solis cursu indescripto in partes anni quattuor et octo et de eis quaque parte in agro debeat fieri] *Cursu discripto* et *de eis quae quaque parte in agro debeant fieri* scripsi. *anni discripti* in sequenti capitulo habent optima apographa.

C. 37 De altera temporum diuisione coniuncta cum sole et luna et habentis sex partes] *Habente sex partes seu gradus* Angelius, qui primus titulum in antiquioribus exemplaribus omissum ex codicibus addidit.

C. 39 Quattuor esse genera seminum et quae quo tempore loco ut debeant seri] *Et quae quo tempore et loco debeant seri* Merula, *et quae quoque tempore locoque debeant seri* scripsi. petita enim haec sunt ex c. 39 *de singulis rebus videndum, quae quoque tempore locoque facias.*

C. 42 *De melica* Politianus et apographa, *de medica* ex c. 42 Angelius, *de Melica seu Medica* editio Commeliniana.

C. 62. 63 De promendis frugibus tuendi causa. Quemadmodum frumentum promendum sit] Prava distinctione haec corrupta esse ex iis quae c. 62 et 63 scripta sunt apparet. itaque sic potius duo capitula distinguenda erant, *De promendis frugibus. Tuendi causa quem ad modum frumentum promendum sit.*

I 1 Potius essem consecutus fundania] *Si ocium essem consecutus fundania* in margine codicis Florentini adscriptum est manu correctoris, quae mihi olim Nicolai Niccoli esse visa est, *Otium si essem consecutus Fundania* ex Politiani coniectura in Aldinam editionem et deinde in reliquas editiones receptum est.

Annus enim octogesimus admonet me] *Annus enim XXCI* Ursinus coll. Plin. XVIII 23 *nominando M. Varrone, qui octogesimum primum annum agens de ea re prodendum putavit.* non pugnare haec cum iis quae de se ipse Varro scripsit Schneiderus de vit. Varr. p. 229 adnotavit.

2 Quem bene colendo fructuosum cum facere uelis] *Eum facere* m et corrector Florentini codicis, quod Merula recepit.

cum bene colendo fructuosum eum facere velis Iucundus, archetypi scripturam Angelius restituit, *quem bene colendo fructuosum conficere velis* Victorius. neglegens verborum compositio, quae secundaria sententia, *bene colendo fructuosum cum facere velis*, addita et cum relativo pronomine *quem* coniuncta effecta est, editores offendere non debebat. similis anacoluthia in coniunctione *cum* admissa est II 1, 3 *et homines et pecudes cum semper fuisse sit necesse natura*, III 2, 4 *et cum haec sit communis universi populi*, III 2, 13 *duo enim genera cum sint pastionum*, III 16, 2 *nam cum pauper cum duobus fratribus et duabus sororibus essem relictus*, item III 16, 18 *et quidam dicunt, tria genera cum sint ducum in apibus*; et in coniunctione *quod* I 41, 4 *e quibus parvis quod enasci coliculi vix queunt.* alia huius neglegentiae genera notavi I 5, 3. 9, 2. 17, 2. III 3, 3.

Meque ut id mihi habeam curare roges] *Curae* corrector codicis Florentini et Lipsius epistol. quaest. 4, 11, item omisso pronomine *mihi* Ursinus. Lipsii coniecturam commendavit Thielemannus de verbo *habere* cum infinitivo coniuncto disputans in Woelfflini Archivo v. II p. 65 exemplis adscriptis Cornelii Nepotis Att. 20, 4 *curae sibi haberet certiorem facere Atticum* et Caelii Cicer. epist. VIII 8, 10 *eos tibi et rem, de qua scripsi, velim curae habeas.*

Et non solum ut ipse quaad uiuam quid fieri oporteat ut te moneam] *Ut* bis positum Gesnerus defendit adhibita pleonasmi ratione, qua saepe abusus est. *quaad* praeter hunc locum in archetypo scriptum erat I 2, 26 *usque qua ad tertiam partem decoxeris*, I 49, 1 *quaad perarescat*, I 64 *quaad redegerunt*, II 2, 11 *quaad refrigeratur* et *quaad contenebravit*, II 2, 15 *quaad convaluerunt*, II 4, 21 *quaad fiant trimestres*, II 7, 12 *usque quaad erunt lactantes*, III 5, 10 *quaad capitulum rutundum est*, III 7, 8 *quaad possunt.* bis scriptum erat *quoad*, II 4, 8 *quoad pervenit ad lanium* et II 7, 8 *quoad satis sit admitti;* item bis corrupte *quod ad*, I 37, 1 *quod adveniat ad intermenstruum*, et II 2, 17 *quod ad facti sunt quadrimestres.* his omnibus locis, ubi *quoad* in editis adhuc exemplaribus vulgatum erat, *quaad* restitui. nam hac sola forma Varro in his libris videtur usus esse, adverbio *qua* cum praepositione *ad* composito, sicut in multis. contra in libris de lingua latina, si Florentinum codicem sequimur,

quoad, V 15 *quoad in aliquo constitit pretium*, IX 1 *quoad patiatur consuetudo* et in vetere formula VII 8 *quoad — nuncupavero*, item V 23 *quoad inhumatus sit*, ubi *quod* in codice scriptum est. *quaad* Lachmannus in Lucret. p. 331 coniectura restitui voluit semel VII 7, ubi in codice scripta sunt haec, *caelum qua attuimur dictum templum;* sed ibi verum esse puto quod ex Aldina editione receptum est *qua tuimur*. praeterea *quaad* in Mediceo codice legitur apud Tacitum annal. IV 61 *quaad vixit* et VI 51 *quaad privatus fuit*. inscriptionum exempla in lexico Forcellini adnotata sunt. de Varronis usu accurate disputavit Reiterus quaest. Varron. gramm. a. 1882 p. 49 sqq.

3 Publice solemus redire cum desideramus quid faciendum sit] *Cum consideramus* Madvigius Verfassung u. Verwaltung d. roem. Staates v. II p. 647. *publice solemus ire, scire cum desideramus, quid faciendum sit* coniecerat idem advers. v. II p. 179, parum intellegens sermonis Varroniani. nam *redire* vel eo quod sequitur *revertatur* defendi poterat. infinitivum autem cum verbo *desideramus* iungendum olim Ursinus desiderabat, cum *novisse* pro *nobis* scribendum coniceret. neque tamen ipse eam coniecturam probavit. *desideramus* enim, quoniam vim habet quaerendi, sine infinitivo dici poterat.

4 Nec ut homerus et ennius musas] Ennii invocationem Musarum posuit Varro de ling. lat. VII 20 *Musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum* et Servius in Verg. Aen. XI 660 *Ennius ad Musas 'quae pedibus pulsatis Olympum'*.

Agricularum in archetypo hoc uno loco scriptum inveni, *agriculae* B et m I 18, 7. contra *reicolae* pro *reiculae* scriptum fuit II 5, 17. veterem scripturam expressi in his, I 17, 3 *formidulosa*, II 2, 10 *ruscida* et constanti usu *rutundus* I 51, 1. II 7, 5. III 5, 10. 7, 4. 16, 5; 15; 19, item I 14, 2 *longuris* et II 7, 10 *longorios*, II 5, 8 *displudantur* et II 9, 4 *displodantur*, I 24, 1 *poseam* et I 60 *puseas*, III 3, 5 *cluduntur*.

5 Qui omnis fructos agri culturae caelo et terra continent] *Quia omnes fructus agriculturae caelo et terra continentur* Madvigius advers. v. II p. 179. *fructos* accusativo casu legitur I 2, 5. 44, 3, *exortos* I 12, 1 et II 3, 7, *invectos* I 16, 2; item ablativo casu *querco* I 8, 4, *latrato* II 9, 5, *ex uno facto olei* I 24, 3.

Itaque quod ii parentes magni dicuntur iuppiter pater appellatur tellus terra mater] *Tellus terra mater* apographa et ex ipso archetypo Victorius, *Tellus vero mater* edita ante Victorium exemplaria, quod Politianus in principe editione non correxit. *parentes et magni* Ursinus. *terra* delendum esse adnotavit Iordanus ad Prelleri mythol. Rom. v. II p. 2. pravam verborum structuram, quae olim erat, *quod ii parentes magni dicuntur*, distinctione post *parentes* facta correxi. nam propterea quod Iupiter, et Tellus parentes sunt, dum fructus agri culturae, quos caelo et terra continent, gignunt, iure hi potissimum magni appellantur. de iisdem Varro de ling. lat. V 58 dicit *Terra enim et Caelum, ut Samothracum initia docent, sunt dei magni. Terra mater* autem propter consuetam eorum verborum compositionem dictum est.

Necessari simplici *i* littera ex archetypo Politianus adnotavit et II 5, 9 *nugatori*, quae ex imitatione vulgaris sermonis Varro recipere potuit. 'nam II 1, 2 *pecuariae athletae* scripsi pro *pecuari*, quod in codice fuit, et II 1, 14 *asini arcadici*, non *arcadi.* in ablativis retinui I 14, 2 *longuris* et II 9, 4 *internodis,* correxi III 2, 17 *sestertis* et III 5, 7 *Pontis.*

6 *Nec non etiam precor* libri manu scripti et ex archetypo Politianus, non *nec non et precor*, ut Gesnerus adnotavit: *nec non precor* editio princeps.

7 Indicabo a quibus scriptoribus repertas] *Repertas* apographa, *reperias* in principe editione Politianus non correxit, *reperitas* ex codice adnotavit Victorius, errore aliquo, ut videtur, quo inductus Scaliger *reperites* commendabat, *repetitas* Pontedera antiq. lat. p. 90. verum haud dubie est quod Victorius coniecit *repetas.*

8 Hieron siculus et attalus philometor] *Hierone rege, Attalo rege, Philometore rege* Plinius in indice libri XIV, *Hierone rege, Philometore rege, Attalo rege* idem in indicibus librorum XV. XVII. XVIII; et similiter Columella I 1, 8 *Siculi quoque non mediocri cura negotium istud prosecuti sunt, Hieron et Epicharmus discipulus, Philometor et Attalus,* manifesto errore. Ursinus tamen apud Varronem *Attalus et Philometor* legendum coniecit; rectius Cuperus apud Gesnerum *de regibus Hieron Siculus et Attalus Philometor.* nam Attalum Philometorem Pergami regem dici certum est. de hoc in scholiis Horatianis ab Usenero de schol. Horat.

Bernae a. 1863 ex codice Parisino editis p. XIII in carm. I 1, 12 scripta sunt haec, *Attalus rex fuit Pergamenorum, qui omnia bona sua Romanis sub testamento demisit. scripsit autem multa de agri cultura.*

Nicesius maronites] *Hicesius Maronites* coniecit Schneiderus Hicesium medicum dici ratus, qui saepe et a Plinio et ab aliis appellatur, quamquam is neque hoc loco, sed supra post Hegesiae nomen, ut ordo litterarum constaret, appellandus fuit, neque unde oriundus fuerit scimus. itaque corruptum nomen Nicesii reliqui. Columella, qui I 1, 7 sqq. plurima scriptorum nomina ex Varrone repetivit et patria, qua quisque natus esset, indicata disposuit, unum nominavit Maroniten Hegesiam; sed ibi in Sangermanensi codice *hicetias mariotes* scriptum est, manifesto vitio, quod tamen Schneiderus defendit.

10 Hos nobilitatē mago carthaginiensis praeteriit phoenica lingua quod res dispersa's comprendit libris XIIX] *Nobilitate* Politianus ex archetypo, non *nobilitates,* quod Gesnerus principis editionis lectione *nobilitatos* in errorem inductus indicaverat. in codice tamen *nobilitatē* fuisse videtur, quod A et B habent, *nobilitatem* codex Caesenas, *nobilitate* m et Iucundus. ceterum ex antiquissimis exemplaribus adhuc prave distincta ferebantur verba in hunc modum, *hos nobilitate Mago Carthaginiensis praeteriit poenica lingua, quod res dispersas comprehendit libris XXIIX.* sed in hoc genere plurima, quae olim depravata erant, adnotare inutile fuit. praeterea *qui* scripsi, ubi in manu scriptis et editis exemplaribus *quod* fuit, *hos nobilitate Mago Carthaginiensis praeteriit, poenica lingua qui res dispersas conprendit libris XXIIX.*

11 Circumcisis rebus quae non arbitror pertinere ad agri culturam] *Quas non arbitror* Ursinus. prudentius Petrus Faber comment. in Cicer. Lucull. c. 14 (Cicer. academ. ed. Davis. p. 308) inaequalitatem orationis in nomine *res* non insolitam notavit. Varronis exemplum II 1, 3 *cum viverent homines ex iis rebus, quae inviolata ultro ferret terra* Gesnerus adscripsit. similia sunt haec, in quibus cum eodem nomine pronomina vel participia neutro genere coniuncta sunt, I, 3, 1 *quae diiungenda essent a cultura cuius modi sint quoniam discretum, de iis rebus quae scientia sit in colendo nos docete,* I 5, 4 *tertia pars de rebus dividitur, quae ad quamque rem sint praeparanda,* I 7, 4 *quas res duas*

sequuntur altera illa duo, I 39, 3 *de singulis rebus videndum, quae quoque tempore locoque facias,* II 7, 6 *eisdem rebus in emptione dominum mutant, ut in Manili actionibus sunt perscripta.*

II 1 *Aeditimo* et deinde *aeditimi* olim scripsi, ut archetypi scriptura repraesentaretur. *aeditumo* et *aeditumi* usus Varronis postulabat, I 2, 12 *venit aeditumus,* 69, 2 *libertus aeditumi,* apud Gellium XII, 10 *M. Varro in libro secundo ad Marcellum de latino sermone aeditumum dici oportere censet magis quam aedituum,* de ling. lat. VII 12 *tueri — a quo etiam quidam dicunt aedituum, non aeditomum,* VIII 61, ubi *aeditumus* in lacuna scriptum fuit, et V 50 et 52 in veteribus formulis *aeditumus.* aliorum scriptorum et inscriptionum exempla Marquardtus composuit de duabus vocabuli formis disputans in epistula ad Mommsenum de Romanorum aedituis a. 1887.

Acrium fuit in archetypo, item *Acrius* § 11 et 17 et 44, 3 semel, *Agrius* reliquis locis. Agrii nomen sicut plurima colloquentium nomina in his libris ad res de quibus disputatur accommodatum esse post Gesnerum praef. p. V monuit Schleicherus meletem. Varron. Bonnae a. 1846.

3 Primum cum orbis terrae divisus sit in duas partes ab Eratosthene maxume secundum naturam ad meridiem uersus et ad septemtriones] *Asiam ad meridiem versus, et Europam ad septentriones* Ursinus coll. Varr. de ling. lat. V 31 *ut omnis natura in caelum et terram divisa est, sic caeli regionibus terra in Asiam et Europam.* Eratosthenis divisionem posuit Strabo II p. 111, *καλεῖται δὲ τῶν ἡμισφαιρίων ἑκάτερον τῶν τε οὐρανίων καὶ τῶν ἐπὶ γῆς τὸ μὲν βόρειον, τὸ δὲ νότιον.*

4 Et sine dubio quoniam salubrior pars septemtrionalis est quam meridiana et quae salubriora illa fructuosiora dicendum ibique Italiam magis eam fuisse oportunam ad colendum quam Asiam] *Et sine dubio, quoniam salubrior pars septentrionalis, quam meridiana. Et quae salubrior, illa fructuosior, dicendum magis Europam fuisse opportunam ad colendum, quam Asiam, ibique Italiam* Iucundus. ex manu scriptis libris *et quae salubriora illa fructuosiora* Angelius et deinde *magis eam fuisse* Victorius restituerunt, re-

licta tamen collocatione verborum, quam Iucundus instituerat. *et quae salubrior, illa fructuosior, dicendum magis eam* (i. e. septentrionalem partem), *ibique Italiam, fuisse opportunam ad colendum, quam Asiam* coniecit Schneiderus; *et sine dubio quoniam salubrior pars septentrionalis est quam meridiana, ibique Italia, et quae salubrior, illa fructuosior, dicendum magis eam fuisse opportunam ad colendum quam Asiam* Madvigius advers. v. II p. 179. ordinem verborum qui erat in archetypo ita tantum defendi posse olim significavi, ut *ibi quod Italia* scriberetur. sed verum esse puto quod restitui verbis in hunc modum transpositis, *et quae salubriora, illa fructuosiora, ibique Italia, dicendum magis eam fuisse opportunam ad colendum quam Asiam.* nam neglegentiore sermone usus Varro, ut ad Italiam potissimum transferrentur quae de septemtrionali parte omnino valent, primum haec adiecit, *ibique Italia,* deinde accuratius virtutes Italiae descripsit, *primum quod est in Europa* sqq.

Primum quod est europa] *Quod est europa* praeter principem editionem a Politiano non correctam habent A et codex Florentinus, *quod in europa* Caesenas, *quod est in Europa* ex codice m edidit Iucundus.

5 Emobi tu quicquam nasci putes posse aut coli natum] *En ibi tu quicquam nasci putas posse* Iucundus. *em* Victorius restituit, quod item legitur I 56 *em quin adsum. en* Ribbeckius de partic. latin. p. 34 defendit, qui illud ad pronomen *quicquam* potius quam ad adverbium *ibi* pertinere voluit. *aut ali natum* coniecit Ursinus coll. I 44, 4 *quae nata sunt, inquit, in fundo alescunt.*

Illud paculi sol si perpetuo sit aut nox flammeo uapore aut frigore terrae fructos omnis interire] Fest. p. 352, 26 *torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuvium in Antiopa 'flammeo vapore torrens terrae fetum exusserit',* Isidor. de nat. rer. c. 44 p. 74 ed. Becker *torrens fluvius, qui pluvia crescit, siccitate torrescit, id est arescit, de quo Pacuvius 'flammeo vapore torrens torret',* id. Orig. XIII 21, 2. ad eundem Pacuvii versum respicere Varronem de ling. lat. VI 6 *nox, quod, ut Catulus ait, omnia, nisi interveniat sol, pruina obriguerint, quod nocet nox,* ibique *ut Pacuvius ait* scribendum esse Ursinus adnotavit. et poterat emendatio nominis commendari

vitio scripturae, quod hoc loco in archetypo fuit, *paculi*, h. e. *pacuii*, unde *Pacvi* scripsi. nam hac forma nominis Varronem usum esse Lachmannus in Lucret. p. 306 docuit. ceterum sententiam Pacuvii, non verba, indicavit Varro; ipsos versus Ribbeckius fragm. trag. Rom. p. 78 restituere conatus est.

Ego hic ubi nox et dies modice redit et abit tamen aestiuo die si non diffinderem meo insiticiosum numeri die uiuere non possum] *Aestivo die, si non defenderem me in aestuosum meridiem, vivere non possem* Iucundus, *aestivo die, si non diffinderem meo insiticio somno meridie, vivere non possem* Victorius, ubi *meridiem* coniecit Cuperus apud Gesnerum. *ego hic, ubi dies modice abit et redit, tamen aestivum diem* (vel *aestate diem*) *si non diffinderem meo insiticio somno meridie, vivere non possem* coniecit Ursinus, *aestivum diem si non diffinderem somno meridiano* I. F. Gronovius apud Schneiderum, *aestivo diem si non diffinderem* Pontedera p. 91, quod Schneiderus recepit, *aestivo die, si non diffinderem eum insiticio somno meridie* Usenerus annal. philol. a. 1878 p. 80. emendationem corruptae scripturae Victorius, quem reliqui secuti sunt, ex iis quae de eadem re scripta sunt III 2, 15 *ubi aestate diem meridie dividere soleam* petiverat. *aestivo* autem non addito substantivo nomine dictum esse non inveni, sicut dictum est *hiberno* et *verno* et alia eius generis, quae Madvigius epist. crit. ad Orell. p. 60 notavit. itaque *aestivom diem* scripsi.

6 *Quod oleum Venafrano* Ursinus, et ita scriptum est in codice Caesenate.

7 *Ampeloessam* in archetypo scriptum fuit et deinde *polipirom* vel *polipiron* latinis litteris, sicut plurima graeca, quae in continuitatem latini sermonis recepta erant. neque tamen constans in his vocabulis fuit vel librariorum vel ipsius scriptoris consuetudo.

Ager gallicus romanus uocatur qui uiritim cesarem inundatus est ultra agrum picentium] *Picenum* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, item edita ante Victorium exemplaria, *picentium* optima apographa et ex ipso archetypo Victorius. *viritim cesennatibus datus est* Angelius. veram lectionem a Politiano inventam *uiritim cis Ariminum datus est* Victorius restituit. prava subtilitate usus Ursinus coniecit *ager Gallicus*

togatus vocatur, qui viritim contra senati auctoritatem per Flaminium datus est, secutus scilicet Ciceronem de senect. 4, 11 *qui* (Q. Fabius Maximus) *consul iterum Sp. Carvilio collega quiescente C. Flaminio tribuno plebis, quoad potuit, restitit agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti.*

Dena cullea uini fiunt] De dubiis nominibus gramm. lat. v. V p. 576, 19 *culleum generis neutri, ut Cato 'cullea vini': dixerunt alii culleos, sed non recipitur.* neglegenter eadem Varroni tribuit Nonius p. 197, 13 *Culleus masculino saepe, neutro Varro de re rustica lib. I 'in singula iugera dena cullea vini fiunt'.* Plin. XIV 52 *idem Cato denos culleos redire ex iugeribus scripsit.* Ursinum, qui *quindena cullea* coniecit, quod *sescenas urnas* poneret Columella III 3, 2 et item III 9, 3, ubi *septenas* in Sangermanensi codice scriptum est, refutavit Gesnerus non ad Catonem, sed ad ipsius Varronis testimonium eum numerum pertinere monens.

Libo martius praefectus fabrum tuos] *L. Martius praefectus fabrum tuus* Iucundus et deinde reliqui editores. *Libo* ex archetypo restitui, item *tuos.* cuius modi formas tum, cum in codice scriptae erant, recepi; contra librorum memoriam restituere nolui, I 6, 6 *aequos,* 10, 2 *antiquos,* 37, 2 *calvos,* 55, 5 *acervos,* II 4, 2 et III 2, 6 *avos* et *proavos,* III 17, 8 *servos,* 16, 34 et in corrupta scriptura ibidem 21 et 32 *alvos;* itemque I 2, 5 *aestivom* pro *aestivo,* 2, 11 *ovom,* I 31, 4. II 4, 21. III 16, 18 *alvom* et II 7, 3 *equom,* ubi *equorum* in codice fuit.

8 Duo inprimis spectasse uidentur italici homines colendo] *In colendo* scripsi. nam non quid colendo efficiatur, sed quid in cultura agrorum animadvertendum sit indicatur. saepe autem in archetypo *in* praepositio omissa erat, I 2, 4 *in Europa,* 37, 3 *in cultura,* 41, 3 *qui in ea,* ubi *quod ea* in codice fuit, 50, 3 *in iugerum,* 55, 5 *in dies,* 60 *in lentisco,* 64 *in eo,* II 1, 20 *in nutricatu,* 8, 5 *in vecturis,* 11, 4 *in lactis duos congios,* 11, 9 *in lana,* III 3, 3 *in altera,* 6, 3 *in has,* 9, 6 *in utraque,* 12, 1 *in eo,* 14, 4 *in eos,* 16, 88 *in eadem.*

Decolat, pro quo *decollat* inde a principe editione receptum erat, defendit Gronovius in Liv. XXVII 17, 4.

Sumptum facere in cultura] *In culturam* Iucundus, quod

deinde ab omnibus receptum erat. *in cultura* etiam Columella I 3, 2, qui Catoni haec tribuit.

Nec si potest reficere fructus si uidet eos fore ut pestilentia dispereant] *Reficere fructus*, de quo dubitabat Schneiderus, Gronovius in Liv. XXXV 1, 12 explicavit, h. e. efficere ut fructus redeant: I 24, 3 *hostum vocant quod ex uno facto olei reficitur*. compositio autem verborum *videt eos fore ut dispereant*, h. e. videt fore ut ii dispereant, ex his apparebit exemplis, quae adscribam, quoniam ea non recte intellecta esse ab editoribus video, I 13, 2 *culina videnda ut sit admota*, II 5, 18 *armentarium meum crebro ut aliquid legat curo*, II 9, 2 *cum sciam mulorum gregem, cum pasceretur — mulos circumfluxisse*, II 9, 15 *reliquas quoque canes facit, quae id non habent, ut sint in tuto*, III 10, 4 *cellas provident ne habeant in solo umorem*, III 16, 28 *aquam mulsam in vasculis prope ut sit curant*.

9 et 10 *Tremelium* libri manu scripti et olim impressi; *Tremellium* primus, ut videtur, Gesnerus edidit. item I 37, 3 *Tremelius* libri, sed II 4, 1 *trebellius*, ib. 2 *de Tremelliis*.

Unum cuius maiores de modo agri legem tulerunt nam stolonis illa lex quae uetat plus D iugera habere ciuem R et qui propter diligentiam culturae stolonum confirmauit cognomen quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo quod effodiebat circum arbores e radicibus quae nascerentur e solo quos stolones appellabant] *Conformavit* et deinde *e radicibus ne nascerentur* Ursinus. *et* ante relativum pronomen deleri voluit Schneiderus, ut ad Stolonem tribunum, qui legem agrariam tulerat, origo cognominis referretur. mutata verborum distinctione Goesius antiq. agrar. p. 47 haec de Stolonis cognomine, *et qui — appellabant*, a superioribus seiuncta cum iis quae sequuntur *eiusdem gentis C. Licinius* coniunxit. recte Gesnerus ad illum qui sermoni intererat verba revocavit. nam in hoc quoque, sicut in Tremellio diligentiam agri colendi praedicari oportebat. neque obstare huic interpretationi quod ad praeteritum tempus ea laus refertur, ex iis quae infra de eodem Stolone scripta sunt, *ad te enim rudem esse agri culturae nunc, olim ad Stolonem fuisse dicunt*, intellegitur. provectiore enim aetate sermoni interfuisse fingitur. praeterea prava verborum distinctione remota *circum arbores* cum

verbo *nascerentur* coniunxi, *effodiebat circum arbores e radicibus quae nascerentur.*

Eiusdem gentis C. Licinius tr. pl. cum esset post reges exactos annis CCCLXV primus populum ad leges accipiendas in septem iugera forensia e comitio eduxit] *E comitiis* Merula, archetypi scripturam Victorius restituit. C. Licinium Crassum, qui a. 609, h. e. trecentis sexaginta quinque annis post reges exactos, tribunus plebis fuit, dici primus animadvertit Pighius annal. Rom. ad a. 608 v. II p. 463, eodemque pertinere intellexit quae de eo scripsit Cicero de amic. 25, 96, *meministis, Q. Maximo, fratre Scipionis, et L. Mancino consulibus quam popularis lex de sacerdotiis C. Licini Crassi videbatur: cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur; atque is primus instituit in forum versus agere cum populo.* nam eandem rem dici a Cicerone, dum tribunum in forum versum agere cum populo instituisse indicat, et a Varrone, qui populum ab eo e comitio in forum ductum, h. e. concilia plebis in forum translata esse, ait, certum est. sed quae sint septem iugera forensia, multum et in diversas partes disputatum est. nam quod Pighius existimavit, eam tunc amplitudinem vel mensuram fori sine comitio fuisse, non ferre rationes locorum dudum intellectum est. alia, quae olim ad interpretanda vel corrigenda verba haud dubie incorrupta a viris doctis inventa sunt, Huschkius in libro de Varronis loco de Liciniis a. 1835 pertractavit. *septa* pro *septem* scribendum esse Goettlingius de loco M. Terentii Varronis de re rust. I 2 a. 1831 coniecit et post eum Langius Antiq. Rom. v. II p. 484 ed. sec. sed ne illud quidem, quod nunc post Huschkii disputationem plurimis probatur, propter septem tabernas in foro sitas apud Festum p. 230 et Livium XXVI 27, 2 septem iugera appellata esse, ei quod res postulat sufficit. agrorum certe significatio, cuius causa haec scripta sunt, in septem tabernis non inest. nimirum ut ea quae de Licinii lege agraria modo dicta erant et quae postea de Scrofae et Varronis opera in agris dividendis posita dicuntur, ita haec de Licinio Crasso a divisione agrorum repetita sunt, ut novum tribuni institutum ad curam agrorum quodam modo referretur. septem iugera autem in agris viritim dividendis saepe data esse constat: Liv. V 30, 8 Plin. XVIII 18 Colum. I praef. 14 Valer. Max. IV 3, 5. popularem ac plebeiam eam mensuram dicit Columella I 3, 10, quamvis pravo

modo interpretatus sit quae de Licinio apud Varronem scripta invenerat, *Ideoque post reges exactos Liciniana illa septena iugera, quae plebi tribunus viritim diviserat, maiores quaestus antiquis retulere, quam nunc nobis praebent amplissima vetereta. tanta quidem Curius Dentatus — supra consularem triumphalemque fortunam putavit esse repudiatoque publico munere populari ac plebeia mensura contentus fuit.* ab artificiosa autem subtilitate Varronis, cuius plurima exempla in his libris sunt, alienum non est, quod populum traductione in forum facta a tribuno in debitam sibi partem quasi in septena iugera, quae tum viritim dari solebant (nam a Romulo bina iugera viritim divisa esse scribit I 10, 2), ductum esse significat. itaque de C. Licinio Stolone haec tria praedicantur, primum quod unus e maioribus legem agrariam tulit, deinde quod ipse diligenti agri cultura Stolonis cognomen confirmavit, denique quod eiusdem gentis tribunus C. Licinius Crassus, sicut civibus in divisione agrorum certa agri pars dabatur, ita populo forum quasi suum agrum adsignavit.

10 Alterum collegam tuum uiginti uirum qui fuit] *Collegam triumvirum* Merula, archetypi scripturam Angelius restituit. Varronem eo munere functum esse tradit Plinius VII 176 *Varro quoque auctor est vigintiviro se agros dividente Capuae quendam qui efferretur foro domum remeasse pedibus.*

Video huc uenire] *Hunc* expuncta *n* littera A, *huc* reliqua apographa et editio princeps, ubi Politianus *n* addidit, sed subducta linea notavit. in archetypo *hunc* videtur scriptum fuisse, postea correctum *huc*. *hunc venire* Kettnerus observ. in Varron. Halis 1868 p. 12 defendit.

Huiusce inquam pomarii summa sacra uia ubi poma ueneunt contra aurum imago] *Huiusce inquam pomaria summa sacra via, ubi poma veneunt, contra auream imaginem* Iucundus, *huiusce inquam pomaria summa sacra via, ubi poma veneunt contra aurum, id est magno*, sed deletis verbis *id est magno* tamquam glossemate, Scaliger. veterem lectionem restitui. summa sacra via, ubi poma venire solebant (Ovid. art. am. II 266, carm. priap. 21, 3) imaginem praebere dicitur pomarii Scrofae. quamquam aptius esse videri poterat quod olim conieceram, *huiusce inquam pomarium summae sacrae viae, ubi poma veneunt contra aurum, imago.* ablativo casu *summa sacra via*

dictum censuit Nettleship in museo philologico Cantabrigiensi a. 1877 p. 172.

11 Cena comessa] *Cōmesa* B et codex Caesenas, *com messa* A, *comessa* Politianus m et codex Florentinus, *comesa* Merula. Diomed. p. 387, 4 *de cuius* (comedor) *perfecto ambigitur apud veteres, comestus an comesus et comesurus. sed Didius ait de Sallustio 'comesto patrimonio', Valgius autem de translatione 'comesa patina', similiter et Varro, et ita melius quasi adesa et ambesa.* geminatam *s* litteram praebent codices Plauti Men. 458 Stich. 182 *essum,* Pseud. 824 *essu,* Men. 147 *essuri,* Pseud. 1126 *comessurus.*

Illut praeter hunc locum a Politiano ex archetypo adnotatum est I 9, 7. 18, 4. 24, 3. 40, 5. 44, 2. 48, 3. 69, 3. II 2, 20. 3, 5. III 3, 3. 5, 8. 7, 2. *aliut* I 2, 15. 57, 1. 62. II praef. 4. 6, 5. 10, 5. III 7, 3. 9, 8; 15. 10, 5. 13, 1. 16, 23; 26. in manu scriptis libris *illud* et *aliud* constanter scriptum est. semel *aliquit* pro *aliquid* scriptum Politianus adnotavit I 17, 7.

Cenali pompa] *Cereali* Merula, *ceriali* Victorius. cenalem pompam novo vocabulo dixit Varro, ut cum circensi pompa cenam facete compararet.

12 *Dum id nobiscum una uideatis ac uenit editumus* ex archetypo Politianus adnotavit. eadem legit Victorius, qui corruptam antiquiorum editionum lectionem ex codice emendavit. nam in principe editione haec ita edita erant, *dum hic nobiscum una sedeatis aduenietque editimus,* ubi *sedetis* dederat Iucundus. *aduenit* apographa, et sic in ipso archetypo prima manu videtur scriptum fuisse, postea correctum *ac uenit.* I 2, 2 *morere oportet nobiscum, dum ille revertatur* et deinde *voltis — usurpemus, dum ille venit.* praeterea *dum* de expectatione rei futurae cum coniunctivo praesentis temporis dictum est I 56 *dum fructus in villam referas,* II, 2, 11 *dum defervescant;* 15 *dum adcognoscant,* III, 9, 3 *dum rumpatur,* 16, 30 *dum conveniant;* cum coniunctivo imperfecti II 1, 5 *dum ad nos perveniret* et in obliqua oratione II 4, 1 *dum praetor rediret.* indicativus autem post coniunctivum positus est I 30 *quae superiore tempore fieri oportuerit et non sunt absoluta,* III 2, 10 *si — fundus in Rosia probandus sit et — recte villa appellatur,* 9, 11 *quod inane natet, plenum desidit;* et mutato subiecto coniunctivus post indicativum I 4, 4 *si — pesti-*

lentior est fundus aut propter caeli regionem ager calidior sit, 16, 1 *si vicina regio est infesta, si quo neque fructus nostros exportare expediat*, III 14, 2 *qui si naturalis non est — neque habeas*. similis neglegentia mutatis verborum modis est I 16, 3. II 1, 17. 5, 5. III 9, 5. 16, 6. 17, 4. quamquam quaedam in hoc genere haud dubie corrupta sunt, I 4, 4 *quantae sint, quo spectant* pro *spectent*, I 5, 3 *sunt ac debeant* et I 5, 4 *quae moventur atque in fundo debeant esse* pro *debent*, I 23, 6 *ubi aucupare* pro *aucupere*, II 2, 15 *dum adcognoscant matrem agni et pabulo se saturant* pro *saturent*, II 10, 10 *quae ad valitudinem pertinent hominum ac pecoris et sine medico curari possint* pro *possunt*.

Ad te enim rudem esse agri culturae nunc olim ad stolonem fuisse dicunt scrofa prius inquit] Pravam verborum distinctionem, quae in antiquioribus editionibus erat, *ad Stolonem fuisse dicunt. Scrofa. Prius inquit*, Gesnerus correxit, *ad Stolonem fuisse dicunt. Scrofa, Prius, inquit.* poterat autem in appellatione Scrofae nomen omitti propterea, quod huic primae partes in sermone tributae erant, ut I 5, 2 *quapropter tu potius agri culturae partes nobis expone* et 9, 7 *tertium illud de modis dic.* sententiam verborum aperuit Scaliger „*ἀρχαισμός ad te* pro penes te, apud te: metaphora a gladiatorum magistris, penes quos erat rudis, qua emeritos gladiatores donabant."

14 Viam ueham appellant propter uecturas et uellam non uillam quo uehunt et unde uehunt] *Veham appellant* B et edita ante Victorium exemplaria, neque Politianus in principe editione mutavit, *uehar appellant* codex Caesenas, *ueam appellant* A codex Florentinus et editio Victorii. viam a vehendo dictam esse non addita vetere nominis forma ait Varro de ling. lat. V 22 et 35. deinde *unde evehunt* scripsi ex coniectura Ursini.

Velaturam facere] *Vellaturam* edita inde a principe editione exemplaria, quod Politianus non correxit, et ex libris manu scriptis m et codex Caesenas; sed *velaturam* reliqua apographa, item codex Varronis de ling. lat. V 44, *Velabrum a vehendo: velaturam facere etiam nunc dicuntur qui id mercede faciunt.*

15 Sed adfinis et ut dextra tibia alia quam sinistra] Aptior fiet verborum coniunctio, si deleto *et* scribitur *sed adfinis ut dextra tibia.* defenditur tamen librorum scriptura liberiore usu particulae *ut* in translato sermone etiam non addito vel repetito

verbo positae, I 18, 1 *scribens de olivetis et vineis ut duas formulas*, II 8, 6 *auribus ut equinis*, 9, 4 *solo ne ut corneo — sed ut fermentato*, III 5, 13 *gradatim substructum ut theatridion*, 7, 3 *peristeron fit ut testudo magna*, 16, 6 *haec ut hominum civitates*, 9 *omnes ut in exercitu vivunt — et ut colonias mittunt ibique duces conficiunt quaedam ut imitatione tubae*, 20 *horridae ut pulverulentae*, 29 *progeniem ut in coloniam emittere*, 37 *prostratae ut efflictae*, 33 *oportere ita ut novem partes tollere.*

16 Quocirca ei succinit pastorali .l. quod est inferior ut tibia sinistra a dextrae foraminibus] *Quocirca et succinit* Iucundus, *quocirca ea succinit pastorali, quod est inferior, ut tibia sinistra dextrae* (omisso *foraminibus*) Ursinus. *a* praepositionem delendam esse adnotavit Cuperus apud Gesnerum. *sinistra a dextra foraminibus* Salmasius in script. hist. Aug. p. 494. aut *et succinit* cum Iucundo aut *ea succinit* cum Ursino scribendum esse apparet: praetuli Ursini coniecturam *ea*, h. e. agri cultura. inferior autem *a dextrae foraminibus* dicitur sinistra tibia, quae a parte foraminum inferior et quasi infra foramina dextrae tibiae posita est. nam locum addita praepositione significari nomen indicat tibiarum dextrae et sinistrae, cum dextra, quae modos incipit, in superiore, sinistra, quae est succentiva, in inferiore parte posita esse dicitur. — L littera singularis praeter hunc locum duodecim locis libri primi in archetypo adiecta erat, 2, 19 *fructuis uenenum .l. hoc nomine*, 7, 4 *plus .l. reddant*, 11, 1 *solent disperire .l. dubium*, 18, 2 *indiligentiae .l. horum neuter*, 23, 5 *utendo .l. quid facias*, 31, 6 *poma .l. dicta*, 42 *quemadmodam .l. cum pabulum*, 44, 4 *praegnatia .l. cum sunt*, 55, 1 *quae digitis nudis laudabilior .l. quam illa*, 59, 2 *pauimentaque .l. laudabiliter faciunt*, 61 *adiciunt .l. mustum*, 69, 3 *fecisse recte .l. non moleste.* in uno codice B eadem littera scripta, sed deinde deleta est I 55, 1 *e terra l ac scalis*, II 4, 3 *ergo .l. qui.* praeterea eodem pertinent corruptae lectiones ex adscripta littera ortae, I 55, 4 *biluium* et *ad cibum ledatur*, 64 *lenilignis* et ut videtur I 6, 5 *hibernales esse*, II 10, 8 *leuuncidas*, 11, 1 *cibili causa.* de significatione litterae plurimi probaverunt opinionem Scaligeri not. in Varr. I 59, 2, qui laudabilem locum ea nota indicari exposuit. neque tamen ad unam eandemque notationem omnia exempla revocari poterunt, sed ex vetere studio, quod primus liber magis

quam reliqui expertus erat, relicta esse videtur nota, qua emendatio corruptae lectionis vel adnotatio aliqua in margine adscripta significata erat.

17 Ne capratum pascat quas etiam astrologia in caelum recepit non longe ab tauro] II 3, 7 *ab hoc in lege locationis fundi excipi solet ne colonus capra natum in fundo pascat. harum enim dentes inimici sationi, quas etiam astrologi ita receperunt in caelum — sunt duo haedi et capra non longe a tauro.* inde Victorius corruptam antiquissimorum exemplarium lectionem correxit. *ab tauro,* quod praeter A et principem editionem a Politiano non correctam habet Florentinus codex, hoc loco in archetypo videtur scriptum fuisse, *a tauro* m et apographa recentiora et in secundo libro omnes, quod verum esse exemplis Varronis compositis Roessnerus de praepositionum ab de ex usu Varroniano Halis a. 1888 p. 28 comprobavit.

18 Vide inquit ne agri istuc sit ab hoc] *Vide, inquit, Agri, ne istuc sit ab hoc* Ursinus. *ab hoc diversum* Schneiderus coniecit. neglegentem verborum collocationem, quam Ursinus correxit, Varroni relinquendam putavi. *ne istuc sit ab hoc* ad similitudinem vulgaris formulae *non ab re est* videtur dictum esse.

Quas dixi caprae] *Dixisti* recte Iucundus: nam de capris Agrius dixerat, non Fundanius.

19 Eius enim saliuam esse fructuis uenenum .l.] Non. p. 491, 5 *fructi vel fructuis pro fructus — Varro de re rustica lib. I eius enim salivam esse fructuis veneno. venenum* Lachmannus in Lucret. p. 52 defendit et exempla Varronis ib. p. 99 adscripsit, I 45, 2 *venenum enim gelum radicibus tenellis* et I 51, 1 *ea enim herbarum et formicarum et talparum venenum.* ad varietatem scripturae spectare poterat littera *l*, pro qua *Vel* in principe editione, *Licinius* in Aldina et reliquis deinceps editionibus editum erat.

20 Nec nullae inquam pecudes] Archetypi scripturam deleto *nec* olim expressi; sed verum videtur quod ex principe editione receptum erat *nec ullae,* ubi *nec* non conectendi vim habet, sed exaggerandi, cuius significationis praeterea unum exemplum in his libris inveni, III 12, 1 *nam neque solum lepores in eo includuntur silva.*

Nisi quae agrum opere quo cultior sit adiuuare ut

eae quae iunctae arare possunt] *Nisi quae agrum, quo cultior sit, adiuvant* Ursinus.

21 Sed error hinc quod pecus in agro esse potest et fructus in eo agro ferre] *Fructus non in eo agro ferre* Merula, quem temere secuti sunt editores, quamvis facile esset verborum sententiam perspicere, non sequendum esse errorem eorum qui propterea, quod pecus in agro esse et in eo fructum ferre potest, rem pecuariam ab agri cultura non seiungunt. vidit hoc unus Pontedera p. 92.

Ut si habet plures in fundo textores] *Habet* libri manu scripti et ex archetypo Politianus, non *habeat*, ut est apud Gesnerum, *habeas* ex principe editione adhuc vulgatum erat. tertiam autem verbi personam saepius Varro sine certo subiecto posuit, non sine ratione vel omisso pronomine *quis*, ut interpretibus visum est, sed in praeceptis, cum forma gerundii vel verbo *oportet* indicatum est, quo verbum pertineat, I 11, 2 *villa aedificanda, potissimum ut intra saepta villae habeat aquam.* 12, 1 *danda opera ut potissimum sub radicibus montis silvestris villam ponat.* 21 *de indomitis quadripedibus ac pecore faciendum, si prata sunt neque pecus habet* sqq. 41, 3 *videndum ut quod transferat cacumen habeat gemmam.* III 9, 21 *remittendum in datione pro portione, ac decem primis processit, in posterioribus ut deminuat.* I 40, 6 *inserere oportet referentem ad fructum — ex arbore qua vult habere surculum in eam quam inserere vult ramulum traducit.* 52, 1 *secerni oportet spicas, ut semen optimum habeat.* II 1, 20 *in nutricatu quae observari oporteat — ut subiciat sub alterius mammam.* 1, 24 *scire oportet, in grege quot feminas habeat.* 2, 11 *ita pascere pecus oportet, ut averso sole agat.* III 5, 3 *tantum locum luminis habere oportet* — 4 *diebus viginti antequam tollere vult turdos, largius dat cibum* sqq. huic legi quae repugnant aut corrupta sunt, ut II 10, 11 *detrahere possit,* ubi *possis* scripsi, aut consueta numerorum mutatione facile explicantur, ut I 17, 4 *ut facientem imitetur et ut animadvertat eum cum causa sibi praeesse.*

Si quis quid uult aliud aliud] *Aliud* semel scriptum et postea *argenti fodinas aut alia metalla* recte Merula. nam parum apta efficietur sententia, si repetito pronomine interrogative haec efferuntur, *Aliud? anne ego, inquam, sequar?*

22 *Figilinas* hoc loco in archetypo scriptum fuit et deinde *figilinae,* sed postea § 24 *figlinas* et III 9, 3 *figlina.* similia sunt haec, in quibus codicis scripturam secutus sum, I 16, 6 et 59, 3 *iugulandes,* I 67 *iuglandem,* III 15, 2 *iuglandes,* I 41, 6 *nuculeus,* III 7, 1 *columinibus;* et in graecis I 55, 4 *guminasium,* II 4, 6 *Menaechimis,* III 12, 2 *tricilinio.* contra I 40, 4 *surclos,* II 11, 2 *stupla,* II 9, 13 *vinclis,* I 48, 1 et 51, 2 *soldum* et saepe *caldus.*

23 *Lapidicinae* manu scripti libri et veteres editiones, *lapicidinae* editio Lugdunensis a. 1549 et deinde reliquae.

Neque ideo non in quo agro idoneae possunt esse non exercendae] *Non* posteriore loco olim a Gesnero inclusum restitui. nam repetitum in negativa sententia *non* saepius in his libris Varro admisit, non graecanice, ut putabat Scaliger not. in Varr. de r. r. p. 213 (I 69, 3), sed vulgaris sermonis neglegentiam secutus. certa eius generis exempla sunt haec, I 18, 3 *neque enim, si minus CCXL iugera oliveti colas, non possis minus uno vilico habere,* 55, 3 *nec haec non minima causa,* II 9, 10 *nec non ita panem hordeacium dandum, ut non potius eum in lacte des intritum,* III 2, 16 *quotus quisque enim est annus, quo non videas epulum aut triumphum aut collegia non epulari.* corrupta autem esse puto haec, quae correxi, I 2, 20 *nec nullae,* III 2, 16 *non tibi decoquet non ornithon,* III 10, 2 *nec non aeque fit mansuetum.* ceterum de coniunctis particulis *nec non,* quem usum frequentissimum esse in his libris constat, hoc monendum est, ita eas adhiberi, ut quae adduntur minus accurate cum praecedente enuntiatione copulentur, sed suam vim per se habeant. itaque plerumque addito verbo vel in initio novae enuntiationis ponuntur, I 1, 6. 4, 2; 4. 6, 3. 8, 5. 9, 4. 13, 4. 20, 2. 35, 2. II praef. 4. 2, 6; 14. 4, 3. 11, 11. III 5, 6. 16, 8; 25, et adiecto vocabulo, quo vis augeatur I 1, 6. II 10, 9. III 3, 4. 16, 26 *nec non etiam,* II 5, 9 *neque non praeterea,* II 10, 11 *nec tamen non.* rarius non addito verbo coniuncta sunt nomina, sed ita ut eadem vis facile appareat, I 13, 6 *orcae in Hispania fervore musti ruptae neque non dolea in Italia.* I 39, 2 *circiter solstitium inseri ficos nec non brumalibus diebus cerasos.* II 1, 22 *laborant propter aestus aut propter frigora nec non etiam propter nimium laborem.* III 2, 14 *vidi greges magnos anserum gallinarum columbarum gruum pavonum nec non glirium piscium*

aprorum ceterae venationis. III 7, 10 *paria singula volgo veneunt ducenis nummis nec non eximia singulis milibus nummum.* III 16, 12 *esse oportet aere temperato neque aestate fervido neque hieme non aprico.*

Ex is, quod habent AB et Florentinus codex, in archetypo fuisse videtur, *ex his* apographa quaedam recentiora. deinde *devorsoriae* ex A et Florentino codice recepi, *diversoriae* habent reliqua apographa. *devertitur* II 11, 12 Politianus adnotavit, *devertisset* III 3, 9 habet A.

Quod nec satione terra sit natum] *Ex satione* scribendum esse viderat Victorius collatis iis quae de eadem re scripta sunt I 23, 1 *fructum, inquit, arbitror esse fundi eum qui ex eo satus nascitur.* neque audiendi sunt qui codicis scripturam ita defendunt, ut id quod sine satione et cura, i. e. sponte, proveniat significetur. *quod ex terra satione natum* coniecit Schneiderus, et fortasse praestabat *quod ex satione e terra sit natum.*

24 *Obstrigilandi* editio princeps a Politiano non correcta, codex Florentinus et Caesenas, *obstrigillandi* AB et editio Victorii, neque plane constat, utrum in archetypo scriptum fuerit. corrupta sunt Varronis verba in libris Nonii p. 147, 11, ubi *obstrigilandi* habent codex Leidensis et Harleianus, *obstringillandi* alii. *obstringillare* Ennium et ipsum Varronem dixisse exemplis apud Nonium l. c. constat, quamvis Kettnerus in observationibus in Varronem a. 1868 p. 21 eam scripturam pravae etymologiae tribuendam et *obstrigilare* a strigile ductum unice verum esse putaverit.

26 *Coicere in aquam* P, non B.

Ego quod magis inquam pertineat ad fundanii valetudinem et in eo libro est satius dicas] *Satius dicas,* quod apographa habent, in archetypo scriptum fuisse certum est. *sacius dicam* m, *latius dicam* Merula, ubi Politianus *satius* ex codice adnotavit, sed *dicam* non correxit. *et in eo libro est, satius dicam* Iucundus et deinde reliqui editores. hoc latinum non esse vidit Lachmannus in Prop. p. 224, qui aut *latius* aut *potius* scribendum esse existimavit. *et in eo libro est, scitius dicam* coniecit Hauptius opusc. v. III p. 420. sed *dicas* verum esse, non *dicam,* et scriptura librorum et sententia verborum confirmatur, quoniam non ipse Varro dicturus est, sed Stolonem ut dicat

admonet. itaque deleto *et,* quod saepius in archetypo additum erat, veterem scripturam restitui, *ego, quod magis, inquam, pertineat ad Fundani valetudinem, est satius dicas.*

Nam huiusce pedes solent dolere in fronte contrahere rugas] *Dolere et in fronte* ex m a Politiano adnotatum recepit Gesnerus. *dolere* deleri voluit Scaliger, *dolore* coniecit Popma. his omnibus offensioni fuit asyndeton minime insolitum in hoc genere, cum duobus verbis res accuratius definitur.

27 De Tarquenna, quod nomen Victorius ex archetypo restituit, nihil memoriae proditum est.

Terra pestem teneto salus hic maneto in meis pedibus] *In meis pedibus,* quae ad explicandam veterem formulam Varro addidit, postea adscripta esse Victorius coniecit, seclusit Gesnerus. Saturnii versus formam, *terra pestem teneto, hic salus maneto* post Korschium L. Muellerus de versu Saturnio p. 119 et 156 restituit.

28 *Multa inquam item alia miracula apud Sasernas invenies* et deinde *quasi vero inquam non apud ceteros quoque scriptores talia reperiantur* secum constare non posse, sed diversis personis tribuenda esse vidit Ursinus et *quasi vero inquit Agrasius* legendum esse coniecit. Gesnerus, ut priora Stolonis orationi continuarentur, *multa inquit alia* scripsit. aptius tamen haec Varroni, qui supra Sasernarum libros reprehenderat, tribuuntur, ea quae sequuntur Stoloni ad reprehensionem Varronis respondenti, *quasi vero, inquit, non apud ceteros quoque* sqq.

Ante esse oportet brassicam crudam ex aceto aliqua folia quinque] *Ex aceto et post alia folia quinque* Iucundus ex Catone c. 156, 1, cuius verba non plane accurate Varro expressit.

III Igitur inquit agrasius quae diiungenda essent a cultura cuius modi sint quoniam discretum stolo cum aspexisset scrofam tu· inquit et aetate et honore et scientia quod praestas dicere debes ille non grauatus de iis rebus quae inscientia sit incolendo nos docet ars id an quid aliud et a quibus carceribus decurrat ad metas primum inquit non modo est ars] *Inquit Agrius* B et codex Caesenas. Agrasii nomen non minus consensu reliquorum librorum quam ipsa re defenditur. nam quoniam illi initium

sermonis tributum erat supra 2, 3, ab eodem alteram disputationis partem repeti par erat. deinde ordinem verborum in archetypo perturbatum Iucundus in Aldina editione, cuius lectionem a reliquis editoribus probatam in adnotatione indicavi, correxit. illud quoque vidit, *in* praepositionem ante *scientia* locum non habere, ubi *quae in scientia sint* scripserat Merula. sed in reliquis corrigendis, ut solet, nimia licentia usus est. plura etiam auctore Pontedera p. 51 novavit Schneiderus, *igitur — quoniam discretum, de iis rebus dicendum, quae in scientia sint. ecquis in colendo nos docet ars sit, an quid aliud, et a quibus carceribus decurrat ad metas.* itaque verbis transpositis et praepositione *in* deleta *docete* pro *docet* scripsi, *quoniam discretum, de iis rebus quae scientia sit in colendo nos docete — decurrat ad metas. Stolo cum aspexisset — Ille non gravatus primum inquit.* eodem modo supra 2, 12 scriptum erat *docete nos, agri cultura quam summam habeat.* in reliquis scripturam archetypi expressi. nam disiunctis ab agri cultura iis quae ad eam non pertinent Agrasius ab iis qui adhuc de hac parte disputaverant petit ut doceant, quae scientia de iis rebus in colendo sit, hoc est de iis rebus quae ad culturam pertinent. ad quae Stolo ita respondet, ut Scrofae primas partes concedat. *diiungenda,* non *disiungenda,* constanti in hoc verbo usu, I 23, 4. II 1, 20. 9, 12, *deiuncti* II 7, 12; item *deiungunt* II 6, 4 de iumentis iugo solutis.

Eaque est scientia quae sint in quoque agro serenda ac facienda que terra maximos perpetuo reddat fructus] *Quae terra* A m, *quod terra* corr. *que terra* codex Florentinus, *quaeque terra* recentiora apographa et editio princeps. *quae aqua terra* unus Politianus adnotavit, parum accurate haud dubie. nam in archetypo *que terra* primum videtur scriptum fuisse, postea correctum *quaeque terra,* quod in recentiores libros receptum est. *eaque est scientia, quae docet, quae sint in quoque agro serunda et faciunda, quaeque terra maximos perpetuo reddat fructus* Merula, ubi *in quoquo agro* Iucundus dedit et deinde reliqui editores. lectionem archetypi restitui, sed *quo terra maximos perpetuo reddat fructus* scripsi. nam hoc in iis quae deinde disputantur praecipitur, quid in uno quoque agro instituendum sit, ut terra fructuosa fiat, non quod genus terrae maximos fructus ferat. *quo* sine comparativo pro *ut* positum est

II 8, 2 *matri suppositiciae quoque inserviunt, quo equa ministerium lactis cibum pullo praebere possit.*

IV 1 Quae mundi esse ennius scribit aqua terra anima et sol] *Anima et sol* manu scripti libri omnes, *et* unus Politianus in principe editione delevit vel errore aliquo vel correctione veteris libri ductus vel coniectura. hunc secuti sunt qui fragmenta Ennii collegerunt, qui haec tamquam ipsius Ennii verba in fragmentis Epicharmi Enniani posuerunt. Varro autem eodem dicendi genere usus est I 4, 4 *porticibus ostiis ac fenestris,* 41, 4 *ficus malus punica et vitis,* 68 *uvae mala et sorba,* III 12, 2 *sed horum omnium custodia incrementum et pastio aperta,* 13, 3 *cervorum aprorum et ceterarum quadripedum multitudo.*

Priusquam semina iacias quod initium fructuum oritur] *Quod hinc initium* Ursinus, *quod ex iis initium* Schneiderus non intellecta verborum structura. nam illud ipsum, quod semina iaciuntur, initium est fructuum, quod cum generandi principium praebeat, quasi primum initium oritur.

2 Nec non ea quae faciunt cultura honestiorem agrum pleraque non solum fructuosiora eadem faciunt — sed etiam uendibiliorem] *Cultura* auctore Ursino deleverunt Gesnerus et Schneiderus. *fructuosiorem eundem* inde a principe editione receptum erat. *fructuosiorem eadem* defendit Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. Berolini a. 1881 p. 28. pronomen *eadem* autem plurali numero dictum et cum *pleraque* coniunctum est, ut I 7, 5 *eadem omnia,* III 16, 24 *ex iisdem omnibus rebus,* I 23, 6 *quaedam loca eadem alia ad serendum idonea.*

Nemo enim eadem utilitati non formosius quod est emere mauult pluris quam si est fructuosus turpis] Rariorem ablativi formam *utilitati,* sicut alia eius generis plura, ubi codicum auctoritate confirmata erant, retinui, I 12, 2 *hereditati,* I 13, 5. 40, 6. III 3, 8; 9 *parti,* item III 5, 16. 16, 5 *orbi,* I 12, 3 *convalli,* I 22, 6. 56 *clavi,* I 64 *igni,* I 53 *messi,* II 11, 5 *rumi,* III 16, 37 *imbri,* III 14, 5 *farri.* — *quam si est fructuosius turpe* Merula, archetypi scripturam Victorius restituit, *quam si, etsi fructuosius, turpe est* Nettleship in museo philologico Cantabrigiensi a. 1877 p. 173, quod quantopere a simplici Varronis sermone abhorreat, nemo non videt. neque offensionem habere

debebat haec inaequalitas dicendi, quod quae generaliter dicta erant, *formosius quod est,* mox ad fundum transferuntur, *si est fructuosus turpis.*

3 Contra quod in pestilenti calamitas quamuis in feraci agro colonum ad fructus peruenire non patitur] *Contraque in pestilenti* Iucundus. *contra quod* ex archetypo restituit Victorius, ubi *quod* delendum esse vidit Ursinus. nam quae praeterea mutavit omitto. sed *contra* adverbii loco saepe in his libris invenitur, non *contra quod* vel *quod contra.* ordinem verborum temere mutavit Schneiderus, *in pestilenti quamvis in feraci agro calamitas colonum ad fructus pervenire non patitur.*

4 Ut tamen multum sit in nobis quo grauiora quae sunt ea diligentia leuiora facere possimus] *Quod graviora* Merula et deinde reliqui editores. restitui archetypi lectionem, in qua cum verbo *facere* duo ablativi *quo* et *diligentia* coniuncti sunt.

Si propter terram aut aquam odorem quem aliquo loco eructat pestilentior est fundus] *Odoremve* ex principe editione adhuc receptum erat. pro hoc *odore* scripsi. nam cum quattuor rerum elementis fundus pestilentior fieri possit, terra et aqua odore, quem aliquo loco fundus eructat, eum pestilentiorem reddunt, caeli regio nimio calore nocet, aer, cum ventus non bonus flat, corrumpitur.

Ube sint positae uillae] *Ube* hoc uno loco in archetypo scriptum fuit, *tibe* III 7, 11 et III 16, 9; non *mihe,* sed *mi* I 12, 2. II 2, 5. 4, 12. 5, 1, semel *me* III 16, 2. haec sicut alia, quae ex antiquo et vulgari sermone Varro receperat, tum, cum in archetypo scripta erant, retinui.

5 Inmissis fenestris nouis aquilone et obstructis pestilentibus] *Immisso* Merula et deinde reliqui editores. *inmissis fenestris novis ad aquilonem* olim conieceram: I 59, 1 *oporothecas qui faciunt, ad aquilonem ut fenestras habeant atque ut eae perflentur curant.* sed 'fenestras inmittere' num dictum sit dubito. itaque Merulae emendationem *inmisso fenestris novis aquilone* recepi. ceterum Varronem piratico bello sub Pompeio classibus praefuisse scimus. Hippocratem venientem ab Illyriis pestilentiam praedixisse narrat Plinius VII 123.

V 2 Neque eo dico quot habeant] *Quo non habeant*

Ursinus recte, ut puto. *non quo non* legitur II 1, 3. III 14, 4. 16, 15. *quod non habeant* praecedente *eo* defendit Reiterus quaest. Varr. gramm. p. 61.

3 Quae in eo fundo opus sunt ac debeant esse] *Debent* A m et plurima Italorum apographa, *debeant* editio princeps a Politiano non correcta et Florentinus codex. *quae in eo fundo opus sint ac debeant esse* Schneiderus.

4 De his quattuor generibus singulae minimum in binas diuiduntur species] *De his quattuor partibus singulae* Ursinus, *de his quattuor generibus singula* coniecit Gesnerus. *de his quattuor generalibus partibus* scripsi. nam quae modo dictae erant *quattuor partes summae* iam dicuntur generales partes, ut II 1, 12 *harum una quaeque in se generalis partis habet minimum nouenas.*

Quod habet prima ea quae ad solum pertinent terrae et alterum quae ad uillas et stabula] *Alterum* inde ab Aldina editione omissum erat. scribendum erat potius *quod habet prima ea quae ad solum pertinent terrae et altera quae ad uillas et stabula.* nam altera sunt ea quae ad alteram primae partis speciem pertinent: I 7, 4 *quas res duas sequuntur altera illa duo,* I 17, 1 *de fundi quattuor partibus, quae cum solo haerent, et alteris quattuor, quae extra fundum sunt et ad culturam pertinent, dixi.* II 1, 16 *alterae partes quattuor sunt.* II 2, 7 *de alteris quattuor rebus deinceps dicam.*

Secunda pars quae mouentur atque in fundo debeant esse] *Moueantur* ex Commeliniana editione Gesnerus. *mouentur atque in fundo debent esse* scribendum esse uidit Schneiderus.

Tertia pars quae de rebus diuiditur quae ad quamque rem sint praeparanda et ubi quaeque facienda] *Quae* priore loco deleui. nam *tertia pars quae de rebus* uel quae est de rebus dici non poterat ea pars, de qua supra scripta sunt haec, *quae in eo praedio colendi causa sint facienda.* postea in ipsa rerum tractatione 23, 1 *quae et quo quidque loco maxime expediat colere.* sed uulgari in praepositione *de* breuitate et mutato post nomen *res* genere relatiui pronominis cum sequentibus haec ita coniuncta sunt, *tertia pars de rebus diuiditur, quae ad quamque rem sint praeparanda et ubi quaeque facienda;*

quarta de temporibus, quae sqq. tertiae partis divisio bipertita est de iis rebus quae praeparandae et ubi eae faciendae sint, item quarta de temporibus quae ad solem et quae ad lunam referuntur.

De primis quattuor partibus prius dicam deinde subtilius de octo secundis] De quattuor partibus separatim non dici, sed statim subtiliorem de octo partibus disputationem sequi iisque partibus novas subinde partes subici Gesnerus adnotavit. idem tamen in quattuor partes eam disputationem distributam esse animadvertit. nam de prima parte agitur c. 6—16, de secunda c. 17—22, de tertia c. 23—26, de quarta c. 27—37, 3. quattuor autem partes indicatae sunt ita, ut unius cuiusque partis divisio in binas species, etiamsi ipsarum rerum tractatio bipertitam divisionem non accurate sequatur, tamen appareat, in prima parte 6, 1 *igitur primum de solo fundi haec quattuor* et 11, 2 *villa aedificanda;* in secunda 17, 1 *de fundi quattuor partibus — dixi: nunc dicam, agri quibus rebus colantur* et 19, 1 *de reliqua parte instrumenti;* in tertia 23, 1 *et quoniam habemus illa duo prima ex divisione quadripertita, de fundo et de instrumento, quo coli solet, de tertia parte expecto* et ibid. *duo consideranda, quae et quo quidque loco maxime expediat serere:* in quarta 27, 1 *et quoniam tempora duorum generum sunt, unum annale, quod sol circuitu suo finit, alterum menstruum, quod luna circumiens conprendit, prius dicam de sole* et 37, 1 *dies lunares quoque observandi.* denique huic disputationi, quae Scrofae tributa est, finis imponitur 37, 4 *dixi de quadripertita forma in cultura agri.* nam in reliqua parte libri Scrofae disputatio a Stolone sex gradibus culturae agri descriptis suppletur.

VI 1 Quae sit forma] *Qua sit forma* ut scriberetur concinnitas orationis postulare videbatur.

Quam persecutus] *quamque prosecutus* Merula, ubi Politianus *que* delevit, *prosecutus* non correxit, sed *l' per se tutus* postea rubro colore adscripsit. *quam persecutus* apographa Italorum, *quam per se tutus* A m, ut videtur, et corrector codicis Florentini, quod Iucundus recepit. ad tuendos fundos pertinent quae scripta sunt c. 14—16.

2 Igitur cum tria genera sint a specie simplicia agrorum campestre collinum montanum et ex iis tribus

quartum ut in eo fundo haec duo aut tria sunt aut multis locis licet uideri e quibus tribus fastigiis simplicibus sine dubio infimis alia cultura aptior quam summis quod haec calidiora quam summa sic collinis quod ea tepidiora quam infima aut summa haec apparent magis ita esse] *Igitur cum tria genera sint a specie simplici agrorum, campestre, collinum, et montanum, est ex his tribus quartum, ut in eo fundo, in quo haec duo vel tria sunt, ut multis locis licet videri. E quibus — quam infima aut summa. Haec apparent magis ita esse* Iucundus. *a specie simplicia* ex manu scriptis libris Angelius restituit, quod iis quae sequuntur *fastigiis simplicibus* et *simplicia cum sunt* defenditur. *cum tria genera sint specie simplici* Schneiderus. *specie* autem non genus, sed externam agrorum formam significari intellegi poterat ex iis quae postea scripta sunt 7, 2 *quae specie fiant venustiora.* deinde Aldinae editionis lectio, quae a reliquis editoribus recepta erat, obfuit, quominus compositio verborum, *igitur cum tria genera sint — quod ea tepidiora quam infima aut summa, haec apparent magis ita esse,* intellegeretur. hac restituta corruptam librorum scripturam in hunc modum correxi, *et ex iis tribus quartum, ubi in uno fundo haec duo aut tria sunt, ut multis locis licet videre.* nam *licet videre* Ursinus restituit, et legitur eadem formula saepius, I 9, 6. 14, 3. II 10, 1. fastigia autem non recte Lachmannus in Lucr. p. 223 interpretatus est 'pro tribus generibus definitis'. fastigium enim declivitas dicitur, I 14, 2 *fastigium habet* et I 20, 5 *quo fastigio sit fundus.* itaque tria genera agrorum simplicia, quae supra dicta erant, iam accuratius fastigia vel genera declivitatis dicuntur, quia sunt campestria collina montana, itemque postea 5 *haec tria fastigia formae* et 6 *tria fastigia agri.*

3 Quod leuiora et ideo salubriora qui colunt deorsum magis aestate laborant qui susum magis hieme] Neglegentiore verborum compositione haec tria membra orationis in unam sententiam copulata sunt, *ubi lati campi, et ubi montana, qui colunt deorsum.* facilius procederet oratio, si omisso *et* scriberetur *quod leviora, ideo salubriora.* — *deorsum* hoc loco in archetypo scriptum fuit, item postea *deorsum tardius* et III 5, 4 *deorsum in terram,* I 16, 6 *introrsum,* contra *deosum ut*

nuces postea et constanter *susum* et hic et I 31, 5. *susum* et *deorsum* non addito directionis fine de locis ad summa vel infima vergentibus dictum esse adnotavit Lachmannus in Lucret. p. 377.

4 Susum fertiliora] Uberius haec exposuit Plinius XVI 116 *est vero in ipsis arboribus etiam onustis peculiaris differentia: summa sui parte fertilior est arbutus quercus, inferiore iuglandes fici mariscae.*

5 Plerumque hibernales esse meliora qui colunt campestria] *Plerumque plurimumque* '*hibernales hiis esse* m, *plerumque hiberna iis esse* corrector codicis Florentini, quod in Aldinam editionem et deinde in reliquas receptum est. *plerumque hiberna esse ibi meliora quam campestria* impressa ante Aldinam editionem exemplaria. *plerumque hiberna iis meliora,* h. e. iis meliora sunt, scripsi. nam *hibernales esse,* quod in archetypo fuit, inde videtur ortum esse, quod olim scriptum erat *hiberna esse,* deinde correctum *l. eis.*

Contra aestiua montana iis locis commodiora quod ibi tum et pabulum multum quod in campis aret ac cultura arborum aptior] *Montana iis* (vel *his*) *locis* apographa Italorum, *montanaque iis locis* Politianus, quod si in archetypo fuit, *que* correctori debetur; *montanis locis* m et corrector codicis Florentini.. pravo iudicio Pontedera p. 93 veterem lectionem *montana iis locis* defendit, 'iis locis, ubi prata et vineae', quod miror Schneidero placuisse. nam aestiva montana nulla sunt, sed montana loca opponuntur campestribus, et recte Iucundus *aestiva montanis locis commodiora.* item recte idem *et cultura* pro eo quod in archetypo et in priscis editionibus erat *ac cultura,* quod Victorius recepit. aestate in montanis locis et pabulum multum et cultura arborum aptior est, quam in campestribus.

6 In unam partem uerget quam is qui est ad libellam aequos quod is cum aquae non habet delapsum fieri solet uliginosus eo magis si quis est inaequabilis] *Uergit* m et impressa inde ab Aldina editione exemplaria, *uerget* reliqui libri manu scripti et editiones antiquissimae. — *habet* Politianus cum plurimis apographis, non *habeat,* ut Gesnerus adnotavit. *habeat* in uno Florentino codice inveni, *habeant* Merula et corrector Florentini codicis, *habent* m et Iucundus. *quis* deleri

voluit Ursinus, quod Schneiderus probavit. in his omnibus lectionem archetypi restitui. nam ager non in unam partem vergens, sed ad libellam aequus tum, cum imbres fiunt neque delapsum aquae habet, uliginosus fit, idque in eo genere agrorum magis accidit, siquis propter lacunas inaequabilis est.

Haec adque huiuscemodi tria fastigia agri ad colendum disperiliter habent momentum] *Disperiliter* hoc loco in archetypo fuit et *disperiles* III 14, 4 *a* littera in derivatione in *e* mutata, item gloss. graecolat. v. II p. 52, 39 *disperile ἄζυγον ἄνισον*, contra *disparile* II 11, 4. *dispar* vel *disparile* coniecit Ursinus: I 18, 8 *quod momentum ea res habeat.* sed quoniam de tribus fastigiis et eorum vi in cultura agri dictum erat in superioribus, non poterat nunc dici haec fastigia dispari modo ad colendum habere momentum sic, quasi nova de eo discrimine disputatio subiceretur. quare scripsi *haec et huiusce modi tria fastigia et* (vel *quae*) *ad colendum disperiliter habent momentum,* h. e. haec et huiusce modi sunt tria illa fastigia, quae supra dicta erant, et dispari modo, sicut dictum est, ad colendum habent momentum.

VII 2 De formae cultura hoc dico quae specie fiant uenustiora sequi ut maiore quoque fructu sint] *De forma culturae hoc dico, quae specie sint venustiore* Ursinus. cultura formae dicitur quae ad eam agri formam, quam natura dat, colendo accedit, de quo dictum erat supra 6, 1 *altera quam sationes inponunt.*

Ex aruo aeque magnos male consito] *Magnos* apographa, *magno* Merula, quod in principe editione Politianus non correxit, *magno sed* m et corrector codicis Florentini, quod inde ab Aldina editione ab editoribus receptum erat. multa autem in archetypo addita *s* littera corrupta erant, ex quibus notavi haec, quae adscribere haud inutile est, quoniam plurima editoribus fraudi fuisse video, quaedam vero etiam in ipso vetere codice correcta erant, sicut hoc ipsum *magnos:* I 8, 4 *pertusos,* ubi *cum fundo pertuso* scribendum est, 9, 3 *facies terrena,* 12, 4 *improuisos,* ubi *improviso* scribendum, 16, 6 *adsista,* 19, 1 *oliuetis,* 19, 3 *iugus* pro *iugum,* 20, 1 *nigri.s,* 22, 3 *sex s. crates,* 39, 3 *uiuas radices,* ubi *viva radice* scribendum est, 54 *in uindemia diligentis,* 64 *lenilignis,* II 3, 2 *mulioris,* 3, 7 *inimici sationis,* ubi *sationi,* 3, 8 *in campos,* ubi *in campo* scribendum est, 4, 3 *in carnarios,* 4, 20 *in*

aceruos, 5, 7 *costatos,* 7, 3 *lacunis* pro *lacunae,* III 2, 1 *candidatos,* 3, 10 *leporarias,* 5, 12 *tholis,* 11, 2 *ante eas,* ubi *ante ea* scribendum est, 12, 4 *quis uelit,* 16, 17 *aluis,* ubi scribendum erat *opercula inponunt, alvi optimae fiunt,* 16, 23 *urina potas,* 16, 25 *ut alias.* eidem vitio *sunt* tribuendum est II 10, 6 *qui autem sunt in saltibus.*

Quod quaeque suo quicque loco sunt posita ea minus loci occupant] *Quod quae suo quaeque loco* Iucundus, *quod quae suo quicque loco* Angelius. *quod quaecumque suo quoque loco sunt posita* Lachmannus in Lucret. p. 94. et sic cum reflexivo pronomine coniunctum pronomen *quisque* Varro in his libris posuit I 22, 6 *omnia certo suo quoque loco — posita,* I 69, 1 *suo quoque tempore promenda;* contra cum nomine II 4, 13 *scrofa in sua quaeque hara suos alat oportet,* III 16, 38 *ut reconciliatae ad suum quaeque opus et domicilium redeant. quicque* autem scriptum est I 5, 3 *quo quicque tempore in eo fundo fieri conveniat.*

3 Hoc licet coniectura uidere ex aliquod rebus ut nuces integras quas uno modio comprendere possis quod putamina suo loca quaeque habet natura composita cum easdem si fregeris uix sesquimodio concipere possis] *Cum* deleri voluit Schneiderus, *si* Ursinus, non intellecta structura verborum. nam *ut nuces* nominativo casu dictum est nota in adferendis exemplis brevitate, I 46 *ut olea et populus alba et salix,* III 5, 2 *ut miliariae ac coturnices;* deinde *integras* in relativa sententia positum, ut nuces sunt, quas integras uno modio conprehendere possis sqq.

4 Quae arbores in ordinem satae sunt] *In ordine* edita ante Victorium exemplaria, *in ordinem* ex codice Victorius restituit: I 4, 2 *cum in ordinem sunt consita arbusta,* 23, 6 *in ordinemque arbusculis positis,* III 7, 4 *columbaria fiunt rutunda in ordinem crebra,* 8, 2 *palos in ordinem,* 16, 16 *cum in ordinem sint positae;* item I 7, 2 *si sata sunt in quincuncem,* I 43 *in sesquipedem ponitur.*

6 Cretae ad cortyniam dicitur platanus esse — ad elephantinem] Theophr. hist. plant. I 9, 5 *ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. — ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστιν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. — λέγεται δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ*

πλάτανος εἶναι τοιαύτη. id. I 3, 5 *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ φυλλοβόλα καὶ ἀείφυλλα· περὶ γὰρ Ἐλεφαντίνην οὐδὲ τὰς ἀμπέλους οὐδὲ τὰς συκᾶς φασι φυλλοβολεῖν.* Theophrastum secutus est Plinius XII 11 *est Gortynae in insula Creta iuxta fontem platanus una insignis utriusque linguae monimentis numquam folia dimittens,* id. XVI 81 *in Thurino agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una numquam folia dimittens nec ante mediam aestatem germinans, idque mirum est Graecis auctoribus proditum apud nos postea sileri. nam locorum tanta vis est, ut circa Memphim Aegypti et in Elephantine Thebaidis nulli arborum decidant, ne vitibus quidem.* apud Varronem *cortyniam* vel *cortiniam* in archetypo scriptum fuit. *cortyniam* B et princeps editio a Politiano non correcta, *cortinam* corr. *cortiniam* A, *cortiniam* codex Caesenas et Florentinus. sed num ipsam urbem *Cortyniam* Varro dixerit dubito; *Gortyna* scripsisse videtur. graecam declinationem in huius modi nominibus Wesenbergius apud Halmium ad Cic. Tuscul. disp. I 46, 110 defendit, et hanc solam secutus est Varro I 12, 2. 13, 7 *aera,* II praef. 2 *procoetona,* ib. et III 2, 2 *ornithona,* III 7, 2; 11 *peristerona,* III 16, 7 *Helicona,* III 13, 3 *Orphea,* II 5, 4 *bupaeda,* III 16, 9 *lampada.* item in plurali numero I 2, 21 *histonas,* III 3, 1 *ornithonas,* III 7, 8; 11 *peristeronas,* III 16, 12 *melittonas,* II 1, 6 *Hesperidas,* II 11, 12 *Cilicas,* III 9, 18 *meleagridas,* I 55, 5. III 2, 8 *trapetas,* II 1, 6 *polyarnas.* — deinde *Elephantinen* primum in Commeliniana editione editum est. in his quoque primae declinationis nominibus plerumque graecam formam Varro retinuit, II 1, 5 *in Samothrace,* II 5, 4 *Attice,* II 5, 7 *e Phoenice,* III 16, 13 *medice,* saepius *medica,* III 16, 8; 23; 24 *erithacen* et III 16, 31 *oblinunt erithace,* I 59, 2 *in pinacothece* et *oporothecen,* ubi *oporothece* habent codices, sed ib. 3 *in oporotheca,* II praef. 2 *oporothecen,* II 1, 6 *Thyesten,* sed ib. *Aeetam,* III 5, 14 *stylobaten,* item III 5, 11, ubi *stylobate* habent codices, et mutata declinatione genetivo casu II 5, 11 *stylobatis* et I 24, 1 *orcitem.* corruptum est *mellinem* III 16, 10, ubi *melittaenam* scripsi.

M u l t a s u n t b i f e r a u t u i t e s a p u d m a r e z m y r n a e m a l u s b i f e r a e u t i n a g r o c o n s e n t i n o] *Malus bifera* ex principe editione receptum erat. *vitis,* non *vites,* legit Plinius XVI 115.

sermonis tributum erat supra 2, 3, ab eodem alteram disputationis partem repeti par erat. deinde ordinem verborum in archetypo perturbatum Iucundus in Aldina editione, cuius lectionem a reliquis editoribus probatam in adnotatione indicavi, correxit. illud quoque vidit, *in* praepositionem ante *scientia* locum non habere, ubi *quae in scientia sint* scripserat Merula. sed in reliquis corrigendis, ut solet, nimia licentia usus est. plura etiam auctore Pontedera p. 51 novavit Schneiderus, *igitur — quoniam discretum, de iis rebus dicendum, quae in scientia sint. ecquis in colendo nos docet ars sit, an quid aliud, et a quibus carceribus decurrat ad metas.* itaque verbis transpositis et praepositione *in* deleta *docete* pro *docet* scripsi, *quoniam discretum, de iis rebus quae scientia sit in colendo nos docete — decurrat ad metas. Stolo cum aspexisset — Ille non gravatus primum inquit.* eodem modo supra 2, 12 scriptum erat *docete nos, agri cultura quam summam habeat.* in reliquis scripturam archetypi expressi. nam disiunctis ab agri cultura iis quae ad eam non pertinent Agrasius ab iis qui adhuc de hac parte disputaverant petit ut doceant, quae scientia de iis rebus in colendo sit, hoc est de iis rebus quae ad culturam pertinent. ad quae Stolo ita respondet, ut Scrofae primas partes concedat. *diiungenda,* non *disiungenda,* constanti in hoc verbo usu, I 23, 4. II 1, 20. 9, 12, *deiuncti* II 7, 12; item *deiungunt* II 6, 4 de iumentis iugo solutis.

Eaque est scientia quae sint in quoque agro serenda ac facienda que terra maximos perpetuo reddat fructus] *Quae terra* A m, *quod terra* corr. *que terra* codex Florentinus, *quaeque terra* recentiora apographa et editio princeps. *quae aqua terra* unus Politianus adnotavit, parum accurate haud dubie. nam in archetypo *que terra* primum videtur scriptum fuisse, postea correctum *quaeque terra,* quod in recentiores libros receptum est. *eaque est scientia, quae docet, quae sint in quoque agro serunda et faciunda, quaeque terra maximos perpetuo reddat fructus* Merula, ubi *in quoquo agro* Iucundus dedit et deinde reliqui editores. lectionem archetypi restitui, sed *quo terra maximos perpetuo reddat fructus* scripsi. nam hoc in iis quae deinde disputantur praecipitur, quid in uno quoque agro instituendum sit, ut terra fructuosa fiat, non quod genus terrae maximos fructus ferat. *quo* sine comparativo pro *ut* positum est

II 8, 2 *matri suppositiciae quoque inserviunt, quo equa ministerium lactis cibum pullo praebere possit.*

IV 1 Quae mundi esse ennius scribit aqua terra anima et sol] *Anima et sol* manu scripti libri omnes, *et* unus Politianus in principe editione delevit vel errore aliquo vel correctione veteris libri ductus vel coniectura. hunc secuti sunt qui fragmenta Ennii collegerunt, qui haec tamquam ipsius Ennii verba in fragmentis Epicharmi Enniani posuerunt. Varro autem eodem dicendi genere usus est I 4, 4 *porticibus ostiis ac fenestris,* 41, 4 *ficus malus punica et vitis,* 68 *uvae mala et sorba,* III 12, 2 *sed horum omnium custodia incrementum et pastio aperta,* 13, 3 *cervorum aprorum et ceterarum quadripedum multitudo.*

Priusquam semina iacias quod initium fructuum oritur] *Quod hinc initium* Ursinus, *quod ex iis initium* Schneiderus non intellecta verborum structura. nam illud ipsum, quod semina iaciuntur, initium est fructuum, quod cum generandi principium praebeat, quasi primum initium oritur.

2 Nec non ea quae faciunt cultura honestiorem agrum pleraque non solum fructuosiora eadem faciunt — sed etiam uendibiliorem] *Cultura* auctore Ursino deleverunt Gesnerus et Schneiderus. *fructuosiorem eundem* inde a principe editione receptum erat. *fructuosiorem eadem* defendit Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. Berolini a. 1881 p. 28. pronomen *eadem* autem plurali numero dictum et cum *pleraque* coniunctum est, ut I 7, 5 *eadem omnia,* III 16, 24 *ex iisdem omnibus rebus,* I 23, 6 *quaedam loca eadem alia ad serendum idonea.*

Nemo enim eadem utilitati non formosius quod est emere mauult pluris quam si est fructuosus turpis] Rariorem ablativi formam *utilitati,* sicut alia eius generis plura, ubi codicum auctoritate confirmata erant, retinui, I 12, 2 *hereditati,* I 13, 5. 40, 6. III 3, 8; 9 *parti,* item III 5, 16. 16, 5 *orbi,* I 12, 3 *convalli,* I 22, 6. 56 *clavi,* I 64 *igni,* I 53 *messi,* II 11, 5 *rumi,* III 16, 37 *imbri,* III 14, 5 *farri.* — *quam si est fructuosius turpe* Merula, archetypi scripturam Victorius restituit, *quam si, etsi fructuosius, turpe est* Nettleship in museo philologico Cantabrigiensi a. 1877 p. 173, quod quantopere a simplici Varronis sermone abhorreat, nemo non videt. neque offensionem habere

debebat haec inaequalitas dicendi, quod quae generaliter dicta erant, *formosius quod est,* mox ad fundum transferuntur, *si est fructuosus turpis.*

3 Contra quod in pestilenti calamitas quamuis in feraci agro colonum ad fructus peruenire non patitur] *Contraque in pestilenti* Iucundus. *contra quod* ex archetypo restituit Victorius, ubi *quod* delendum esse vidit Ursinus. nam quae praeterea mutavit omitto. sed *contra* adverbii loco saepe in his libris invenitur, non *contra quod* vel *quod contra.* ordinem verborum temere mutavit Schneiderus, *in pestilenti quamvis in feraci agro calamitas colonum ad fructus pervenire non patitur.*

4 Ut tamen multum sit in nobis quo grauiora quae sunt ea diligentia leuiora facere possimus] *Quod graviora* Merula et deinde reliqui editores. restitui archetypi lectionem, in qua cum verbo *facere* duo ablativi *quo* et *diligentia* coniuncti sunt.

Si propter terram aut aquam odorem quem aliquo loco eructat pestilentior est fundus] *Odoremve* ex principe editione adhuc receptum erat. pro hoc *odore* scripsi. nam cum quattuor rerum elementis fundus pestilentior fieri possit, terra et aqua odore, quem aliquo loco fundus eructat, eum pestilentiorem reddunt, caeli regio nimio calore nocet, aer, cum ventus non bonus flat, corrumpitur.

Ube sint positae uillae] *Ube* hoc uno loco in archetypo scriptum fuit, *tibe* III 7, 11 et III 16, 9; non *mihe,* sed *mi* I 12, 2. II 2, 5. 4, 12. 5, 1, semel *me* III 16, 2. haec sicut alia, quae ex antiquo et vulgari sermone Varro receperat, tum, cum in archetypo scripta erant, retinui.

5 Inmissis fenestris nouis aquilone et obstructis pestilentibus] *Immisso* Merula et deinde reliqui editores. *inmissis fenestris novis ad aquilonem* olim conieceram: I 59, 1 *oporothecas qui faciunt, ad aquilonem ut fenestras habeant atque ut eae perflentur curant.* sed 'fenestras inmittere' num dictum sit dubito. itaque Merulae emendationem *inmisso fenestris novis aquilone* recepi. ceterum Varronem piratico bello sub Pompeio classibus praefuisse scimus. Hippocratem venientem ab Illyriis pestilentiam praedixisse narrat Plinius VII 123.

V 2 Neque eo dico quot habeant] *Quo non habeant*

Ursinus recte, ut puto. *non quo non* legitur II 1, 3. III 14, 4. 16, 15. *quod non habeant* praecedente *eo* defendit Reiterus quaest. Varr. gramm. p. 61.

3 Quae in eo fundo opus sunt ac debeant esse] *Debent* A m et plurima Italorum apographa, *debeant* editio princeps a Politiano non correcta et Florentinus codex. *quae in eo fundo opus sint ac debeant esse* Schneiderus.

4 De his quattuor generibus singulae minimum in binas diuiduntur species] *De his quatuor partibus singulae* Ursinus, *de his quatuor generibus singula* coniecit Gesnerus. *de his quattuor generalibus partibus* scripsi. nam quae modo dictae erant *quattuor partes summae* iam dicuntur generales partes, ut II 1, 12 *harum una quaeque in se generalis partis habet minimum novenas.*

Quod habet prima ea quae ad solum pertinent terrae et alterum quae ad uillas et stabula] *Alterum* inde ab Aldina editione omissum erat. scribendum erat potius *quod habet prima ea quae ad solum pertinent terrae et altera quae ad villas et stabula.* nam altera sunt ea quae ad alteram primae partis speciem pertinent: I 7, 4 *quas res duas sequuntur altera illa duo,* I 17, 1 *de fundi quattuor partibus, quae cum solo haerent, et alteris quattuor, quae extra fundum sunt et ad culturam pertinent, dixi,* II 1, 16 *alterae partes quattuor sunt,* II 2, 7 *de alteris quattuor rebus deinceps dicam.*

Secunda pars quae mouentur atque in fundo debeant esse] *Moveantur* ex Commeliniana editione Gesnerus. *moventur atque in fundo debent esse* scribendum esse vidit Schneiderus.

Tertia pars quae de rebus diuiditur quae ad quamque rem sint praeparanda et ubi quaeque facienda] *Quae* priore loco delevi. nam *tertia pars quae de rebus* vel quae est de rebus dici non poterat ea pars, de qua supra scripta sunt haec, *quae in eo praedio colendi causa sint facienda,* postea in ipsa rerum tractatione 23, 1 *quae et quo quidque loco maxime expediat colere.* sed vulgari in praepositione *de* brevitate et mutato post nomen *res* genere relativi pronominis cum sequentibus haec ita coniuncta sunt, *tertia pars de rebus dividitur, quae ad quamque rem sint praeparanda et ubi quaeque facienda;*

quarta de temporibus, quae sqq. tertiae partis divisio bipertita est de iis rebus quae praeparandae et ubi eae faciendae sint, item quarta de temporibus quae ad solem et quae ad lunam referuntur.

De primis quattuor partibus prius dicam deinde subtilius de octo secundis] De quattuor partibus separatim non dici, sed statim subtiliorem de octo partibus disputationem sequi iisque partibus novas subinde partes subici Gesnerus adnotavit. idem tamen in quattuor partes eam disputationem distributam esse animadvertit. nam de prima parte agitur c. 6—16, de secunda c. 17—22, de tertia c. 23—26, de quarta c. 27—37, 3. quattuor autem partes indicatae sunt ita, ut unius cuiusque partis divisio in binas species, etiamsi ipsarum rerum tractatio bipertitam divisionem non accurate sequatur, tamen appareat, in prima parte 6, 1 *igitur primum de solo fundi haec quattuor* et 11, 2 *villa aedificanda;* in secunda 17, 1 *de fundi quattuor partibus — dixi: nunc dicam, agri quibus rebus colantur* et 19, 1 *de reliqua parte instrumenti;* in tertia 23, 1 *et quoniam habemus illa duo prima ex divisione quadripertita, de fundo et de instrumento, quo coli solet, de tertia parte expecto* et ibid. *duo consideranda, quae et quo quidque loco maxime expediat serere:* in quarta 27, 1 *et quoniam tempora duorum generum sunt, unum annale, quod sol circuitu suo finit, alterum menstruum, quod luna circumiens conprendit, prius dicam de sole* et 37, 1 *dies lunares quoque observandi.* denique huic disputationi, quae Scrofae tributa est, finis imponitur 37, 4 *dixi de quadripertita forma in cultura agri.* nam in reliqua parte libri Scrofae disputatio a Stolone sex gradibus culturae agri descriptis suppletur.

VI 1 Quae sit forma] *Qua sit forma* ut scriberetur concinnitas orationis postulare videbatur.

Quam persecutus] *quamque prosecutus* Merula, ubi Politianus *que* delevit, *prosecutus* non correxit, sed *l' per se tutus* postea rubro colore adscripsit. *quam persecutus* apographa Italorum, *quam per se tutus* A m, ut videtur, et corrector codicis Florentini, quod Iucundus recepit. ad tuendos fundos pertinent quae scripta sunt c. 14—16.

2 Igitur cum tria genera sint a specie simplicia agrorum campestre collinum montanum et ex iis tribus

quartum ut in eo fundo haec duo aut tria sunt aut multis locis licet uideri e quibus tribus fastigiis simplicibus sine dubio infimis alia cultura aptior quam summis quod haec calidiora quam summa sic collinis quod ea tepidiora quam infima aut summa haec apparent magis ita esse] *Igitur cum tria genera sint a specie simplici agrorum, campestre, collinum, et montanum, est ex his tribus quartum, ut in eo fundo, in quo haec duo vel tria sunt, ut multis locis licet videri. E quibus — quam infima aut summa. Haec apparent magis ita esse* Iucundus. *a specie simplicia* ex manu scriptis libris Angelius restituit, quod iis quae sequuntur *fastigiis simplicibus* et *simplicia cum sunt* defenditur. *cum tria genera sint specie simplici* Schneiderus. *specie* autem non genus, sed externam agrorum formam significari intellegi poterat ex iis quae postea scripta sunt 7, 2 *quae specie fiant venustiora.* deinde Aldinae editionis lectio, quae a reliquis editoribus recepta erat, obfuit, quominus compositio verborum, *igitur cum tria genera sint — quod ea tepidiora quam infima aut summa, haec apparent magis ita esse,* intellegeretur. hac restituta corruptam librorum scripturam in hunc modum correxi, *et ex iis tribus quartum, ubi in uno fundo haec duo aut tria sunt, ut multis locis licet videre.* nam *licet videre* Ursinus restituit, et legitur eadem formula saepius, I 9, 6. 14, 3. II 10, 1. fastigia autem non recte Lachmannus in Lucr. p. 223 interpretatus est 'pro tribus generibus definitis'. fastigium enim declivitas dicitur, I 14, 2 *fastigium habet* et I 20, 5 *quo fastigio sit fundus.* itaque tria genera agrorum simplicia, quae supra dicta erant, iam accuratius fastigia vel genera declivitatis dicuntur, quia sunt campestria collina montana, itemque postea 5 *haec tria fastigia formae* et 6 *tria fastigia agri.*

3 Quod leuiora et ideo salubriora qui colunt deorsum magis aestate laborant qui susum magis hieme] Neglegentiore verborum compositione haec tria membra orationis in unam sententiam copulata sunt, *ubi lati campi, et ubi montana, qui colunt deorsum.* facilius procederet oratio, si omisso *et* scriberetur *quod leviora, ideo salubriora.* — *deorsum* hoc loco in archetypo scriptum fuit, item postea *deorsum tardius* et III 5, 4 *deorsum in terram,* I 16, 6 *introrsum,* contra *deosum ut*

nuces postea et constanter *susum* et hic et I 31, 5. *susum* et *deorsum* non addito directionis fine de locis ad summa vel infima vergentibus dictum esse adnotavit Lachmannus in Lucret. p. 377.

4 Susum fertiliora] Uberius haec exposuit Plinius XVI 116 *est vero in ipsis arboribus etiam onustis peculiaris differentia: summa sui parte fertilior est arbutus quercus, inferiore iuglandes fici mariscae.*

5 Plerumque hibernales esse meliora qui colunt campestria] *Plerumque plurimumque hibernales hiis esse* m, *plerumque hiberna iis esse* corrector codicis Florentini, quod in Aldinam editionem et deinde in reliquas receptum est. *plerumque hiberna esse ibi meliora quam campestria* impressa ante Aldinam editionem exemplaria. *plerumque hiberna iis meliora,* h. e. iis meliora sunt, scripsi. nam *hibernales esse,* quod in archetypo fuit, inde videtur ortum esse, quod olim scriptum erat *hiberna esse,* deinde correctum *l. eis.*

Contra aestiua montana iis locis commodiora quod ibi tum et pabulum multum quod in campis aret ac cultura arborum aptior] *Montana iis* (vel *his*) *locis* apographa Italorum, *montanaque iis locis* Politianus, quod si in archetypo fuit, *que* correctori debetur; *montanis locis* m et corrector codicis Florentini.. pravo iudicio Pontedera p. 93 veterem lectionem *montana iis locis* defendit, 'iis locis, ubi prata et vineae', quod miror Schneidero placuisse. nam aestiva montana nulla sunt, sed montana loca opponuntur campestribus, et recte Iucundus *aestiva montanis locis commodiora.* item recte idem *et cultura* pro eo quod in archetypo et in priscis editionibus erat *ac cultura,* quod Victorius recepit. aestate in montanis locis et pabulum multum et cultura arborum aptior est, quam in campestribus.

6 In unam partem uerget quam is qui est ad libellam aequos quod is cum aquae non habet delapsum fieri solet uliginosus eo magis si quis est inaequabilis] *Uergit* m et impressa inde ab Aldina editione exemplaria, *uerget* reliqui libri manu scripti et editiones antiquissimae. — *habet* Politianus cum plurimis apographis, non *habeat,* ut Gesnerus adnotavit. *habeat* in uno Florentino codice inveni, *habeant* Merula et corrector Florentini codicis, *habent* m et Iucundus. *quis* deleri

voluit Ursinus, quod Schneiderus probavit. in his omnibus lectionem archetypi restitui. nam ager non in unam partem vergens, sed ad libellam aequus tum, cum imbres fiunt neque delapsum aquae habet, uliginosus fit, idque in eo genere agrorum magis accidit, siquis propter lacunas inaequabilis est.

Haec adque huiuscemodi tria fastigia agri ad colendum disperiliter habent momentum] *Disperiliter* hoc loco in archetypo fuit et *disperiles* III 14, 4 *a* littera in derivatione in *e* mutata, item gloss. graecolat. v. II p. 52, 39 *disperile* *ἄζυγον ἄνισον*, contra *disparile* II 11, 4. *dispar* vel *disparile* coniecit Ursinus: I 18, 8 *quod momentum ea res habeat.* sed quoniam de tribus fastigiis et eorum vi in cultura agri dictum erat in superioribus, non poterat nunc dici haec fastigia dispari modo ad colendum habere momentum sic, quasi nova de eo discrimine disputatio subiceretur. quare scripsi *haec et huiusce modi tria fastigia et* (vel *quae*) *ad colendum disperiliter habent momentum,* h. e. haec et huiusce modi sunt tria illa fastigia, quae supra dicta erant, et dispari modo, sicut dictum est, ad colendum habent momentum.

VII 2 De formae cultura hoc dico quae specie fiant uenustiora sequi ut maiore quoque fructu sint] *De forma culturae hoc dico, quae specie sint venustiore* Ursinus. cultura formae dicitur quae ad eam agri formam, quam natura dat, colendo accedit, de quo dictum erat supra 6, 1 *altera quam sationes inponunt.*

Ex aruo aeque magnos male consito] *Magnos* apographa, *magno* Merula, quod in principe editione Politianus non correxit, *magno sed* m et corrector codicis Florentini, quod inde ab Aldina editione ab editoribus receptum erat. multa autem in archetypo addita *s* littera corrupta erant, ex quibus notavi haec, quae adscribere haud inutile est, quoniam plurima editoribus fraudi fuisse video, quaedam vero etiam in ipso vetere codice correcta erant, sicut hoc ipsum *magnos:* I 8, 4 *pertusos,* ubi *cum fundo pertuso* scribendum est, 9, 3 *facies terrena,* 12, 4 *improuisos,* ubi *improviso* scribendum, 16, 6 *adsista,* 19, 1 *oliuetis,* 19, 3 *iugus* pro *iugum,* 20, 1 *nigri.s,* 22, 3 *sex s. crates,* 39, 3 *uiuas radices,* ubi *viva radice* scribendum est, 54 *in uindemia diligentis,* 64 *lenilignis,* II 3, 2 *mulioris,* 3, 7 *inimici sationis,* ubi *sationi,* 3, 8 *in campos,* ubi *in campo* scribendum est, 4, 3 *in carnarios,* 4, 20 *in*

aceruos, 5, 7 *costatos,* 7, 3 *lacunis* pro *lacunae,* III 2, 1 *candidatos,* 3, 10 *leporarias,* 5, 12 *tholis,* 11, 2 *ante eas,* ubi *ante ea* scribendum est, 12, 4 *quis uelit,* 16, 17 *aluis,* ubi scribendum erat *opercula inponunt, alvi optimae fiunt,* 16, 23 *urina potas,* 16, 25 *ut alias.* eidem vitio *sunt* tribuendum est II 10, 6 *qui autem sunt in saltibus.*

Quod quaeque suo quicque loco sunt posita ea minus loci occupant] *Quod quae suo quaeque loco* Iucundus, *quod quae suo quicque loco* Angelius. *quod quaecumque suo quoque loco sunt posita* Lachmannus in Lucret. p. 94. et sic cum reflexivo pronomine coniunctum pronomen *quisque* Varro in his libris posuit I 22, 6 *omnia certo suo quoque loco — posita,* I 69, 1 *suo quoque tempore promenda;* contra cum nomine II 4, 13 *scrofa in sua quaeque hara suos alat oportet,* III 16, 38 *ut reconciliatae ad suum quaeque opus et domicilium redeant.* *quicque* autem scriptum est I 5, 3 *quo quicque tempore in eo fundo fieri conveniat.*

3 Hoc licet coniectura uidere ex aliquod rebus ut nuces integras quas uno modio comprendere possis quod putamina suo loco quaeque habet natura composita cum easdem si fregeris uix sesquimodio concipere possis] *Cum* deleri voluit Schneiderus, *si* Ursinus, non intellecta structura verborum. nam *ut nuces* nominativo casu dictum est nota in adferendis exemplis brevitate, I 46 *ut olea et populus alba et salix,* III 5, 2 *ut miliariae ac coturnices;* deinde *integras* in relativa sententia positum, ut nuces sunt, quas integras uno modio conprehendere possis sqq.

4 Quae arbores in ordinem satae sunt] *In ordine* edita ante Victorium exemplaria, *in ordinem* ex codice Victorius restituit: I 4, 2 *cum in ordinem sunt consita arbusta,* 23, 6 *in ordinemque arbusculis positis,* III 7, 4 *columbaria fiunt rutunda in ordinem crebra,* 8, 2 *palos in ordinem,* 16, 16 *cum in ordinem sint positae;* item I 7, 2 *si sata sunt in quincuncem,* I 43 *in sesquipedem ponitur.*

6 Cretae ad cortyniam dicitur platanus esse — ad elephantinem] Theophr. hist. plant. I 9, 5 *ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. — ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστιν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. — λέγεται δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ*

πλάτανος εἶναι τοιαύτη. id. I 3, 5 *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ φυλλοβόλα καὶ ἀείφυλλα· περὶ γὰρ Ἐλεφαντίνην οὐδὲ τὰς ἀμπέλους οὐδὲ τὰς συκᾶς φασι φυλλοβολεῖν.* Theophrastum secutus est Plinius XII 11 *est Gortynae in insula Creta iuxta fontem platanus una insignis utriusque linguae monimentis numquam folia dimittens,* id. XVI 81 *in Thurino agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una numquam folia dimittens nec ante mediam aestatem germinans, idque mirum est Graecis auctoribus proditum apud nos postea sileri. nam locorum tanta vis est, ut circa Memphim Aegypti et in Elephantine Thebaidis nulli arborum decidant, ne vitibus quidem.* apud Varronem *cortyniam* vel *cortiniam* in archetypo scriptum fuit. *cortyniam* B et princeps editio a Politiano non correcta, *cortinam* corr. *cortiniam* A, *cortiniam* codex Caesenas et Florentinus. sed num ipsam urbem *Cortyniam* Varro dixerit dubito; *Gortyna* scripsisse videtur. graecam declinationem in huius modi nominibus Wesenbergius apud Halmium ad Cic. Tuscul. disp. I 46, 110 defendit, et hanc solam secutus est Varro I 12, 2. 13, 7 *aera,* II praef. 2 *procoetona,* ib. et III 2, 2 *ornithona,* III 7, 2; 11 *peristerona,* III 16, 7 *Helicona,* III 13, 3 *Orphea,* II 5, 4 *bupaeda,* III 16, 9 *lampada.* item in plurali numero I 2, 21 *histonas,* III 3, 1 *ornithonas,* III 7, 8; 11 *peristeronas,* III 16, 12 *melittonas,* II 1, 6 *Hesperidas,* II 11, 12 *Cilicas,* III 9, 18 *meleagridas,* I 55, 5. III 2, 8 *trapetas,* II 1, 6 *polyarnas.* — deinde *Elephantinen* primum in Commeliniana editione editum est. in his quoque primae declinationis nominibus plerumque graecam formam Varro retinuit, II 1, 5 *in Samothrace,* II 5, 4 *Attice,* II 5, 7 *e Phoenice,* III 16, 13 *medice,* saepius *medica,* III 16, 8; 23; 24 *erithacen* et III 16, 31 *oblinunt erithace,* I 59, 2 *in pinacothece* et *oporothecen,* ubi *oporothece* habent codices, sed ib. 3 *in oporotheca,* II praef. 2 *oporothecen,* II 1, 6 *Thyesten,* sed ib. *Aeetam,* III 5, 14 *stylobaten,* item III 5, 11, ubi *stylobate* habent codices, et mutata declinatione genetivo casu II 5, 11 *stylobatis* et I 24, 1 *orcitem.* corruptum est *mellinem* III 16, 10, ubi *melittaenam* scripsi.

M u l t a s u n t b i f e r a u t u i t e s a p u d m a r e z m y r n a e m a l u s b i f e r a e u t i n a g r o c o n s e n t i n o] *Malus bifera* ex principe editione receptum erat. *vitis,* non *vites,* legit Plinius XVI 115.

hoc recepto deinde *biferae ut,* quae ex superioribus repetita erant, delevi.

7 Discriminatim ut alia in lacubus] *Et alia* Merula, *ut alia* Iucundus restituerat. delevi *ut,* quod ex sequentibus additum erat.

Alia in mari ut scribit theophrastus palmas et squillam] *Squillas* ex principe editione receptum est, et sic scripsisse videtur Varro, qui pluralem numerum posuit pro singulari, quo Theophrastus hist. plant. I 4 (7), 3 usus erat, *τὰ δὲ καὶ τῶν ὁμολογουμένων χερσαίων πεφυκότα ποτὲ ἐν τῇ θαλάττῃ βιοῦν, φοίνικα σκίλλαν ἀνθέρικον.*

8 In Gallia transalpina] Quo tempore Scrofa in Gallia cum imperio fuerit, memoriae proditum non est. ante Caesaris consulatum eum pro praetore (II 4, 2) provinciam Narbonensem administrasse coniecit Ricardus Reitzenstein de script. rei rusticae libris deperditis Berolini a. 1884 p. 13.

9 Gradatim praeponens alium alio agro meliorem dicit esse] *Proponens* Ursinus coll. I 18, 4 *modum neque unum neque modicum proposuit.* immo *gradatim praeponens* non addito nomine, sicut multa verba Varro usurpavit, dictum est, ut sit 'gradus praeponendi faciens'.

10 Scio inquit scribere illum] *Ita scribere illum* Ursinus, quod probavit Schneiderus.

Ut ego a quoque antiqui prata parata appellarunt] *Ut ego antiqui quoque* codex Caesenas, *ut ego a quo antiqui* Merula, quod restitui. *ut ego quoque, a quo antiqui* ex Aldina editione vulgatum erat. Varr. de ling. lat. V 40 *prata dicta ab eo, quod sine opere parata.* Colum. II 16, 1 *necessarius ei cultus est etiam prati, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt. nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus esset paratum nec magnum laborem desideraret.*

Caesar uopiscus aedilicius causam cum ageret apud censores] C. Iulium Caesarem Strabonem, qui Vopiscus appellatus est, aedilem curulem fuisse a. 664, occisum esse a. 667 scimus, Cic. Brut. 89, 305 et 307. anno 665 censores fuerunt P. Licinius Crassus et L. Iulius Caesar, Plin. XIII 24. XIV 95. hoc anno igitur Caesarem Vopiscum, tum cum aedilitate functus erat, causam apud censores egisse Varro indicat.

VIII 1 *Inquam* et hic et postea 9, 1 non ad ipsum Varronem referendum esse, sed ad Scrofam, intelleget quicumque rationem instituti sermonis perspexerit.

Aliae enim humiles ac sine ridicis ut in hispania aliae sublimes ut quae appellantur iugatae ut pleraeque in italia cuius nomina duo pedamenta et iuga] *Quarum nomina* ex principe editione receptum erat. *ridicarum nomina* Ursinus. *cuius generis nomina* scripsi. praeterea *ut* ante *quae* delevi, *sublimes, quae appellantur iugatae, ut pleraeque in Italia, cuius generis nomina duo.* nam iugatae dicuntur vineae sublimes, propterea quod in his vites, ut sublimes fiant, adiugantur; sine iugo sunt humiles, quod genus describitur postea § 5. in iugatis autem vineis duo sunt nomina earum rerum, quibus adiugantur, pedamenta et iuga.

Quibus stat rectis uinea dicuntur pedamenta quae transuersa iunguntur iuga] *Recta uinea* edita ante Victorium exemplaria. *queis transversa iunguntur* Ursinus, quod non debebat probare Schneiderus, qui haec ita scribenda coniecit, *quibus stat recta vinea, dicuntur pedamenta; quis transversa iungitur, iuga.* sed iuga, dum transversa adligantur ad pedamenta recta, iungi cum illis dicuntur, et similiter de harundinibus in illa re adhibitis praecepit Columella IV 17, 1 *harundines pluribus operis iugantur, quoniam et pluribus locis nectuntur.* praeterea de ablativo casu pronominis relativi, in quo saepius erratum esse video, hoc monendum est, breviore forma *quis* Varronem omnino usum non esse nisi cum praepositionibus: *a quis, in quis* et maxime *e quis* saepe dixit et in his libris et de lingua latina.

2 *Derecta* in archetypo scriptum fuit et I 13, 6 *derigas,* 18, 1 *derigit,* 40, 6 et III 5, 9 *derectum,* contra I 4, 1 *dirigere,* II 9, 3 *directis* nullo discrimine.

Haec ubi domo nascuntur uinea non metuit sumptum ubi multa et propinqua uillam non ualde] *Multa ex propinqua villa* recte Iucundus. nam ut vinea sumptuosa non est, si ea quibus opus est ad iuga facienda domo, hoc est ex ipso fundo, nascuntur, ita non valde sumptuosa, si multa ex propinqua villa, hoc est ex loco non longe remoto, parantur.

4 In hardulatione in ficis] *In harundulatione* ex m edidit Iucundus et deinde reliqui editores, quod de ramis ficorum

harundine deligatis Gesnerus interpretatus est, *in arundinatione* Schneiderus, *in harum iugatione* Pontedera p. 94. *in articulatione* olim conieci: nam articulationem Plinius XXI 101 et XVII 163 ipsos articulos ramorum dicit. sed probabilis emendatio corruptae vocis inventa non est.

Palus e pertica meliore dura quo diuturnior] *Melior e dura, quod diuturnior* ex Aldina editione vulgatum erat. restitui lectionem archetypi, in qua *quo* cum comparativo positum est ad causam qua quid efficitur indicandam: pertica, e qua palus fit, melior est dura, quod eo diuturnior est. I 40, 3 *vernum tempus idoneum, quo minus habet umoris,* II 1, 11 *quo melius potest dicet,* II 2, 18 *ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte possit vel lavari,* II 3, 3 *ovium semen tardius esse, quo eae sint placidiores.* item cum vi consecutiva ad conectenda ea quae efficiuntur I 1, 11 *quo brevius de ea re conor tribus libris exponere,* 40, 4 *plantae solum stabilius, quo latius aut radices facilius mittit,* h. e. quo fit ut eo latius mittat, 54, 1 *quo prior legenda,* III 16, 33 *quo propter odorem avidius adplicant se;* neque minus saepe sine comparativo I 13, 7 *quo hi laborant,* h. e. quo fit ut laborent, I 19, 2 *quo sequendum nobis,* I 47 *quo et pecus ab prato ablegandam,* III 10, 5 *quo temperandum iis,* 16, 6 *quo nemo has videt, ut illas, in carne.*

Quem cum infimum terra uoluit puter euertitur et fit solum summum] *Terra solvit* Gesnerus hac addita interpretatione, 'puter enim evertitur seu convertitur et fit solum s. imum, quod ante fuerat, iam summum'. *quem cum terra solvit, puter evertitur et fit solum infimum summum* Schneiderus. *fit solum summum* si verum est, *summum* dicitur summa pars pali, quae, si infima pars soluta et putrefacta est, sola fit: I 13, 4 *latera et summum.* similiter neutra adiectivorum, quibus partes rerum significantur, pro substantivis posita sunt I 51, 1 *e medio ad extremum,* III 5, 15 *ad extremum,* III 5, 14 *infimo,* I 48, 1 *quod est intimum soldum,* I 38, 3 *in medio,* 50, 2 *a quo medio,* II 7, 8 *scillae medium,* III 5, 12 *e medio,* ib. 14 *in medio,* I 18, 5 *dimidium vineti, dimidium oliveti,* I 22, 3 *dimidio minus,* III 9, 6 *dimidio minores,* III 16, 10; 34 *reliquum.*

Colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertusos quos cuspides appellant] *Cum fundo per-*

tuso Merula, ubi *cum* delevit Ursinus, *fictiles fundo pertusos* Schoettgenus, quod probari non debebat. nam *fundo pertusos* sine praepositione pro *in fundo* dici non poterat. recte ex principe editione *cum fundo pertuso* receptum erat: III 14, 5 *ollam cum foraminibus*, I 52, 1 *axibus dentatis cum orbiculis;* II 1, 16 *in montuosis potius locis cum fruticibus* scribendum conieci. sed praeterea *quas,* non *quos,* scribendum erat, *demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quas cuspides appellant.* nam cuspides dicuntur harundines, quae ex harundineto petitae et in ima parte praeacutae libris colligatae in tubulos demittuntur, non ipsi tubuli, sicut post Gesnerum lexicographi interpretati sunt.

5 *Acratophoro* Politianus adnotavit, non *acrathophoro.*

6 Alterum genus uiniti] *Uiniti* in archetypo scriptum fuisse Politiano credendum est, quamquam *uineti* habent apographa Italorum, quod verum est. nam *uineae* in codicibus A m correctoribus debetur. *uineta* omnes libri habent I 11, 2, item *uineti* I 18, 9 et *uinetis* I 54, 1.

Sub eam ubi nascitur uua subiciuntur circiter bipedales e surculis furcillae ne uindemia facta denique discat pendere in palma aut funiculo] Facetias sermonis non intellexerunt editores, qui interpolatione Iucundi probata scripserunt *ne vindemia pereat et vindemia facta denique discat pendere in palmam.* nam furcillas subici vitibus iubet Varro, ut uvae, quae facta vindemia suspenduntur, antea pendere adsuescant. palma quae sit, docet Varro I 31, 3 *vitem quam vocant minorem flagellum, maiorem et iam unde uvae nascuntur palmam.*

IX 2 In illa enim cum sit dissimili ui ac potestate partes permultae in quis lapis marmor rudus arena sabulo argilla rubrica puluis creta ignis carbunculus id est quae sole perferve ita fit ut radices satorum comburat] *Cum sint* Merula, quod Gesnerus recepit. cum superioribus haec ita coniungenda esse Schneiderus coniecit, *propter admixtiones enim in illa cum sint.* manu scriptorum librorum lectio *cum sit,* quam inde ab Aldina editione reliqui editores receperunt, ita defendi aliquo modo potest, ut *partes permultae* per se dicantur in hunc modum, 'in communi terra, cum ea dissimili vi ac potestate sit, permultae partes sunt', deinde quae sequuntur *ab*

iis in initio novae enuntiationis, in qua genera admixtionis describuntur, posita sint. sed neque ad sententiam satis apta ea ratio est, quoniam non terrae, sed partibus terrae dissimilis vis ac potestas tribuitur, neque ad consuetudinem sermonis Varroniani accommodata est haec verborum conformatio. itaque *cum sint* scripsi et cum sequentibus verba ita coniunxi, *in illa enim cum sint dissimili vi ac potestate partes — comburat, ab iis* sqq. deinde *ignis* in generibus terrae appellari non potuit, *glarea* scripserat Iucundus, Columellam III 11, 7, ut videtur, secutus. pro hoc scripsi *cinis:* cineracia terra dicitur infra § 7, cinerea apud Plinium XXXV 192. temere autem Gesnerus ea quae sequuntur *id est quae sole — comburat* tamquam spuria notavit. saepe enim Varronem huius modi definitionibus usum esse facile animadvertere poterit qui paulo diligentius hos libros legerit. ex magno exemplorum numero (I 10, 2. 29, 2. 31, 1. 32, 1. 37, 5. 40, 1. 44, 3. 49, 2. II 1, 6; 20. 2, 6. 4, 17. 9, 11; 15. III 4, 1. 9, 2) duo propter ipsam collocationem verborum de interpolatione suspecta erant, III 2, 18 *id est cenam,* 16, 3 *id est qui exercet mellaria.* duobus locis usitatam in his formulam *id est* addidi, I 30 *runcari, id est herbam ex segetibus expurgari,* III 9, 7 *gallinarius, id est curator earum.*

3 Ab iis quae proprio nomine dicitur terra cum est admixta ex iis generibus aliqua re cum dicitur aut cretosa sic ab aliis generum discriminibus mixta horum uarietatis ita genera haec ut praeterea suptiliora sint alia minimum in singula facies terrena] *Ut cum dicitur cretosa* Merula, *tum dicitur aut cretosa aut glareosa, et sic ab aliis generum discriminibus mista, et uti horum varietates, ita genera haec, ut praeterea subtiliora sint alia, minimum in singula facies terna* Iucundus, ubi *nam ad minimum* Angelius, *nam minimum* Victorius dedit. ordine verborum sic, ut supra dixi, constituto *cum,* quod ante *dicitur* prave repetitum erat, delevi et lacunam, quam Iucundus expleverat, post *cretosa* significavi, *ab iis —, cum est admixta ex iis generibus aliqua re, dicitur aut cretosa* sqq. deinde veterem lectionem, quae interpolatione editorum corrupta erat, restitui, sed *in singula facie terna* scripsi, *horum varietatis ita genera haec, ut praeterea subtiliora sint alia, minimnm in singula facie terna.* in terra

cum sint multae ac dissimiles partes, ab his partibus, cum aliqua re ex illis generibus mixta est, variis nominibus appellatur. varietatis autem horum discriminum genera ita comparata sunt, ut subtiliora etiam discrimina sint et in una quaque facie vel specie minimum terna genera inveniantur. facies enim est forma agri et species externa, quae variis terrae partibus et admixtionibus efficitur: II 4, 4 *boni seminis sues animadvertuntur a facie*, 7, 12 *videre eorum faciem*, 8, 3 *facie debent esse formosi*, III 9, 17 *aspectu ac facie incontaminatae.*

5 *Sic magna tria discrimina terrae, quod refert, utrum sit macra, an pinguis, an mediocris, quod ad culturam pinguis foecundior ad multa, macra contra.* ita haec primum ab Angelio in Iuntina editione edita sunt, h. e. magna sunt tria discrimina terrae, quod refert, cuius generis terra sit, propterea quod pinguis ad multarum rerum culturam fecundior est, quam macra. nam olim in duas enuntiationes male divisa erant verba, *sic magna — mediocris* et *quod ad culturam — contra*, ubi *quo ad culturam* ex Aldina editione Victorius dederat. neque magis probari potest quod C. F. W. Muellerus in ephemeridibus scholasticis Berolinensibus a. 1865 p. 800 proposuit, *quod ad culturam* esse 'quod ad culturam pertinet'. geminatae praepositionis exempla adscripsi II praef. 5.

Itaque nus ut in pupinia neque' arbores prolixae neque uites feraces] *nus* cum vetere emendatione *in iis* in archetypo scriptum fuit. *in iis* plurima apographa et edita inde a Victorio exemplaria, *in ea* Ursinus, *in exili* Schneiderus. *in tenui* scripsi, quo vocabulo Varro usus est I 23, 2 *neque in pingui terra omnia seruntur recte neque in macra nihil: rectius enim in tenuiore terra ea quae non multo indigent suco.* Pupiniam tribum sterilitate agrorum notabilem fuisse indicant Columella I 4, 3 *Pupiniae pestilentis simul et exilis agri cultorem fuisse eum loquuntur historiae* et Cicero de leg. agr. II 35, 96 *agros vero Vaticanum et Pupiniam cum suis opimis atque uberibus campis conferendos scilicet non putabunt.*

6 In mediocri autem terra ut in tiburti quod propius accedit ut non sit macra quam ut sit ieiuna eo ad omnes res commodior quam si inclinauit ad illud quod deterius] *Quo propius* ex coniectura Ursini scripsi: nam de omni genere

terrae mediocris haec dicta sunt, non de uno Tiburti agro: deinde *inclinabit,* ubi *inclinarit* vel *inclinaret* Gesnerus coniecerat. Theophr. de caus. plant. II 4, 9 οὐ μὴν ἀλλ' αὐτῶν γε τούτων ἡ πρὸς θάτερον μέρος ἀποκλίνουσα τῆς ἐναντιώσεως κρείττων.

7 Signa sumi posse aut ex ipsa aut quae nascuntur ex iis] *Aut ex ipsa aut ex iis quae nascuntur ex ea* Iucundus. restitui lectionem archetypi. nam demonstrativum pronomen *ex iis* post relativum *quae nascuntur* positum est, sicut in iis quae sequuntur *si sunt prolixa atque quae ex iis nasci debent earum rerum feracia,* ubi *adque ea quae* fuit in archetypo, *ea* delendum esse adnotavit Schneiderus. item I 17, 6 *qui praestabunt alios, communicandum quoque cum his,* ib. 7 *quibus quid gravius sit imperatum — eorum restituat voluntatem,* 31, 2 *coles qui nati sunt, de iis qui plurimum valent.*

X 2 Is modus acnua latine appellatur] Colum. V 1, 5 *hunc actum provinciae Baeticae rustici agnuam vocant*: nam *agnuam,* non *acnuam,* habet codex Sangermanensis, *agnam* excerpta Isidori gromat. vet. v. I p. 368, 5. *agnua* ib. p. 246, 1. 339, 17; *agna* ib. p. 245, 7; *agnuar* inscriptio Hispaniae Tarraconensis n. 3361. *acnua* coniectura Lachmanni editum est apud Frontinum de limitibus p. 30, 12 *ex actibus conicio acnuam primum appellatum,* quod Rudorffius in gromaticis institutionibus p. 280 defendit.

Decem pedes et longitudine et latitudine quadratum] *In longitudinem et latitudinem* ex Victorii editione receptum erat, consueto in hoc genere dicendi usu, I 8, 2 *in longitudinem et latitudinem iugata,* III 5, 10 *patet in latitudinem pedes XLVIII, in longitudinem pedes LXXII,* 5, 15 *tabula cavata sit ut tympanum in latitudinem duo pedes et semipedem, in altitudinem palmum,* et ablativo casu cum comparativo III 9, 6 *utraeque in longitudinem circiter decem pedum, latitudine dimidio minores, altitudine paulo humiliores;* diverso modo II 4, 20 *hordeum fusum in longitudine.*

Ab hoc principio mensores non numquam dicunt in subsiciuum esse unciam agri aut sextantem si quid aliud cum ad iugerum peruenerunt] *In subsicivo* coniecit Schneiderus parum attentus ad usum formulae, quae defenditur iis quae Handius Tursell. v. III p. 322 sqq. composuit. *aut sex-*

tantem aut quid aliud Iucundus, quod vulgo receptum erat, *aut sextantem seu quid aliud* Hultschius metrolog. script. v. II p. 52. *sic quid aliud* scripsi frequenti apud Varronem usu particulae *sic,* quae saepe et in his libris et in libris de lingua latina posita est in enumeratione rerum, cum vel certa res tamquam similis additur iis quae dicta erant vel alia eiusdem generis significantur. temere autem Ursinus *cum ad iugerum non pervenerunt* scribendum coniecit.

Quod habet iugerum scripula CCLXXXVIII quantum as antiquos noster ante bellum punicum pendebat bina iugera quod a romulo primum diuisa dicebantur uiritim quae heredem sequerentur heredium appellarunt] *Quot habet iugerum scrupula ducenta octoginta octo. Quantum autem ad antiquos nostros ante bellum punicum pendebant bina iugera: quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim: quae quod haeredem sequerentur: haeredium appellarunt* Merula, *id habet scrupula ducenta octoginta octo. Quantum attinet ad antiquos* sqq. Iucundus, *id habet scrupula CCLXXXVIII quantum as. Antiquus noster ante bellum punicum pendebat bina iugera* sqq. Victorius, qui de libris suis haec adnotavit, 'Locus, ut arbitror, egregie restitutus, in antiquioribusque libris fideliter conservatus. unum tantum erat quod improvidos lectores turbare potuit, et ut suspicor, ansam tot erroribus praebuit: Antiquos enim scriptum erat antiqua consuetudine, quae multum in his libris retenta est: nam ovom, avos, equos passim pro ovum avus equus scriptum est'. pravam verborum distinctionem Ursinus et Mercerus not. in Non. p. 666 correxerunt et *quae heredem sequerentur* restituerunt, ubi *quae quod herèdem* in editionibus fuit. apud Nonium p. 61, 11 in manu scriptis libris leguntur haec, *heredioli proprietatem indicat Varro de re rustica lib. I, bina iugera quod a Romulo primum divisa viritim quae heredem sequentur.* unde *dicebantur* apud Varronem quoque deleri voluit Mercerus. *bina iugera, quot a Romulo* Hultschius secutus interpretationem Lachmanni mus. Rhen. v. II (a. 1843) p. 359, script. min. p. 182. sed bina iugera heredium appellata sunt propterea, quod is modus agri a Romulo civibus datus esse dicebatur, ut heredem sequeretur.

Haec postea centum centuria centuria est quadrata] *Haec postea a centum centuria. centuria est quadrata* Merula,

haec postea a iugeris centum centuria dicta, quae duplicata est quadrata Iucundus, *haec postea a centum centuria dicta. centuria est quadrata* Victorius. *heredia centum centuria dicta.* coniecit Mercerus l. c., *haec posita centum centuria* Hultschius annal. philolog. a. 1880 p. 263 et in Metrologia p. 85. accuratiorem centuriae definitionem dedit Varro de ling. lat. V 35, *centuria primum a centum iugeribus dicta est, post duplicata retinuit nomen,* et hoc auctore Columella V 1, 7 *centuriam nunc dicimus, ut idem Varro ait, ducentorum iugerum modum; olim autem a centum iugeribus vocabatur centuria, sed mox duplicata nomen retinuit.* hos secutus est Iucundus, cum eandem definitionem hoc loco exprimeret. sed ne reliqui quidem, quorum lectiones supra posui, brevitatem sermonis Varroniani perspexerunt. nam *haec centum* sunt centum heredia, quae postea, id est post Romulum, a quo heredium institutum erat, appellata sunt centuria. deinde *haec porro* habent libri recentiores, sed *hae porro* antiquiores cum principe editione a Politiano non mutata. distinctionem verborum, quae olim parum accurata ferebatur, ita, ut et ratio sermonis Varroniani et res ipsa postulabat, correxi, *centuria est quadrata, in omnes quattuor partes ut habeat latera pedum MMCD. hae porro quattuor, centuriae coniunctae ut sint in utramque partem binae, appellantur* sqq.

XI 1 Quam modus postulauit] *Modus fundi postulavit* scripsi: nam fundi significatio omitti non poterat. *fundus postulavit* olim conieceram.

2 Villam aedificandam potissimum ut intra septa uillae habeat aquam — 12, 1 dandam operam] *Villam aedificandum* ex coniectura Pontederae et deinde *dandum operam* ex Iuntina editione dedit Gesnerus, quod nuper defendit Heidrichius, qui in Varronianis I p. 1 sqq. de usu gerundii apud Varronem accurate disputavit. *villa aedificanda* et *danda opera* scripsi: nam ita scripsit Varro I 17, 5 *dandaque opera* et I 21 *danda opera,* non *dandum operam.* sententiam verborum pervertit Schneiderus, cum *villae* Ursino auctore deleri vellet, quasi *habeat* de villa dictum esset, non de domino fundi, de quo dicendi genere dictum est I 2, 21. is qui villam aedificat ita aedificare debet, ut potissimum intra saepta villae aquam habeat, vel si id fieri non potest, ut quam proxime habeat.

XII 1 Ita ut contra uentos qui saluberrimi in agro flabunt quae posita est ad exortos aequinoctiales aptissima quod aestate habet umbram] *Quae posita est* omnia apographa, *quae posita sit* in principe editione Politianus non correxit. item *habet* libri manu scripti, *habeat* edita ante Victorium exemplaria, quod Politianus non correxit. *ita ut contra ventos, qui saluberrimi in agro flabunt, posita sit. ad exortus aequinoctiales* sqq. Iucundus. veterem lectionem Victorius restituit. *item ut contra ventos* scripsi. nam duae res de villa praecipiuntur, primum ut sub radicibus montis, deinde ut contra ventos ponatur. neque *ita ut* sine verbo dici poterat.

Sin cogare secundum flumen aedificare curandum ne aduersum eum ponas] *Si cogare* Ursinus, quod probavit Schneiderus. *adversum eum* ad flumen referri voluerunt interpretes, qui omne genus neglegentiae huic scriptori concedunt, sic quasi *fluvium* vel *amnem* antea scripsisset, non *flumen.* prudentius Pontedera p. 99 *adversum eam* scribendum coniecit, ut esset 'ne adversum flumen villam ponas'. neque tamen *adversum* praepositionis vel adverbii loco Varronem dixisse puto. *adversus tempestatem* scriptum est infra et *versus* saepe cum adverbio vel addita praepositione, I 2, 3 *ad meridiem versus*, I 31, 5 *susum versus*, II 7, 5 *deorsum versus* et *intro versus*, III 5, 10 *in agrum versus*, ib. 12 *ad porticus versus*, III 9, 6 *ad exorientem versus.* nam participium est *quoquo versum* I 10, 1, *versum dicunt centum pedes quoquo versum quadratum.* quare *ne adversam eam ponas* scripsi. de situ villae eadem praescripserunt Columella I 5, 4 *cavendum tamen erit ut a tergo potius quam prae se flumen habeat et ut aedificii frons aversa sit ab infestis eius regionis ventis et amicissimis adversa* et Plinius XVIII 33 *convenit neque iuxta paludes ponendam esse neque adverso amne.* eodem autem dicendi genere Varro usus est I 55, 2 *ne adversam caedat* et II 9, 2 *tauros solere adversos adsistere.*

2 Auertendum etiam siqua erunt loco palustria et propter easdem causas et quod arescunt crescunt animalia quaedam minuta] *Advertendum* edita inde a principe editione exemplaria. *avertendum* de villa a palustribus locis avertenda dictum Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. p. 18 defendit. mihi nec dicendi ratio hoc ferre videtur, ut villa, quae aversa a

paludibus aedificatur, averti ab illis dicatur, neque ordo praeceptorum, quoniam de loco villae eligendo haec praecipiuntur; de instruenda villa in locis palustribus, si ita fieri necesse est, dicitur postea. itaque *animadvertendum* scripsi, h. e. animadvertendum est ne in locis palustribus villam aedifices. nam *advertere* hoc modo dictum in his libris non inveni, *animadvertere* saepe. — *quod arescunt crescuntque animalia* Merula, *quod arescunt et quod in iis crescunt animalia* Iucundus, *quod arescunt, crescunt animalia* Victorius, *quod in iis alescunt animalia* Ursinus coll. Colum. I 5, 6 *ne paludem quidem vicinam esse oportet aedificiis nec iunctam militarem viam, quod illa caloribus noxium virus eructat et infestis aculeis armata gignit animalia, quae in nos densissimis examinibus involant.* Ursini coniecturam omissis v. *in iis,* quae in codicibus scripta non sunt, Sauppius ind. lect. Gotting. aestiv. a. 1886 p. 15 commendavit adscriptis exemplis verbi alescere Varr. I 2, 6. 44, 4. 45, 3. II 4, 19. Lucret. II 1130. mihi cur *arescunt* delerem, *crescunt,* quod ad explicandum verbum *alescunt* additum esse Ursinus putabat, retinerem, causa fuit haec, quod *alescere* de iis maxime, quae cum cura nutriuntur vel fructus causa nascuntur, dictum est, quamquam *ali* sine hac notione scriptum est II 5, 14.

3 Ne in eam partem spectet uilla e quibus uentus grauior ex iis partibus adflare soleat] *Ne in eas partes spectet villa, ex quibus ventus gravior afflare soleat* impressa inde ab Aldina editione exemplaria, recte, ut videtur.

Si quod est quod aduersarium inferatur] *Si quid est* scripsi. nam *quod* dictum non est nisi cum nomine, indefinite III 2, 4 *num quod emblema,* interrogative I 2, 6 *quod far* sqq., 69, 2 *quod funus,* et in obliqua interrogatione I 5, 1 *quod esset initium,* 8, 1 *quod genus,* 39, 1 *quod tempus; quid* cum nomine semel III 7, 3 *aliudve quid animal.* in masculino genere *quis* indefinite cum nomine dictum non est, sed semel *qui,* II 4, 14 *ne qui porcellus,* et in obliqua interrogatione per se positum I 13, 2 *scire qui introeat,* 69, 2 *qui esset animadvertere.* in feminino genere *quae,* non *qua* I 37, 5. II 5, 17. III 5, 3. 7, 3; 5. 9, 14. 11, 3: nam corrupta haud dubie sunt haec, III 7, 5 *si qua perierit* et III 16, 34 *siqua pars.* item in neutro genere pluraliter I 20, 4 *siquae sunt* et I 37, 3 *siquae — fieri conveniret:*

I 41, 3 *siqua etiam — aridiora* libri, *siquae* scripsi. adverbialiter autem dicta sunt haec, I 12, 2 *siqua erunt loca palustria,* I 36 *siqua est aqua,* II 11, 7 *siqua in tonsura plagam accepit,* III 5, 3 *nequa intrare mus aliave quae bestia possit,* 7, 3 *ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbaria possit,* 10, 4 *neve qua eo accedere possint mustelae.* similiter *aliquod* tantummodo cum nomine, I 41, 2 et III 10, 6 *vas aliquod,* II 1, 3 *aliquod fuit principium:* nam I 16, 2 *aliquot sit exportandum* vitiose in archetypo scriptum fuit, *aliquid* Merula restituit.

Praeterea quod a sole toto die illustratur salubrior est quod et bestiolae siquae prope nascuntur et inferuntur aut efflantur aut aritudine cito pereunt] *Ab sole* in principe editione Politianus non correxit, sed *a sole* omnia apographa. *quod* posteriore loco delevi, *salubrior est et bestiolae* sqq. nam locus qui sole illustratur non poterat dici salubrior esse propterea, quod bestiolae ex propinquo loco inlatae aut efflantur aut aritudine pereunt, quasi haec sola esset causa salubritatis, sed ad reliquam loci salubritatem, quae sole efficitur, illud accedit, quod bestiolae pereunt.

4 Quod improuisos facilius opprimere possunt ab hac utraque superiora loca tutiora] *Improuisi* Schneiderus coniecit; *improviso* potius scribendum esse deleta *s* littera, quae saepe in fine vocabulorum adhaesit, dixi supra 7, 2. neque enim hunc adiectivi usum Varroni tribuendum esse puto, ut inprovisos dixerit homines, qui ad repentinos praedonum impetus parum parati sunt. deinde *ab hac utraque re* scripsi. nam *ab hac utraque* non addito nomine dici non potuit. *ab hoc utroque* inde ab Aldina editione vulgatum erat.

XIII 1 Fructus ut est uinum et oleum loco plano in cellis item ut uasa uinaria et olearia potius faciendum aridus ut est faba et faenum in tabulatis] *Item ut vasa vinaria et olearia potius faciunda in locis aridis. fructus, ut est faba, lentes, ordeum, et far, et foenum in tabulatis* Merula, *ita ut vasa vinaria et olearia potius sint in locis aridis, quam humidis, fructus, ut est faba, lentes, ordeum, et far et foenum in tabulatis* Iucundus. *fructibus humidis, ut est vinum et oleum, in loco plano cellas potius faciendum, aridis, ut est faba, lentes, ordeum, far et foenum, in tabulatis* Ursinus, quae ita transfor-

mavit Schneiderus, *fructibus humidis, ut est vinum et oleum, loco plano potius cellas faciundum, item ubi vasa vinaria et olearia stent; aridis, ut est faba lens hordeum far et triticum, in tabulatis.* haec omnia a genuina archetypi lectione, quam Victorius restituerat, longe recedunt. duo autem sunt genera fructuum, quibus condendis in villa locus parandus est, alterum, quale est vinum et oleum, loco plano in cellis ponitur, itemque ad haec paranda sunt vasa vinaria et olearia, alterum, quod est aridum, ut faba et faenum, in tabulatis. sed in his *ut* ante *vasa* scriptum locum non habet, sed errore librarii repetitum est. *potius,* in quo non sine causa interpretes offenderunt, hanc videtur vim habere, ut fructum non in plano ponendum, sed vasa potius, quae in cellis ponantur, facienda esse praecipiatur. — *faciendum* hoc loco manu scripti libri, et deinde *faciundum.* in his gerundii formis archetypi scripturam expressi.

Familia ubi uersetur prouidendum si fessi opere aut frigore aut calore ubi commodissime possint se quiete reciperare] *Si fessi opere vel frigore aut calore, et ubi commodissime possint sese quieti recipere* Merula. *et ubi commodissime* recepit Schneiderus, ut alter locus a priore diversus significaretur. *aut a frigore* olim conieci. neque tamen offendere debebat neglegentius conformata sententia: locus in villa parandus est, in quo servi, si labore aut frigore aut calore fessi sunt, versentur, ut in eo loco commode se possint quiescendo reciperare.

2 Vilici proximum ianuam cellam esse oportet] *Proxime* ex principe editione adhuc receptum erat. de eadem re praecepit Columella I 6, 6 *Vilico iuxta ianuam fiat habitatio, ut intrantium exeuntiumque conspectum habeat.*

Culina uidenda ut sit admota] *Culina videndum ut sit ad modum apta* Ursinus, quod Schneiderus probavit. *culina videnda* defenditur eo usu, de quo dictum est I 2, 8. admota ad cellam vilici ut sit culina curandum est, quod in hac saepe versantur familiares, ut ait Columella I 6, 3 *at in rustica parte magna et alta culina ponetur, ut et contignatio careat incendii periculo et in ea commode familiares omni tempore anni morari queant.*

Faciundum etiam plaustris ac cetero instrumento

omni in cohorte ut satis magna sint tecta quibus caelum pluuium inimicum haec enim si intra clausum in consepto et sub dio furem modo non metuunt aduersus tempestatem nocentem non resistunt] *Quibus caelum pluvium inimicum* post *instrumento omni* transposuit Iucundus, quem reliqui editores secuti sunt. plura etiam Schneiderus temere novavit, qui haec ita scribenda coniecit, *instrumento omni in cohorte, ut satis magna sint tecta: et quibus coelum pluvium inimicum, sint intra clausum in consepto; haec enim sub dio furem non modo metuunt, sed adversus tempestatem nocentem non resistunt.* ad tuenda plaustra et reliqua instrumenta rustica, quibus caelum pluvium nocet, tecta paranda sunt in cohorte. ea enim si sub dio in consaepto clausa habentur, a furtis quidem tuta sunt, sed tempestate corrumpuntur. in collocandis autem relativis sententiis, in quibus saepius editores offenderunt, quid sibi sumpserit Varro, his intellegitur exemplis, I 29, 2 *non nulli postea, qui segetes non tam latas habent, — occare solent,* 64 *qui est umor,* 69, 1 *quod ad cibatum expeditum esse velis,* II praef. 4 *qui condiderunt urbem,* 11, 4 *quod Graeci appellant,* III 10, 1 *in quibus ubi anseres aluntur,* 16, 12 *quos alii melitrophia appellant.*

3 Cohortes in fundo magno duae aptiores una ut interdius compluuium habeat lacum ubi aqua saliat qui intra stylobatas cum uelit sit semipiscina] Pro *interdius* ex Aldina editione *interius*, pro *uelit* ex principe *venit* vulgo receptum erat. *una interior in compluvio habeat lacum, ubi aqua saliat, quae intra stylobatas cum venit, sit semipiscina* Ursinus. Columella Varronis praecepta secutus de duobus lacubus vel piscinis, quas dicit, scribit haec, I 6, 21 *circa villam deinceps haec esse oportebit, — piscinas minimum duas, alteram quae anseribus pecoribusque serviat, alteram in qua lupinum vimina et virgas atque alia quae sunt usibus nostris apta maceremus;* similiter Palladius I 31. Varro duas cohortes cum lacubus, quos in iis esse voluit, accuratius descripsit. in altera enim cohorte, quae prope villam est, conpluvium lacum cum aqua saliente esse vult, qui intra stylobatas vel fundamenta columnarum, quae in porticu sunt, speciem praebet semipiscinae. in altera cohorte item lacum esse iubet, in quo eae res quae in aquam

demittendae sunt macerantur. conpluvium autem lacum dicit, in quem interdiu canalibus aqua ad cotidianum boum et pecoris usum ducitur, semipiscinam, quae dimidiae piscinae formam habet. *cum velit* si verum est, ad dominum villae refertur, qui haec ita instituit, ut pars lacus intra stylobatas sit. sed aptius esse videtur quod Merula dederat, *cum venit,* h. e. cum lacus intra stylobatas venit. *interdius* legitur II 10, 5 et III 12, 3; *interdiu* I 21.

4 Cohors exterior crebro operta stramentis ac palea occulcata pedibus pecudum fit ministra fundo ex ea quod evehatur] *Fit ministra fundo, ut sit ex ea quod evehatur* Iucundus. sententiam aperuit Schneiderus adscriptis iis quae in geoponicis II 22, 2 scripta sunt, *πολλοὶ δὲ καὶ τὴν καλάμην μετὰ τὸ θερίσαι ἐκτίλαντες ὑπέστρωσαν τοῖς θρέμμασιν, ἵνα συμπατηθεῖσα καὶ τῷ οὔρῳ συσσαπεῖσα κόπρος γένηται.* verba brevitate dicendi in relativis sententiis haud insolita obscuriora facta sunt: cohors cum crebro stramentis ac palea operta et pedibus pecudum occulcata est, ministra fit fundo, dum praebet vel ministrat aliquid quod evehi possit. similiter dicta sunt haec, I 16, 2 *habent — invectos opportunos, quae in fundo opus sunt,* III 9, 6 *neque per eas quicquam ire intro possit, quae nocere solent gallinis,* 16, 8 *obturant omnia — quam erithacen appellant Graeci.*

Secundum uillam duo habere oportet stercilina autumnum bifariam diuisum alteram enim partem fieri oportet uillam nouam alteram ueterem tolli in agrum quod enim quam recens quod confacuit melius] *Autumnum* AB et codex Caesenas, *autunum* Florentinus m et editio princeps a Politiano non correcta. in archetypo *autumnum* videtur scriptum fuisse, postea correctum *aut unum. alteram enim in partem ferri oportet e villa novum fimum, altera veterem tolli in agrum. quod enim quam recens, quod cum faciunt melius* Merula, *alteram enim in partem ferri oportet e villa novum fimum, ex altera veterem tolli in agrum. quod enim infertur recens, minus bonum, id cum flacuit, melius* Iucundus, *alteram enim partem ferri oportet e villa novam, alteram veterem tolli* Victorius in reliquis Aldinam editionem secutus. *quod enim quam recens quod confracuit melius,* 'id est utpote cum melius sit' Scaliger, *quod est quam recens quod confracuit me-*

lius Ursinus, *quod recens, nequam, quod conflacuit, melius* I. F. Gronovius apud Schneiderum. restitui veterem lectionem, quae ab editoribus corrupta erat. sed primum *villam,* quod post *oportet* ex superioribus repetitum erat, delevi: Colum. I 6, 21 *stercilina quoque duo sint, unum quod nova purgamenta recipiat et in annum conservet, alterum ex quo vetera vehantur.* deinde *confracuit* scribendum esse vidit Scaliger: idem de maceratione olearum legitur I 55, 5 *ut ibi mediocriter fracescat*, ib. 6 *caldore fracescit. quod enim,* ubi ad coniunctionem *quod* adfirmandi causa *enim* adpositum est, exemplis Apuleii, quae Oudendorpius in Apul. metam. IX p. 615 composuit, confirmari solet. Varronis praeterea unum exemplum est, I 55, 1 *durities enim eorum quod non solum stringit bacam,* sed similia haec, II 4, 8 *ut volutentur in luto, quae enim illorum requies* et I 69, 1 *alia enim — ut celeriter promas.* Plauti usum exposuit Langenus Beitr. z. Kritik u. Erklärung d. Plautus p. 262. olim, ut insolentiorem verborum ordinem corrigerem, conieceram *quod enim confracuit quam recens melius.* nam hoc ordine in comparativis Varro uti solet.

Periti qui possint] *Possunt* Iucundus recte. nam coniunctivus *possint,* quem Victorius ex libris manu scriptis receperat, in hac sententia locum non habet. ordinem verborum correcta distinctione, quae adhuc erat, significavi, *periti, qui possunt, ut eo aqua influat eo nomine faciunt (sic enim maxime retinetur sucus), in eoque quidam* sqq. periti rustici, qui id facere possunt, curant ut aqua in stercilinum influat, ut sucus retineatur. *eo nomine* de causa, cur quid agatur, dictum est, I 2, 20 *hoc nomine etiam Athenis in arcem non inigi,* II 1, 14 *hoc nomine enim asini Arcadici in Graecia nobilitati,* I 1, 6 *quo nomine rustica Vinalia instituta,* II 11, 8 *quo nomine quidam bis secant prata.*

5 Quo et in tritura proruere facile possis et si nubilare coepit inde ut rursus celeriter reicere] *In trituram,* quod ex principe editione vulgo receptum erat, restitui. nam ad terendum in aream frumentum proruitur: I 52, 1 *seorsum in aream secerni oportet spicas. — coeperit* Iucundus.

6 Ad fructum rationem] *Fructum,* quod in principe editione Politianus non correxit, habet Florentinus codex, *fruc-*

tuum reliqua apographa. II 1, 28 *extraordinariae fructum species* libri omnes, contra I 4, 1 *initium fructuum* item omnes. III 12, 2 *passum* a Politiano ex archetypo adnotatum est.

Illorum uillae rusticae erant maioris pretii quam urbanae quae nunc sunt pleraque contra] *Plereque* codex Caesenas, *pleraeque* Merula et deinde reliqui editores. restitui lectionem archetypi, in qua *quae pleraque* neutro genere de apparatu utriusque generis villarum dictum est.

Praesepiis laxas] *Praesepes* Merula. *praesepias* ex m, ut videtur, in Aldinam editionem receptum et deinde in reliquas propagatum erat. *praesepim latam* Nonius p. 218, 9. *praesepis laxas* scripsi. neutro genere pluraliter *praesepia* legitur II 2, 19 et ablativo casu *praesepibus* II 7, 7; 10, *in praesepiis* II 5, 16. laxae praesepes sunt quae late patent, ut I 12, 1 *pastiones laxae.*

Dolea ex manu scriptis libris recepi et *doleis* I 61. III 15, 2, *cochleae* III 3, 3, *cochleis* III 14, 1, *cochlearum* III 14, 4, *cochleariis* III 14, 1, *cochlias* III 3, 4, *cocliam* III 5, 3, *cocliaria* III 12, 2, *fasiolis* III 7, 8, *Rosia* III 2, 9 et 10, *Rosea* I 7, 10. II 1, 16. 7, 6. III 17, 6, *careotas* II 1, 27: nam *ciconeae,* quod ibi Politianus in principe editione non correxit, in manu scriptis libris non legitur, sed *ciconiae.* vitiose, ut videtur, *capria* III 3, 3 et *alia* I 4, 3 pro *caprea* et *alea* et in corrupta librorum scriptura III 5, 4 *cauiis.*

7 Ac cum metalli ac luculli uillis pessimo publico aedificatis certant] *Ac cum metelli* Am, *ac metelli* codex Caesenas, *ac cum metali* corr. *meteli* Florentinus. Metellus dicitur non Q. Metellus Numidicus, de quo Schneiderus cogitabat, sed Q. Caecilius Metellus Pius Scipio, qui post pugnam Thapsensem sibi mortem conscivit. hunc enim luxuria celebrem fuisse scimus. Tiburtinam eius villam commemoravit Cicero ad fam. XII 2, 1. Philipp. V 7, 19. Metellus Scipio dicitur III 2, 16. 10, 1.

Quo hi laborent ut spectent sua aestiua triclinaria ad frigus orientis hiberna ad solem occidentem potius quam ut antiqui in quam partem cella uinaria aut olearia fenestras haberet] *Quo circa hi laborant* et deinde *ad solem occidentem potius quam orientem. antiqui non curabant in quam partem* sqq. Merula. *quo elaborant* Iucundus, *quo hi laborant* Victorius. *quod (*vel *quoniam) hi laborant potius ut*

spectent — ad solem occidentem, quam ut antiqui, qui curabant, in quam partem sqq. Schneiderus coniecit. *quo hi laborant* quem ad modum intellegendum sit exposui I 8, 4. deinde *ut antiqui* omisso verbo dictum est, ut antiqui laborabant. praesentis temporis cum imperfecto neglegentius coniuncti exempla sunt haec, I 3 *quae diiungenda essent a cultura cuius modi sint quoniam discretum*, II 8, 1 *venit a Menate libertus qui dicat liba absoluta esse, — si vellent, venirent illuc*, II 9, 6 *neque eorum quisquam fecerat, quod in agri cultura Saserna praecepit, qui vellet se a cane sectari, ut ranam obiciat coctam;* similiter II 1, 3 *cum accepissem condicionem et meae partes essent primae, non quo non ego pecuarias in Italia habeam.* correxi haec, II 7, 11 *ut restibiles segetes essent exuctiores, sic quotannis quae praegnates fiant,* ubi *esse* scripsi, item I 17, 3 *requisitione ad priorem dominum quid factitarent* et III 16, 15 *non quo non in villae porticu quoque quidam — alvarium collocarent*, ubi *factitarint* et *collocarint* scripsi.

Cum fructus in eo uinarius quaerat ad dolia aera frigidiorem item olearia calidiorem] *Cum fructus in ea vinarius quaerat, ut dolia aera frigidiorem, item ut olearia calidiorem habeat* Iucundus. archetypi scripturam Victorius restituit. *ita olearia* in altera editione Victorii a. 1543 expressum est. *cum fructus quaerat ut ad vinaria dolia aera frigidiorem ita ad olearia calidiorem* Nettleship in annalibus philologicis Cantabrigiensibus a. 1877 p. 173. *in ea,* h. e. in cella, recte Iucundus; in reliquis inaequalitas orationis Varroni relinquenda fuit. fructus vinarius in cella ad dolia, quae ibi constituta sunt, frigidiorem aera quaerit, item olearia dolia calidiorem quaerunt. item neglegentiae scriptoris tribuo quae de villa in colle potissimum ponenda hoc loco scripta sunt, quae Schneiderus tamquam spuria notavit vel ex initio duodecimi capitis huc translata putavit.

XIV 1 Quod habet radices ac uiuae sepis praetereuntis lasciui non metuet facem] *Quod habet radices vivae saepis ac viatoris praetereuntis lascivi* sqq. Merula. *radices ac vivas sepes* Pontedera apud Gesnerum. *vivae sepis* post *naturale sepimentum* transposuit Schneiderus auctore Ursino. rectius Gesnerus verba ab hoc loco aliena, quae olim in margine adscripta fuisse videntur, uncis incluserat.

2 Secunda seps est ex agresti eligno] *Saepes* in principe editione Politianus non correxit, *seps* ABm, *species* et in margine *al. seps* codex Caesenas, *sepẹs* Florentinus, quod ipsum in archetypo fuisse videtur. *ex agresti ligno* Merula. pro hoc *agrestis e ligno* scripsi, quoniam omne hoc saepimenti genus agreste dictum erat supra.

Fit aut palis statutis crebris e uirgultis implicatis aut latis perforatis] *Et uirgultis* m et codex Florentinus, *ac uirgultis* edita ante Victorium exemplaria, *e virgultis* ex codice Victorius, ubi praepositionem delendam esse olim significavi. sed aptius est *et virgultis.* nam tria sunt genera agrestis saepimenti, unum quod fit e palis et virgultis, alterum ipsum quoque e palis, sed in latere perforatis et longuriis inmissis, tertium ex arboribus truncis in terra fixis.

3 Aggeres faciunt sine fossa eos quidam uocant muros] *Aggeres qui faciunt* Iucundus. *aggeres quidam faciunt sine fossa, eosque vocant muros* coniecit Gesnerus.

4 Ex terra et lapillis compositis in formis] *Informe* Merula. *in formis* defendit Schneiderus adscriptis iis quae de hoc genere maceriae tradunt Plinius XXXV 169 *quid? non et in Africa Hispaniaque e terra parietes quos appellant formaceos, quoniam in forma circumdatis duabus utrimque tabulis inferciuntur verius quam instruuntur, aevis durant?* et Palladius I 34, 4 *alii luto inter formas clauso parietes figuratos ex lateribus imitantur.*

XV Fines praedii sationis notis arborum tutiores fiunt] *Sationibus notis arborum* Iucundus. *satius notis arborum tutiores fiant* Arnaldus var. coniect. p. 19 *satione arborum tutiores fiunt* Schneiderus, quod recepi, quia aptiorem emendationem corruptae lectionis inventam esse non video.

Ne familiae rixentur cum uicinis ac limites ex litibus iudicem quaerant] Non. p. 477, 21 *Rixat pro rixatur Varro — idem de re rustica lib. I ne familiae rixent cum vicinis,* quamquam ibi quoque in codicibus *rixentur* scriptum est. deinde *lites ex limitibus iudicem quaerant* coniecit Arnaldus l. c.

Quod ubi id pote ut ibi quod est campus nulla potior serenda] *Quod ubi* sic ut *quodsi* dici Gesnerus adnotavit, 'ubi id fieri potest, quemadmodum ibi (in Crustumino), quia

est campus, nulla arbor potior serenda'. rectius ita scriptura librorum defendi poterat, ut cum superioribus haec coniungerentur in hunc modum, 'ut multi habent in Crustumino, quod nulla arbor potior serenda est, ubi id fieri potest, ut ibi, propterea quod campus est'. quamquam propter molestam sermonis conformationem ne hoc quidem placere potest. quare *quod* in initio enuntiationis vitiose additum delevi. sententiam verborum recte Gesnerus explicavit.

Quod maxime fructuosa quod et sustinet saepem ac colit aliquod corbulas uuarum et frondem iucundissimam ministrat ouibus ac bubus ac uirgas praebet saepibus et foco ac furno] *Sustinet saepe ac cogit* scripsi. nam *sustinet saepem* quid esset, nemo explicavit. *sustinet vitem* Schneiderus coniecerat coll. Colum. V 6, 5 *ulmus, quia et vitem commodissime patitur et iucundissimum pabulum bubus adfert variisque generibus soli provenit, a plerisque praefertur. cogit* ex Nonio p. 197, 24 *Corbes corbulas Varro de re rustica lib. I cogit aliquot corbulas uvarum et frondem iucundissimam ministrat ovibus* restituerunt Scaliger, Ursinus, Gronovius observ. IV 3. *cogere* de colligendis fructibus dictum est I 6, 3 *celerius hic quam illic coguntur.* aliorum scriptorum exempla Gronovius l. c. composuit. laudantur igitur ulmi, quod et magnam uvarum copiam saepe sustinent atque colligendam praebent et frondem ac virgas in varios usus ministrant.

XVI 1 Relinquitur altera pars quae est extra fundum cuius appendices et uehementer pertinent ad culturam] *Et* in uno codice m omissum delevit Iucundus, quem deinde editores secuti sunt, recte, ut videtur: nisi potius scribendum erat *etiam,* h. e. etiam appendices fundi ad culturam pertinent. nam *et vehementer* dici non poterat, ut *et* ad augendam vim adverbii additum esset, 'et vehementer quidem', praesertim in formula saepius usurpata, I 2, 24 *quae ad agri culturam vehementer pertineat,* 9, 4 *haec discrimina pertinent ad fructus vehementer,* 55, 7 *ad agri culturam pertineat vehementer.*

2 Quosdam qui sunt prope oeliem] *Quosdam prope oclitum al. oeliem* m, *celiē* codex Florentinus. *quosdam prope Celiem* Iucundus. *Caralim* coniecit Ursinus, *Ioliem* Popma, qui

de Ioliensibus in Sardinia insula haec dicta esse monuit. sed eam regionem quo nomine Varro dixerit, non constat. Ἰολαεῖον dixit Diodorus IV 29 et Ἰολάεια idem V 15, Ἰολάια Pausanias X 17, 5; ipsos homines Ἰολαεῖς Strabo V p. 225, Ἰολαείους Diodorus V 15, Ἰλιεῖς Pausanias X 17, 7, *Ilienses* Latini, Livius XL 34, 13. XLI 6, 6 et 12, 5, Plinius III 85, Mela II 123.

Quae uicinitatis inuectos habent idoneos quae ibi nascuntur ubi uendant et illic inuectos opportunos quae in fundo opus sunt propterea fructuosa] *Ubi nascuntur ibi vendant* Merula, *Secundum, quae vicinitatis invectos habent idoneos, ut quae in agris nascuntur ibi vendant, et illinc invectos opportunos ad ea, quae in fundo opus sunt, quod propterea sunt fructuosa* Iucundus. *quae vicinitatis evectus habent* Schoettgenus. *et illinc avectus* Ursinus, *et illinc evectus* Cuperus apud Gesnerum. *illinc* inde ab Aldina editione iure omnes probaverunt; in reliquis non erat cur de veritate veteris scripturae dubitaretur. nam neque bis positum nomen *invectus* offendere debebat interpretes, quoniam ad utilitatem villae pertinet, ut et vicinitas ei commodum invectum praebeat ad vendenda ea quae in fundo nata sunt, et ipsa ex vicinitate ad se opportunum invectum habeat eorum quae in fundo opus sunt; neque in brevitate relativae sententiae *quae in fundo opus sunt* haerendum erat.

Multi enim habent in praediis quibus frumentum aut uinum aliudue quid desit importandum] *Habent praedia* Iucundus. *habent in praediis* pro *habitant* dictum interpretatur Schneiderus. potius prava verborum distinctio corrigenda erat in hunc modum, *multi enim habent, in praediis quibus frumentum aut vinum aliudve quid desit, inportandum,* h. e. multi, quibus in praediis frumentum aut vinum aut quid aliud desit, id habent a vicinis inportandum.

Aliquod sit exportandum] *Aliquid* scribendum esse dixi I 12, 3.

3 Tertium est item si ea oppida aut uiciniae aut etiam diuitum copiosae agri ac uillae unde non care emere possis quae opus sunt in fundum] *Tertium est* inde ab Aldina editione ab editoribus omissum neque minus a compositione verborum quam ab ordine sententiarum alienum est. nam neque cum *item* apte coniungitur *tertium est,* neque ad

tertiam speciem haec pertinent, sed ad secundam. quadripertitam enim distributionem supra propositam ita persecutus est Varro, ut de prima specie breviter diceret 2 *e quis quattuor quod est primum* sqq., uberius de secunda ib. *quae vicinitatis invectos habent* sqq., deinde breviter de tertia 6 *eundem fundum fructuosiorem faciunt vecturae* sqq. et de quarta ib. *refert etiam ad fundi fructus* sqq. ordinem disputationis Iucundus additis singularum partium numeris indicavit, *Secundum quae uicinitatis, Tertio eundem fundum, Quarto refert.* Varro autem praeter primam partem numeros non addiderat, sed ii postea partibus pravo modo distinctis in margine videntur adscripti fuisse, e quibus et hoc loco *tertium est* et in initio tertiae partis *quarto* in textum verborum receptum est. — *vici* pro *viciniae* scribendum Ursinus coniecit. *oppida aut vici in vicinia* scripsi, quod postulabant ea quae infra scripta sunt 4 *si enim a fundo longius absunt oppida aut vici.* — *copiosi agri* Merula.

Quibus quae supersint uenire possint ut quibusdam pedamenta] *Quibusque quae supersint* Iucundus, *quibus quae supersunt* Angelius. *quibusdam* deleri voluit Ursinus.

4 Itaque in hoc genus coloni potius anniuersarios habent uicinos quibus imperent medicos fullones fabros quam in uilla suos habeant] *Imperant* ex secunda editione Victorii vulgatum erat. praeterea prave coniuncta ferebantur verba, *quibus imperant medicos,* de quo Schneiderus monuit. itaque scripsi *habent vicinos, quibus imperent, medicos.* nam medici fullones fabri sunt vicini, quos anniversarios habent coloni, ut iis imperent. *in hoc genus* autem si verum est, opera significantur, ad quae vicini adhiberi solent: 'agro seu villae tali' Schneiderus interpretatur. sed potius omissa praepositione scribendum *itaque hoc genus coloni.* coloni, qui oppida aut vicos aut copiosos divitum agros in vicinia habent, ex his conductos habent medicos fullones fabros, quos in villa habere solent divites.

Quorum nonnumquam unius artificis mos tollit fundi fructum] *Quod nonnunquam unius artificis mors* Merula. *quorum* ex archetypo Victorius restituit.

Quam partem latifundi diuites domestica copia mandare solent] *Latifundii divites domesticae copiae* Merula, quae parum considerate Ursinus interpretatus est, latifundii divi-

tes dici eos qui magna latifundia habent. *quam partem latifundii divitis domesticae copiae suppeditare solent* coniecit Schneiderus. sed Varro eo nomine omnino usus non est, sed *lati fundi divites* dicuntur qui supra dicti erant *divitum copiosi agri,* et quod domini latorum fundorum instituere consueverunt, ut ad certa opera conficienda domesticam artificum copiam habeant, ad ipsos fundos transfertur.

6 Quibus utrisque rebus euehi atque inuehi ad multa praedia scimus] *Invehi multa àd praedia* apte coniecit Schneiderus. nam non hoc voluisse videtur Varro, ad multa praedia et viis et fluminibus aditum patere, sed his utrisque multas res ad praedia invehi et ex iis evehi.

Sed etiam fugiant ut introrsum in fundum se reclinent] *Sed etiam fugiant et introrsum reclinent* Ursinus. *ut,* h. e. usque adeo ut, item bis positum est III 5, 17 *ita movetur, ut eum tangat ventum qui flet, ut intus scire possis.*

XVII 1 De fundi quattuor partibus quae cum solo haerent] Quattuor sunt fundi partes, de quibus dictum erat c. 6—15, forma, natura, modus, quae fundi tuendi causa fiunt. hae res quoniam in divisione partium 5, 4 discretae erant ab iis *quae moventur atque in fundo debent esse culturae causa,* haerere cum fundo dicuntur eo usu verbi, quo de stramento dictum est I 50, 2 *quod cum terra haeret* et *quod cum spica stramentum haeret. quae cum solo cohaerent* coniecit C. F. W. Muellerus in annalibus gymnasiorum Berolinensibus a. 1866 p. 488.

2 Mercenariis cum conducticiis liberorum operis res maiores ut uindemias ac fenisicia administrant iique quos obaerarios nostri uocitarunt et etiam nunc sunt in asia] *Et etiam* omnia apographa et ex ipso archetypo Victorius, *ut etiam* editiones ante Victorium, quod Politianus non correxit. *mercenariis et conducticiis liberorum operis. Res maioris, ut vindemias et foenisicia administrant ii, quos obaeratos nostri vocitarunt, ut etiam nunc sunt in Asia* Merula. archetypi lectionem Victorius restituit, sed *obaeratos* ex editis exemplaribus retinuit. pro hoc *obaerarios* ex Victorii codicibus Schneiderus recepit, *operarios* conieceral Mercerus in Tac. annal. III 42. *obaeratos* defenditur definitione Varronis de ling. lat. VII 105 *liber qui suas operas in servitutem dat pro pecunia*

quam debebat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab aere obaeratus. tria genera sunt liberorum hominum, quorum opera agri coluntur, ipsi qui agros possident, mercennarii, obaerati qui dicuntur. e quibus tribus generibus tertium, cum ita esset a prioribus duobus discernendum, 'aut iis quos obaeratos nostri vocitarunt', ad ea quae antecedunt, *cum — res maiores ut vindemias ac faenisicia administrant,* neglegentius accommodatum est, *iique quos obaeratos nostri vocitarunt,* h. e. et ut ii sunt, quos nostri obaeratos vocitarunt et qui etiam nunc in Asia sunt.

3 Eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerum imperatis et in eo eorum e nouiciis reliquisitio ad priorem dominum quid factitarent] *Ex aliarum rerum imperatis et more incolarum e noviciis requisito, ad priorem dominum quid factitarent* edita inde ab Aldina editione exemplaria. veterem scripturam a Victorio adnotatam Scaliger pravo archaismi studio ita transformavit, *ex aliarum rerum imperatis et in eo eorum e novitiis reii, quis itio ad priorem dominum, quid factitarent,* ubi *imperatis* pro *imparatis, reii* pro *rei, quis itio* pro *quae itio* dictum esse volebat. *ex aliarum rerum imperatis et requisitione ad priorem dominum quid factitarent* Ursinus, *ex aliarum rerum imperatis et uno eorum e novitiis requisito, ad priorem dominum quid factitarent* ex coniectura Gronovii edidit Schneiderus. certa emendatio corruptae scripturae inventa non est. sententiam verborum Ursini coniectura *requisitione* demonstravit, qua recepta scripsi *ex aliarum rerum imperatis et in eo eorum e noviciis requisitione, ad priorem dominum quid factitarint.* de operariis, num ad agri culturam dociles sint, coniectura fieri potest, siquis animadverterit, quem ad modum alia imperata confecerint, et in iis qui novicii sunt, siquis in ea re ex ipsis requisiverit, quid ad priorem dominum factitarint. nam *factitarint,* non *factitarent,* ratio sermonis postulat. *in eo* autem est 'in eo negotio' vel 'in ea parte', I 20, 5 *in eo agricolae hoc spectandum,* II 11, 1 *de lacte in eo et tonsura,* III 16, 4 *quod si in hoc faciunt etiam graguli.* similiter *in quo,* I 23, 1 *ad pabulum quae pertinent, in quo est ocinum,* 59, 2 *in quo etiam quidam triclinium sternere solent,* 65 *genera sunt vini, in quo Falerna,* II 1, 12 *in quo sunt item ad tres species natura discreti boves asini equi,* ib. 20 *in quo quot diebus matris*

sugant mammam, 4, 18 *in quo illud antiquissimum fuisse scribitur*, III 16, 27 *in quo diligenter habenda cura.* eiusdem generis exempla ex libris de lingua latina dedit L. Spengelius in editione a. 1885 praef. p. LXVII.

4 Qui litteris aliqua sint humanitate imbuti] *Litteris* glossema esse Scaliger adnotavit, quoniam litterae et humanitas idem esset. rectius Iucundus *qui literis sint et aliqua humanitate* vel Schneiderus *qui literis et aliqua sint humanitate imbuti.* nam litteris imbutus est qui scribendi legendique facultatem habet: Colum. I 8, 4 *potest etiam inlitteratus, dummodo tenacissimae memoriae, rem satis commode administrare.* itaque scripsi *qui litteris atque aliqua sint humanitate imbuti,* sicut postea 6 *minus se putant despici atque aliquo numero haberi.*

Facilius enim ii quam minore natu sunt dicto audientes] *Facilius enim his quam minoribus natu dicto sunt audientes* Iucundus. lectionem archetypi, quam Victorius indicaverat, ita defendit Scaliger, ut dativo casu *ii* pro *ei* et *minore natu* pro 'ei qui est minore natu' dictum esset. *facilius enim ii quam minores natu dicto sunt audientes* Pontedera p. 108 hac addita interpretatione, 'praecipitur enim qui aetate praestant facilius quam iuniores domino esse dicto audientes'. non de vilicis qui domino, sed de operariis qui vilico dicto audientes sunt haec praecipi disci poterat a Columella, qui de vilico scribit I 8, 3 *iamque is transcenderit aetatem primae iuventae necdum senectutis attigerit, illa ne ei auctoritatem detrahat ad imperium, cum maiores dedignentur parere adulescentulo, haec ne laboriosissimo succumbat operi.* quare scripsi *facilius enim iis, quam qui minore natu, sunt dicto audientes* pro eo quod olim dederam *facilius enim ei quam minori natu.* nam *minore natu* non minus recte dicitur quam *minor natu,* de quo post Scaligerum Gronovius in Suet. Aug. c. 53 dixit. neque tamen ablativus *minore natu* sine nomine vel pronomine pro dativo poni poterat, et aptior hoc loco pluralis numerus quam singularis. nam ad singularem postea transitus factus est, *ut facientem imitetur.*

Eos praeesse oportet] *Oportere* scripsi. nam non Varronis haec praecepta sunt, sed Cassii ex illius libris a Varrone repetita, sicut ea quae de eadem re scripta erant antea *mancipia esse oportere* et quae deinde sequuntur *non solum enim debere*

imperare. Cassius autem dicitur Cassius Dionysius, quem Magonis libros vertisse iisque ex Graecorum libris multa addidisse dictum erat I 1, 10.

Quod scientia praestet] *Quod scientia praestet et usu* ex Aldina editione vulgatum erat.

6 Iniciendam uoluptatem praefectorum honore aliquo habendo et de operariis qui praestabunt alios communicandum quoque cum his] *Iniciendam* omnia apographa; *iniciendum* errori Victorii tribuendum est. *ad iniiciendam uoluptatem his praefecturae honore aliquo habendi sunt, et de operariis qui praestabunt aliqui. Communicandum quoque cum his* Merula, *ad iniiciendam voluntatem praeceptorum (*vel *ad eliciendam voluntatem praefectorum) aliquo honore habendi sunt* Ursinus, *ad inliciendam voluntatem* I. F. Gronovius apud Schneiderum, *iniiciendum voluntatem praefectos in aliquo honore habendo et de operariis qui praestabunt aliquot* Scaliger, *inliciendum voluntatem praefectorum honore aliquo habendo* Pontedera p. 109. ad scripturam archetypi, quae in editis inde a principe editione exemplaribus corrupta erat, verba revocavi. sed *inliciendam voluntatem* potius, quam quod olim conieceram *inliciendum* vel *incitandum,* scripsi. nam haec quoque, sicut superiora, a Cassio praecepta esse Varro refert. *praestare* cum accusativo coniunctum defendit Ursinus exemplo Varronis adscripto, quod est apud Nonium p. 502, 22 *Cato vel de liberis educandis, non solum qui primus in alterutra re praestet alios, sed etiam qui sit secundus et tertius.* neque umquam aliter, si nomen additum est, II 2, 10 *herba ruscida meridianam — praestat,* III 1, 3 *urbanos agricolae praestant.*

7 Ut quibus quid grauius sit imperatum aut animaduersum qui consolando eorum restituat uoluntatem] *Ut — sit qui consolando* sqq. Ursinus, quod Schneiderus probavit hac addita interpretatione, 'ut habeat, quo consolari vilicum eiusque voluntatem sibi reconciliare possit'. veram verborum coniunctionem demonstravit C. F. W. Muellerus annal. gymnas. Berol. a. 1866 p. 488. nam *qui* adverbii loco dictum et cum participio *animadversum* coniunctum est, aliquo modo animadversum. apud Varronem eius usus exempla sunt III 9, 5 *gallos salaces qui animadvertunt* et cum vi adfirmandi in initio sen-

tentiae III 2, 18 *ille, qui simulac promiseris minerval, incipiam, inquit,* ubi *quin* ex Aldina editione receptum erat. Plauti exempla post copiosam disputationem Fleckeiseni in miscellaneis criticis p. 23 sqq. composuit Schoemannus opusc. acad. v. IV p. 300. similiter dictum esse *ut qui* Munro in Lucret. I 755 demonstravit.

XVIII 2 Indiligentiae l.] *Indulgentiae Licinius* ex Aldina editione vulgatum erat.

3 Modulos relinquit nobis] *Reliquit* Merula recte. nam perfecto tempore opus erat de iis quae in libris scripta et memoriae mandata erant, non praesenti.

Quod cato si uoluit ut debuit sit proportione ad maiorem fundum et minorem adderemus et demeremus praeterea extra familiam debuit dicere uilicum et uilicam] *Quod Cato si voluit (ut debuit) uti proportione, ut ad maiorem fundum vel minorem adderemus vel demeremus, extra familiam debuit dicere villicum et villicam* Iucundus, ubi *ut* ante *ad maiorem* Victorius omisit. sed in his explicandis frustra interpretes laboraverunt, neque felicius res cessit Scaligero, qui ita legendum coniecit, *quod Cato si voluit, ut debuit, uti proportione, ad maiorem fundum vel minorem addere vel demere, extra familiam* sqq. duae res in Catone reprehenduntur, primum quod ad certum fundi modum numerum mancipiorum constituit, deinde quod vilicum et vilicam non extra familiam dixit. ad quam sententiam corruptam archetypi scripturam in hunc modum emendavi, *quod Cato si voluit, debuit sic, ut pro portione ad maiorem fundum et minorem adderemus et demeremus. praeterea extra familiam* sqq., h. e. si Cato dilucide modos constituere voluit, sic praecipere debuit, ut ad maiorem et minorem fundum pro portione adderemus et demeremus.

4 Duo uilici aut tres habendi fere operarii modo et bubulci pro portione addendi ad minoris ad maioris modos fundorum] *Habendi fuere* Merula. *habendi fuere: operarii modo et bubulci pro portione demendi vel addendi ad minores maioresve modos* edita inde ab Aldina editione exemplaria. restituta scriptura archetypi distinctionem verborum correxi et *ad minoris* delevi, *duo vilici aut tres habendi. fere operarii modo et bubulci pro portione addendi ad maiores modos fundo-*

rum. nam omissis minoribus fundis, in quibus vilicum habendum esse per se apparebat, de maioribus fundis praecipitur. in his igitur non plures vilici habendi sunt, sed operariorum et bubulcorum numerus plerumque pro portione augendus est.

Ut arari non possit quod si confragosus atque arduis cliuis] *Ut totus arari non possit, ut si sit confragosus atque arduus clivis* ex Aldina editione vulgatum erat.

5 E quo quom sexta pars sit ea XL quae de CCXL demuntur] *Diminuitur* Merula, *demitur* Iucundus, *demuntur* Victorius restituit. neque dubitandum erat de singulari numero *sit* cum nomine *pars* coniuncto, quamvis sequatur pluralis *ea quadraginta:* II 1, 12 *tertia pars est in pecuaria quae non parantur,* III 3, 6 *earum fructus erat ova et pulli.*

Non uideo quemadmodum ex eius praecepto demam sextam partem et de XIII mancipiis] *Et* Schneiderus delevit. neque tamen dubitandum de frequenti usu particulae *et* pro *etiam* positae, cuius haec exempla ex his libris adnotavi, I 37, 5 *quaedam si — prosciderís, et iterandum,* 41, 4 *ea quae laxiora et fecundiora,* II praef. 6 *quod et ipse pecuarias habui,* 1, 24 *nam et qui parat pecus necesse est constituat numerum,* 2, 14 *deterrent ab saliendo et fiscellas — quod alligant,* 8, 4 *ante admissuram et largius facimus,* 9, 5 *itaque et a regionibus appellantur,* III 9, 21 *quidam et triticeo pane farciunt,* 14, 3 *ipsae et ruminantes — vitam diu producunt,* 17, 1 *quod et candidatum nostrum venturum sciebamus.* alia, quae non recte ad hunc usum relata erant, deleta particula *et,* quae saepe in his libris manifesto librariorum errore addita est, correxi.

In C iugeribus] Omissa praepositione Nonius p. 501, 1 *Varro de re rustica lib. I centum iugeribus vinearum opus esse quindecim mancipia.*

6 Qui ait singula iugera quaternis operis uno operario ad conficiendum satis esse] *Qui ait ad singula iugera quaternas operas ad conficiendum satis esse* Ursinus. *uno operario* dativo casu dictum esse vidit Gesnerus. singula autem iugera quaternis operis unum hominem confodere posse ex Sasernae praeceptis dictum erat supra § 2.

XIX 1 In oliuetis CCXL iugeris] *Iugerum* edita inde a principe editione exemplaria. archetypi scripturam Kettnerus observ.

in Varr. p. 13 defendit collatis ipsius Catonis verbis 10, 1 *quomodo oletum agri iugera CCXL instruere oporteat,* quae Varro repetiverat 18, 1, sed addito genetivo *agri* et singulari numero *olivetum.* quare scripsi *in oliveti CCXL iugeris.* eodem modo scriptum est 22, 3 *oliveti iugera CCXL qui coleret. iugeris* ablativo casu legitur I 10, 1, *iugeribus* I 18, 1 et 5. III 12, 1, genetivo *iugerum;* singulari numero *iugerum iugeri iugero.*

Ita fit ut saserna dicit uerum ad C iugera iugum opus est] *Ita fit ut Saserna dicat verum ad centum iugera iugum opus esse* ex principe editione vulgatum erat. *ita si Saserna dicit — opus est* Schneiderus. *ita fit ut, si Saserna dicit verum, ad C iugera iugum opus sit* scripsi.

Neutrum modum horum omnem ad agrum conuenire puto] *Modum* in m et in Florentino codice omissum delevit Iucundus. modi autem dicuntur qui a Saserna et a Catone constituti erant, quorum neuter ad omnem agrum convenit.

Alia enim terra facilior aut difficilior est aliam terram boues proscindere nisi magnis uiribus non possunt] *Alia enim terra facilior aut difficilior est alia. Terram proscindere non nisi boves magnis niribus possunt* Merula, ubi *terram duram proscindere nisi boves magnis viribus non possunt* Iucundus dedit, *terram boves proscindere nisi magnis* sqq. Victorius. archetypi scripturam Schneiderus restituit.

2 Relinquunt uomeres] *Vomerem* recepi ex Nonio p. 80, 16 *Varro de re rustica lib. I et saepe fracta bura relincunt vomerem in arvo.*

Quo sequendum nobis in singulis fundis dum sumus nouicii triplici regula superioris domini instituto et uicinorum et experientia quadam] *Quod sequendum* Merula, *quo sequendum* (*sequenda* voluit) *nobis in singulis fundis, dum sumus novicii, triplex regula, superioris domini institutio et vicinorum et experientia quaedam* Iucundus, *quo sequendum nobis — triplicem regulam, superioris domini institutum et vicinorum et experientiam quandam* Schneiderus. archetypi scripturam in Iuntina editione restitutam exhibuerat Victorius. in hac *sequendum* non addito nomine dictum est de iis qui, dum ipsi novicii sunt, propositam ab aliis normam sequuntur vel praeceptis quibusdam ducuntur, sicut II 1, 24 *ut quidam faciunt sequendum,*

ut quosdam subducas. in ea re autem triplici regula utendum est, instituto prioris domini, instituto vicinorum, experientia ea, de qua dictum erat 18, 8.

3 *Asinum molendarium* posteriore loco in archetypo scriptum fuit. *molendarias metas* in codicibus Ammiani XVII 4, 15 legitur et *molendare triticum* apud Pompeium grammaticum p. 309, 12. *asinum molarium* ex Catone c. 11 Victorius restituit.

In hoc genere semiuocalium adiciendum de pecore ea sola quae agri colendi causa erunt ut solent esse peculiaria pauca habenda quo facilius mancipia quae solent se tueri et adsidua esse possint] *Pecuaria pauca habenda, quo facilius mancipia quae solent se tueri, et assidua esse non possunt* Merula. *in hoc genere semivocalium adiiciendum de pecore, quod ea sola, quae dixit, agri colendi causa erunt, ut solent esse pecuaria, quae pauca habenda, quo facilius tueri possint, quoniam mancipia, quae solent esse assidua, esse non possunt* Iucundus. archetypi scripturam Angelius et Victorius restituerunt, sed *ut solent esse pecuaria* ex prioribus editionibus retinuerunt, quae deinde Schneiderus tamquam aliena inclusit. *quae solent esse peculiaria pauca habenda* Ursinus. quae sint peculiaria, docuit idem adscriptis iis quae supra scripta erant 17, 7 *ut peculiare aliquid in fundo pascere liceat* et de ling. lat. V 95 *peculiares oves aliudve quid:* nam ita ibi legendum coniecit pro eo quod in Florentino codice scriptum est *peculatoriae oves.* sed quid sit *mancipia quae solent se tueri* non video a quoquam explicatum esse; sed *quae solent* ex superioribus, ubi *ut solent esse* in codicibus scriptum est, repetitum erat. hoc igitur omisso scripsi *in hoc genere semivocalium adiciendum de pecore ea sola quae agri colendi causa erunt et quae solent esse peculiaria pauca habenda, quo facilius mancipia se tueri et adsidua esse possint.* ad ea quae de bubus et asinis in oliveto et in vinea habendis Cato praeceperat adiciendum est de pecore, hoc est de ovibus et subus, ea sola habenda esse, quae vel ad agrum colendum utilia sunt vel pro peculio servis concedi solent, quo facilius illi se tueri et ad adsiduitatem incitari possint.

In eo numero non modo qui prata habent ut potius oues quam sues babeant curant sed etiam qui non solum

pratorum causa habent propter stercus] *Curent* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, sed *curant* reliqua apographa. *in eo numero non modo qui prata habent, ut potius oues quam sues habeant, curent, sed etiam qui prata non habent, quia non solum pratorum causa habere debent, sed etiam propter stercus* Iucundus. in his quoque Angelius in Iuntina editione scripturam archetypi restituerat. in Victorii tamen editione, quam deinde reliqui expresserunt, praeter unum *curent,* pro quo *curant* dedit, Aldinae editionis lectio repetita est, invito quidem ipso editore, sicut apparet ex iis quae in explicationibus ad hunc locum adnotavit, quae adscribam, 'Lectionem eam retinui, quam formis olim in hac urbe excusi libri habebant. eandem enim in manu scriptis inveni et in pervetusto in primis, cuius maxime auctoritatem sequor. nec me latet Venetiis excusos valde ab hac dissentire. opinor autem, cum locus obscurus sit et fortasse decurtatus, aliquem qui corrigere voluit, ut illi codices habent, ex ingenio restituisse. cum multa autem illic et addita et immutata sint, tam libere mihi a priscis vestigiis discedendum non putavi'. in pecore habendo non modo ii qui prata habent, sed etiam qui non solum pratorum causa, sed propter stercus pecus habent, curant ut potius oves quam sues habeant.

4 De canibus uero utique quod uilla sine iis parum tuta] In impressis exemplaribus inde a principe editione haec omissa erant. in manu scriptis autem libris *utique* scriptum est, non *utile,* quod Politianus scripsit. quare dubium non est, quin *utile,* quod nuper Zahlfeldtius quaest. crit. in Varron. rer. rust. libr. p. 22 defendit, aut errori Politiani aut coniecturae tribuendum sit. exempla particulae *utique* post Lachmannum in Lucret. p. 250 ex his libris composuit Reiterus quaest. Varron. p. 7, II 4, 3 *tum utique sint cervicibus amplis,* 4, 21 *utique ne minores quam semestres,* 10, 11 *utique uterque horum ut secum habeat equas domitas singulas,* III 7, 6 *ipsae enim propter pullos quos habent utique redeunt,* 9, 15 *cum aestate tum utique cum tempestas sit mollis,* 12, 7 *duo quidem utique te habere puto.* eandem particulam restitui II 4, 22 *non utique quot verres habeat:* cf. II 10, 1. propria autem particulae vis, ut illud quod certum et natura rerum confirmatum vel ab omnibus concessum est significet, singulari quadam brevitate dicendi hoc loco obscurata est. nam post

ea quae de pecore adicienda esse dictum erat iam de canibus hoc dicitur adiciendum esse, hos sine dubio habendos esse, propterea quod sine iis villa parum tuta sit.

XX 1 Amplis cornibus et nigri s potius quam aliter ut sint lata fronte] *Nigri . S. potius* praeter B habent codex Caesenas et prima manu Florentinus, et sic in ipso archetypo scriptum fuisse videtur, *nigris potius* reliqui. *nigris potius quam aliter, ut sint lata fronte* edita inde a principe editione exemplaria. *nigri potius quam aliter ut sint, lata fronte* scripsi. nam de ipsis bubus haec praecipiuntur, non de cornibus. nigrum colorem in bubus maxime expetendum esse scribit Varro II 5, 8 *colore potissimum nigro.* ab hoc diversum est quod de cornibus praecipitur ib. 7 et apud Columellam VI 1, 3 *nigrantibus cornibus.*

2 Hos ueteranos ex campestribus locis non emendum in dura ac montana nec nontra si incidit ut sit uitandum] *Hos veteranos ex campestribus locis emendum, non in dura ac montana, nec non si incidit vitandum* Merula, ubi *nec non si ita incidit* dedit Iucundus, *hos veteranos ex campestribus locis non emendum in dura ac montana, nec non ita si incidit ut sit vitandum* Angelius, *hos veteranos ex campestribus locis emendum non in dura ac montana, nec non, ita si incidit, ut sit vitandum* Victorius addita coniectura *nec contra si incidit.* hanc qui probaverunt, non animadverterunt diversa docere Columellam VI 2, 12 *longeque omnis bos indigena melior est quam peregrinus. nam neque aquae nec pabuli nec caeli mutatione temptatur neque infestatur condicione regionis, sicut ille qui ex planis et campestribus locis in montana et aspera perductus est vel ex montanis in campestria.* quare *nec non contra si incidit* scripsi; in reliquis scripturam archetypi restitui. boves ex campestribus locis in montana emendi non sunt, et si contra incidit, hoc est ex montanis in campestria, ut vitandum sit. *nec non contra* etiam Zahlfeldtius observ. in Varr. rer. rust. libr. p. 29 defendit, sed verbis in hunc modum coniunctis, *nec non, contra si incidit ut sit, vitandum.*

Sine aratro tum eo leui principio per harenam aut molliorem terram] *Sine aratro aut eo levi simul gradi facias, et principio per arenam aut molliorem terram leniter procedant*

Merula. veterem lectionem Angelius restituit. Schneiderus tamen pravo iudicio Merulae supplementa probavit et in hunc modum refinxit, *sine aratro, tum eo levi simul gradi faciant, ut principio — procedant.*

3 Consuetudine celeberrimae ad utilitatem adducit] *Celeberrima* Merula, *celeberrime* Angelius, *celerrima* Victorius, *celerrime* Schneiderus. *celeberrima* ex principe editione recepi. nam propter celebritatem locorum ipsa consuetudo, quae in illis locis facta est, celebris dicitur.

Alternis fit] *Alternis* vel *alterius fit* plurima apographa, *alternis sit* editio princeps a Politiano non correcta, *alterius sit* codex Florentinus.

4 Ubi terra leuis ut in campania ibi non bubus grauibus sed uaccis aut asinis quod arant eo facilius ad aratrum leue adduci possunt ad molas et ad ea si quae sunt quae in fundo conuehuntur] *Vaccis et asinis* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, *uaccis aut asinis* reliqui. *ubi terra levis, ibi non bubus gravibus, ut in Campania* coniecit Gesnerus. librorum scripturam defendit Schneiderus collatis iis quae de terra Campanica rettulerunt Cato c. 135 *aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica* et Columella II 10, 18 *putre solum, quod Campani pullum vocant.* de bubus Campanis apud Columellam VI 1, 1 scripta sunt haec, *Campania plerumque boves progenerat albos et exiles, labori tamen et culturae patrii soli non inhabiles,* de facilitate culturae V 4, 3 *Campania — non utitur hac molitione terrae, quia facilitas eius soli minorem operam desiderat.* — *bubus grandibus* coniecit Ursinus, idem tamen *gravibus* defendi posse adnotavit exemplo Varronis apud Nonium p. 314, 28 *Varro Gerontodidascalo ubi graves pavonum alantur atque pascantur greges.* acumen orationis Varro quaesivisse videtur duobus adiectivis *levis* et *gravis* inter se oppositis. in reliquis sententiam verborum Schneiderus perturbavit, cum haec ita ederet, *eo facilius ad aratrum leve adduci possunt. ad molas et ad ea, si quae sunt, quae in fundo convehuntur, [in qua re] alii asellis, alii vaccis ac mulis utuntur.* nam cum tria sint, ad quae adhiberi iuvenci possunt, leve aratrum, molae, ea quae in fundo convehuntur, cum priore genere, quod

fit in levi terra, neglegentius coniuncta sunt altera duo. *et ad molas et ad ea* ediderat Iucundus.

Exinde ut pabuli facultas est] *Proinde* Ursinus. *exinde* Gesnerus defendit coll. I 24, 3 *exinde ut vasa olearia quot et quanta habeant.* Plautina eius usus exempla composuit Lorenzius in Plaut. Mostel. 227. *exin* de tempore dictum est I 28, 2. 31, 3.

5 In confragoso enim haec ac difficili ualentiora parandum et potius ea quae per se fructum reddere possint] *In confragoso enim ac difficili haec valentiora parandum et potius ea, quae plus fructum reddere possunt* Iucundus. restitui veterem lectionem. nam *per se fructum reddere* dicitur de utilitate, quam vaccae et asini etiam praeter agri culturam praebent. neglegentior autem verborum collocatio in huiusmodi compositionibus non aliena est ab usu Varronis, I 19, 2 *superioris domini instituto et vicinorum,* 24, 4 *cacumina populorum serenda et harundinetum,* 26 *fiscinas expedi et urnam,* 27, 3 *cum gelu cortices ex imbribus careant et glacie,* ubi *et* in codicibus omissum addidi, 40, 3 *in sicco et macro loco et argilloso,* 40, 4 *plantae solum stabilius, quo latius aut radices facilius mittit,* III 9, 20 *evulsis ex alis pinnis et e cauda.*

XXI Canes potius cum dignitate et acres paucos habendum quam multos quos consuefacias potius noctu uigilare et interdiu clausos dormire] *De canibus, sine quibus utique villa parum tuta sit. Canes potius* sqq. Merula anteposita rubrica, quam ex iis, quae in fine capitis undevicesimi in libris scripta erant, concinnaverat. *cum dignitate* de asino dictum est II 6, 3 *cum dignitate ut sit,* et similiter de forma suis II 4, 3 *ea est cum amplitudine membrorum. potius* post *consuefacias* ex superioribus, ut videtur, repetitum delevi.

De indomitis quadripedibus ac pecore faciendum] *Faciendum* deleri voluit Scaliger tamquam ortum ex lemmate, quod quidem in capitulis huius libri scriptum est, *Si prata sunt in fundo, pecus non est, quid sit faciendum.* hunc Gesnerus et Schneiderus secuti sunt, parum attenti ad brevitatem dicendi in his praeceptis usurpatam. nam in fine eius partis quae est de semivocali genere instrumenti breviter praescribitur, quid de indomitis quadripedibus, in quibus pecus est, domino fundi facien-

dum sit. *faciendum sic: si prata sunt* coniecit Roessnerus de praepositionum ab de ex usu Varroniano p. 37.

XXII 1 Quae ex uiminibus et materia rustica fiunt] *Materia ruscaria* Schneiderus coniecit, ut certum genus ligni significaretur, quamquam ruscum, quod est genus dumetorum, ad ea instrumenta quae deinde appellantur minime aptum esse apparet. rustica materia dicitur quae ruri nascitur.

Fiscinae tribula malli rastelli] *Malei* Merula, *mallei* Iucundus et deinde reliqui editores. pro hoc *valli* scripsi, quod genus instrumenti in iis quae e viminibus fiunt commemoratur I 23, 5. usus vallorum describitur I 52, 2. ex alio Varronis libro videntur petita esse quae corrupta leguntur apud Servium in Verg. georg. I 166 *et mystica vannus Iacchi, id est cribrum areale, legimus tamen et vallus secundum Varronem hanc fisticula pollio mysta vallus, quod idem nihilo minus significat,* ubi *fiscinae tribula valli, Pollio mystica vallus* scriptum fuisse Thilo coniecit; item apud Festum p. 375, 10 *Valvoli fabae folliculi appellati sunt, quasi vallivoli, quia vallo iacti excutiantur.* de eodem nomine scripta sunt haec, de dubiis nominibus gramm. lat. v. V p. 592, 24 *Vallus, in qua frumentum excutitur, generis feminini, ut Virgilius nunc mystica vallus* et in excerptis Capri v. VII p. 112, 2 *Vallus haec, qua frumentum excutitur,* item apud Plinium XVIII 296 de usu vallorum in messe facienda *valli praegrandes — per segetem inpelluntur* et *ita dereptae in vallum cadunt spicae.*

Canabi libri manu scripti, *cannabi* in principe editione Politianus non correxit. in archetypo videtur *canabi* scriptum fuisse, postea correctum *cannabi.*

2 Si emptae erunt potius ad utilitatem quam ob speciem] Immo *ad speciem. ob* praeter hunc locum semel in his libris legitur, sed vitiose scriptum, III 9, 11 *id esse ob inane,* saepe *propter. ad speciem* legitur, quamvis diversa nominis significatione, III 5, 4 *ad speciem cancellorum* et ib. 10 *ad tabulae litterariae speciem.*

3 Vasa olearia iuga quinque] *Vasa olearia instructa iuga quinque* Iucundus ex Catone 10, 2.

De ferramentis quae sint et quod opus multitudinem] *Multitudine* m. *quae sint et quot opus ad multitudinem* impressa

inde a principe editione exemplaria. *quae sint et qua opus multitudine* scripsi, h. e. quae et quam multa ferramenta opus sint: nam ita postea § 5 de ferramentis in vinario fundo scriptum est *et genere et multitudine qua sint.*

4 Vasa torcularia] *Vasa torcula* Ursinus, ut est apud Catonem 11, 1.

Quod annis in archetypo scriptum fuit constanti in hoc vocabulo usu, I 44, 2; 3. II 4, 10. 5, 17. 7, 11. III 5, 7. 16, 10; 33; item *aliquod* plerumque, raro *aliquot,* et *quod* saepius quam *quot,* quae omnia ab usu antiquitatis minime aliena esse constat. sed in his commodo legentium hoc dedi, ut *quot* et *aliquot* et *quotannis* reciperem, librorum scripturam in adnotatione exhiberem.

6 Instrumentum et supellectilem rusticam omnem oportet habere scriptam in urbe et rure dominum uilicum contra ea ruri omnia certo suo quoque loco ad uillam esse posita] *In urbe dominum et ruri villicum atque ea omnia certo suo quaeque loco ad villam debent esse posita* Iucundus, *in urbe dominum, villicum contra ea ruri omnia suo quaeque loco posita* Ursinus. *certo suo quoque loco ad villam seposita* Lachmannus in Lucret. p. 95. deleto verbo *esse,* quod ex proximis in hunc locum videtur illatum esse, scripsi *certo suo quoque loco ad villam posita.* nam *seposita* neque usurpatum a Varrone invenio neque ad sententiam aptum est. dominum enim supellectilem rusticam et in urbe et ruri scriptam habere, vilicum contra eadem omnia ruri in certo loco prope villam posita habere oportet. *ruri* praeterea semel scriptum est, II praef. 1, *rure* saepius, I 37, 3. III 3, 5. 4, 2. 7, 11. 9, 2. contra *vespere* bis, II 7, 8 et III 9, 10 *mane et vespere,* saepius *vesperi.*

Quibus in uindemia utuntur et corbubulae et sic alia] *Corbubulae* in archetypo scriptum fuisse credere debemus testimonio Victorii in Cat. 11, 5, quamquam *corbulae* plurima apographa habent. *ut corbulae* ex principe editione receptum erat. potius deleto *et,* quod in codicibus est, scribendum erat *quibus in vindemia utuntur corbulae.* nam corbularum usus in vindemia fuit, I 15 *aliquot corbulas uvarum.* deinde *et sic alia,* ubi olim item *et* delevi, quoniam id in hac formula addi non solet, non plane inauditum est, III 14, 4 *et sic in aliis regionibus,*

de ling. lat. VIII 61 *citharicen et sic alia*, ib. 65 *alaucus et sic alia.*

XXIII 1 *Ocimum* manu scripti libri. *ocinum* scribendum esse apparebit ex iis quae dixi I 32, 4.

2 Quae ibi sunt maioris] *Quae cibi sunt maioris* scribendum esse pro eo quod Iucundus dederat, *quae succi sunt maioris*, post Victorium adnotavit Ursinus et testimonio Plinii, qui haec exscripsit XVIII 165, confirmavit. cibi maioris autem non solum ea sunt, quae maiorem cibum edentibus praebent, ut sunt casei II 11, 3 *ex hoc lacte casei qui fiunt, maximi cibi sunt bubuli —, minimi cibi et qui facillime deiciantur caprini*, sed etiam quae ipsa maiore cibo, quem terra praebeat, egent. *τροφήν* dixit Theophrastus de caus. plant. III 21, 2 *αἱ μὲν γὰρ ἐλάττους καὶ κουφοτέρας δέονται τροφῆς, οἱ δὲ πλείονος καὶ σωματωδεστέρας.*

3 Quaedam etiam serenda non iam propter praesentem fructum quam in annum prospicientem] *Non tam* A et m ex vetere emendatione, ut videtur. neglegentiam sermonis, quod post gerundium accusativus participii positus est, *quaedam serenda prospicientem*, tamquam graecismum Schneiderus notavit. prava editorum diligentia hoc dicendi genus mutatum erat II 7, 14 *dandum hordeum cotidie adicientem* et III 9, 15 *prodigendae in solem — evitantem caldorem et frigus*, ubi praeterea notabile est aliud neglegentiae genus in eadem dictione admissum. nam post gerundium obiecti loco additus est accusativus nominis, *prodigendae in solem — neque pullos, sed omne ornithoboscion;* similiter III 3, 4 *quaedam adsumenda in villam, ut glires cochlias gallinas*, III 9, 4 *genera ei tria paranda, maxime villaticas gallinas*, quae ipsa quoque in editis exemplaribus temere mutata erant. item infinitivus in praeceptis post gerundium positus est II 7, 12 *frenos suspendendum — interdum inponere iis puerum*, III 9, 8 *acus substernendum; cum pepererunt, tollere substramen.*

Itaque lupinum cumdominus siliculam cepit et nonnumquam fabulia si ad siliquas non ita peruenit ut fabam legere expediat si ager macrior est pro stercore inarare solent] *Cum necdum siliculam cepit* edita inde ab Aldina editione exemplaria, *cum siliculam cepit* Scaliger, *cum siliculam incepit* vel *cum siliquare coepit* Ursinus, *cum non nimis*

siliquare coepit Popma, *donicum siliculam cepit* Pontedera p. 117, *quando minus siliculam cepit* Petrus Faber comment. in Cicer. academ. I 8 p. 275 ed. Davis. coniecerat, post hunc Salmasius Plin. exerc. p. 172. hos secutus *cum minus siliculam cepit* scripsi. nam de lupinis idem quod de fabis docuisse videtur Varro, tum cum siliquas satis magnas non ceperint, haec pro stercore inaranda esse. de lupinis Plinius XVII 54 scribit haec, *inter omnes autem constat nihil esse utilius lupini segete, priusquam siliquetur, aratro vel bidentibus versa manipulisve desectae circa radices arborum ac vitium obrutis;* de fabis Theophrastus hist. plant. VIII 9, 1 *ὁ δὲ κύαμος, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ ἄλλως οὐ βαρὺ καὶ ἔτι κοπρίζειν δοκεῖ τὴν γῆν διὰ μανότητα καὶ εὐσηψίαν· δι' ὃ καὶ οἱ περὶ Μακεδονίαν καὶ Θετταλίαν, ὅταν ἀνθῶσιν, ἀνατρέπουσι τὰς ἀρούρας*, quae repetivit Plinius XVIII 120.

4 Nec minus ea discriminanda in conserendo quae sunt fructuosa propter uoluptatem] *Quae sunt fructuosa ab iis, quae fiunt propter voluptatem* Iucundus, *quae sunt fructuosa praeter voluptatem* Pontedera p. 118. tria genera sunt earum rerum quae in agri cultura fiunt, primum earum quae fructum ferunt, secundum earum quae propter voluptatem instituuntur, tertium earum quae, quamquam neque ad victum hominum neque ad sensum et delectationem pertinent, tamen ad agrum colendum utiles sunt.

5 Umbrosis locis alta seras ut corruda quod ita petit asparagus aprica ut ibi seras uiolam et hortos facias quod ea sole nutricantur] *Aprica,* quod in corrigenda principis editionis lectione Politianus omiserat, habent manu scripti libri. *umbrosis locis alta seras, ut coruda non noceat, quod ita petit asparagus. et aprica sit terra, ubi seras violam* Merula, *umbrosis locis alia seras, ut corruda, quod ita petit asparagus, et apricus, ut ibi seras violam* Iucundus, *umbrosis locis alta seras, ut corruda, quod ita petit asparagus, apricis, ut ibi seras violam* Angelius. *umbrosis locis alia seras, ut corrudam, quod ita petit asparagus, et apricis, ut ibi seras violam et hortos facias, quod a sole nutricantur* Ursinus. corrudam dici asparagum silvestrem docet Columella XI 3, 43 *sativi asparagi, quam corrudam rustici vocant, semina,* item Plinius XIX 151. XX 110.

hanc Cato 6, 3 in umecto loco una cum harundinéto seri iubet, unde asparagi fiant. idem praecipit Varro, cum corrudam in umbrosis locis serendam esse dicit, quod asparagus, quem inde fieri vult, ita petit, *umbrosis locis alia seras, ut corrudam* sqq. deinde *aprica* breviter dictum est pro eo quod accuratius dicendum erat 'aprica quae sunt'.

Sic alia et alio loco serenda ut habeas uimina unde utendo . l. quid facias ut sirpeas uallus crates — ubi aucupare] *Sic et alia alio loco serunda, ut habeas vimina, unde utendo aliquid facias, ut scirpeas vallos crates* Merula, ubi *viendo quid facias* Iucundus ex Nonio p. 189, 16 restituit, quamquam ibi in manu scriptis libris verba Varronis corrupta sunt, *Viere vincire inflectere, Varro de re rustica lib. I ut habeam ut mina inueniendo quod facias.* deinde *sirpeas qualos crates* coniecit Sylburgius in editione Commeliniana p. 775. — primum *sic alia,* quae ab editoribus in initio novae sententiae posita erant, cum superioribus, quae de apricis locis praecepta erant, coniunxi, deinde manifestam lacunam supplevi, *et alio loco virgulta serenda.* nam cum varia genera arborum pro varia natura locorum in fundo serenda sint, alio loco ea e quibus vimina ad instrumenta rustica paranda fiunt, alio loco silva caedua, alio ut aucupium fieri possit, in primo genere omitti non poterat, quid esset illud quod propter vimina seri deberet. *salicta serenda* olim conieci. sed salictum antea cum harundineto appellatum erat. virgultorum autem mentio in viminibus parandis facta est Colum. X 12, 90. — *vallus* in archetypo scriptum fuit, non *vallos,* sed *valli* I 22, 1 et *vallis* I 52, 2. *aucupere* ex Gesneri coniectura recepi.

6 Spartum unde nectas bubus paleas lineas restis funes] *Nectas boues paleas* m. *spartum, unde lineas restes funes facias, quibus nectas boves paleas et alia* Iucundus. Bodaei emendationem *nectas bubus soleas* recepi. nam palearum hic locus non est. solearum usum demonstrant haec, quae ab interpretibus adscripta sunt, Colum. VI 12, 1 *postea linamenta sale atque aceto inbuta adplicantur ac solea spartea pes induitur,* Galen. de aliment. facult. I 9 (med. graec. v. VI p. 502) *καθάπερ ὁ σπάρτος ὀνομαζόμενός ἐστιν, ἐξ οὗ πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις.* linearum autem sive funiculorum etiam in rusticis operibus frequens usus fuit.

Quaedam loca eadem alia ad serendum idoneam] *Idonea* Merula. *quaedam loca eadem, et alia ad serundum idonea* Iucundus. *eadem alia* non recte Gesnerus ita interpretatus est, ut *eadem* esset nominativus, *alia* accusativus cum verbo *serendum* coniunctus, 'quaedam loca simul ad diversa serenda sunt idonea', et eodem fere modo Pontedera p. 120, 'quaedam loca, in quibus iam quid satum est, eadem ad serendum aliud esse idonea'. melius Madvigius advers. v. II p. 180 sententiam verborum expressit, 'scribendum *alias* (hoc est interdum seri possunt, interdum non possunt), nisi fuit *alias ad serundum idonea, alias non idonea*'. quamquam apparet in his semel poni adverbium *alias* non potuisse. nam hoc dicit Varro, quaedam loca non omni tempore ad serendum idonea esse, sed eadem, quae alio tempore idonea sint, alio tempore non esse. similiter II 1, 16 *neque eadem loca aestiva et hiberna idonea omnibus ad pascendum.* igitur eadem alia loca sunt, quae, cum natura eadem sint, tamen ad sationem diversa vel alio modo ad serendum idonea sunt.

Dessitis seminibus] *Desitis* inde a principe editione receptum erat. *dissitis* Ursinus recte, quamquam ipse vulgatam lectionem retinendam putabat. nam *desitus* de serendo nemo dixit, sed *disserere* de iis quae certo ordine disposita seruntur Varro de ling. lat. VI 64 *quod dicimus 'disserit' item translaticio aeque ex agris verbo: nam ut olitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus.*

7 Quod scribit de sationibus] *De sationibus* deleri voluit Ursinus.

XXIV 1 In agro crasso sqq.] Non. p. 94, 7 *Conditaneum quod condi vel condiri potest recte dici Varro de re rustica lib. I in agro crasso et calido oleam conditaneam radium maiorem sallentinam horcitem puseam serginam albicurem colminiam.*

2 Et ei ferendo arborem perire] *Et ferendo* Merula.

3 Quod ex uno facto olei reficitur] *Conficitur* vel *efficitur* coniecit Gesnerus. *reficere* de reditu fructuum dictum est I 2, 8 *non posse refici.*

Quod cato ait circum fundum ulmos et populos unde frons ouibus et bubus sit et materies seri oportere sed hoc neque in omnibus fundis opus est neque in quibus

opus propter frondem maxime sine detrimento ponuntur a septemtrionali parte] *Fros* in excerptis Iulii Romani apud Charisium p. 130, 30 legitur, *fros sine n littera, ne faciat, inquit Plinius, frontis, quasi non dicatur nisi frons τὸ μέτωπον, quod se probare dicit, quoniam anticum u non recipiebat n, sed nec cum vertit in o: Varro rerum rusticarum libro I, ulmos et populos, unde est fros, idem antiquitatum Romanarum libro XV fros faenum messis. frons* est in libris manu scriptis Nonii p. 114, 1, ubi Muellerus restituit *fros*, quod olim Lipsius coniecerat, *Fros pro frondis Vergilius Georgicorum II praecipue cum fros tenera inprudensque laborum, Varro de re rustica lib. I quod Cato ait, circum fundum ulmos et populos, unde fros ovibus et bubus sit.* item Non. p. 486, 9 *Varro Parmenone, caeditur lotos alta, fros decidit Palladis, platanus ramis.* in uno codice A *fros* scriptum est II 5, 11; in ipso archetypo fuit *tondes* pro *tondens* I 37, 2 et *glas* III 2, 12. 13, 1. — deinde *a septemtrionali parte* editio princeps a Politiano non correcta et apographa Italorum, *a septemtrionali plaga* A m et corrector codicis Florentini ex vetere interpolatione, quae in Aldinam editionem recepta et deinde in reliquas propagata erat. in compositione verborum frustra laboraverunt interpretes, cum non animadverterent haec verba, *sed hoc — maxime,* a reliquis separata et in parenthesi interposita esse. nam quae a Catone de ulmis et populis frondis causa circum fundum serendis praecepta erant, ea ita probavit Varro, ut eas arbores sine detrimento poni a septemtrionali parte diceret, propterea quod ibi non officerent soli. simul adnotavit neque in omnibus fundis id opus esse, neque ubi opus esset, propter frondem maxime fieri. saepius autem huiusmodi sententiis, quibus interpositis nexus verborum suspenditur, usus est, quae non intellecta compositione verborum editoribus difficultatem paraverunt.

4 Ille adicit ab eodem scriptore] Quicumque rationem sermonis a Varrone instituti bene perspexerit, non dubitabit, quin ad Scrofam haec pertineant, non ad Stolonem, sicut Gesnerus et Schneiderus adnotaverunt. Scrofae enim supra c. 3 praecepta de agri cultura tradenda mandata erant, quo munere ita fungitur, ut ipse sermonem regat, reliqui brevioribus sermonibus additis ea quae ab illo disputata erant augeant. itaque postquam Stolo

praecepta Catonis de sationibus commemoravit, iam Scrofa eo sermone suscepto adicit quae praeterea ab eodem scriptore ea de re praecepta erant. similiter de Catone scripta sunt haec, I 22, 5 *dicuntur ab eodem scriptore.*

Ibi oculos harundinis pedes ternos altum ab alio seri aptam esse utrique eadem fere culturam] *Alium ab alio* et deinde *eandem* Merula. Cat. 6, 3 *ibi oculos harundinis pedes ternos alium ab alio serito. ibi corrudam serito, unde asparagi fiant. nam convenit harundinetum cum corruda.* inde supplementa petivit Iucundus, quem deinde reliqui editores secuti sunt, *ibi oculos — seri, ibi quoque corrudam, unde asparagi fiant, aptam esse utrique eandem fere culturam.* neque credi potest praecepta Catonis a Varrone ita deminuta esse, ut quae ab illo de communi cultura corrudae et asparagi scripta erant ad cacumina populorum et harundinetum transferret. itaque lacunam indicavi.

XXVI Ridica uitis a septemtrione uersus tegatur] *Ad septemtrionem* m et Florentinus codex et edita inde ab Aldina editione exemplaria. *figatur* m et corrector Florentini codicis, quod Iucundus recepit. *tegatur* ex libris Angelius restituit. de eadem re Columella IV 16, 2 scribit *isque palus ponendus est, ut frigorum et aquilonum excipiat violentiam vitemque protegat.*

Et si cupressos uiuas pro ridicis quas inserunt alternos ordines imponunt neque eos crescere altius quam ridicas patiantur neque propter eos ut adserunt uites] *Et si cupressos vivas pro ridicis inserunt, alternos ordines imponunt, neque eas crescere altius quam ridicas patiuntur, neque propter eas adserunt vites* Iucundus. *neque propter olus adserunt vites* Pontedera p. 122, quod Schneiderus recepit. de usu cupressorum in vineis solus Plinius scribit XVI 140 *duo genera earum, meta in fastigium convoluta, quae et femina appellatur; mas spargit extra se ramos deputaturque et accipit vitem.* Varro, siqui his arboribus pro ridicis utantur et eius rei causa alternos ordines cupressorum imponant, eos in his ordinibus illud observare dicit, ne altius crescant, quam ridicae vitium esse solent, neve prope ipsos arborum ordines serantur vites, quas ad illarum ramos deputatos, ut ait Plinius, alligare volunt. itaque archetypi scripturam restitui, sed *ut adserant* scripsi. nam

inepta sunt quae ad indicativum modum *ut adserunt* defendendum Scaliger commentus est, 'neque propter eos ordines cupressorum ita ponuntur vites, ut adseri solent ulmis'. sed praeterea *patiuntur* scribendum erat, *neque eos crescere altius quam ridicas patiuntur, neque propter eos ut adserant vites.* nam minus apte haec quoque ad illud quod supra scriptum erat *observant* referuntur. *ut adserant* autem consueta apud Varronem brevitate dictum est pro eo quod uberius dicendum erat 'neque ita faciunt ut adserant': I 20, 2 *hos veteranos ex campestribus locis non emendum in dura ac montana, nec non contra si incidit, ut sit vitandum,* II 4, 12 *quae prae pinguitudine carnis non modo surgere non posset, sed etiam ut in eius corpore sorex exesa carne nidum fecisset.* eiusdem fere generis haec sunt, III 7, 4 *columbaria singula esse oportet ut os habeat,* 8, 1 *locum constituendum — eumque item ut de columbis dictum est, ut habeat ostium,* 16, 7 *neque ignava ut non — resistat.*

Fiscinas expediet urnam] *Fiscinam expedi et urnam* Victorius.

XXVII 1 *Comprehendit* editio princeps a Politiano non mutata, item I 50, 2, sed *comprendit* plurima apographa, et hanc solam formam Varro in verbis *conprendo* et *deprendo* et in simplici *prendo* in his libris probavisse videtur, I 1, 10. 7, 3. 9, 1. 40, 6. 50, 2. II 1, 4. III 5, 18. 10, 5. semel sine discrepantia librorum legitur *comprehensas* II 2, 2 et eodem modo *reprehendis* I 2, 24.

Claeuis ac sole percalefactis aptiores facere ad accipiendum imbrem et ad opus faciliores relaxatas] *Cavis ab sole percalefactis aptiores fieri ad accipiendum imbrem et ad opus faciliores relaxatis* Iucundus. *glaebis* post Politianum Victorius restituit. *glebis ab sole percalefactis* vel *glebas ab sole percalefactas aptiores fieri ad accipiendum imbrem et ad opus faciliores reddi* Ursinus. utrum deleto *ac*, quod in codice ante *sole* scriptum erat, *glaebis sole percalefactis* scribendum sit, an addita praepositione *glaebis a sole percalefactis*, non constat. nam sine praepositione dictum est I 9, 2 *quae sole perferve ita fit,* cum praepositione I 12, 3 *a sole toto die inlustratur.* probabilius tamen visum est *a sole,* quam quod olim dedi *sole,* et III 8, 3 *a stercore ne offendantur* potius quam *stercore,* ubi simi-

liter *ac stercore* in archetypo scriptum erat. nam saepius in eius modi elocutionibus *ab* praepositionem pro ablativo Varro usurpavit, I 59, 2 *datur ab arte*, III 2, 17 *vinci a villa*, de quo usu Roessnerus de praep. ab de ex usu Varroniano p. 23 disputavit. de reliquis non est cur dubitetur. nam iis sationibus, quae vere fiunt, agricolas terram rudem proscindere oportet duabus de causis, primum ut quae ex ea enata sunt exradicentur, deinde ut glaebis calefactis sationes et ad imbrem accipiendum aptiores et, cum relaxatae sint, ad opus faciliores faciant.

Neque ea minus binis arandum ter melius] *Eam* recte Ursinus. nam ad terram haec pertinent, non ad sationes. *minus bis* Merula, *minus binis* ex archetypo restitui. similiter *alternis* I 20, 3. II 7, 11. III 16, 9. et postulat hoc usus Varronis, qui adverbiis numerorum *plus* vel *minus* sine *quam* particula non addidit: nam III 10, 3 *plus quam ter* pro *plus quater* scripsi. cum reliquis numeris eadem constanter non addito *quam* posuit, et in significatione aetatis *maior* et *minor* non addito *quam* I 20, 1 *neque minores trimos neque maiores quadrimos*, II 2, 18 *non minorem quinque mensum*, 5, 13 *non minores oportet inire bimas*, 7, 1 *ne sint minores trimae, maiores decem annorum*, III 6, 2 *minores bimae non idoneae;* contra II 2, 14 *neque pati oportet minores quam bimas saliri*, 4, 7 *neque minores admittendae quam anniculae*, 4, 21 *ne minores quam semestres*.

3 Aestate fieri messes oportere autumno siccis tempestatibus uindemias ac siluas excoli commodissime tunc praecidi arbores oportere secundum terram] *Oportere* utroque loco deleri voluit Ursinus, *oportet* Gesnerus coniecit. infinitivus, quo praecepta referuntur aliorum, non eius qui loquitur, neglegentiae cuidam dicendi tribui poterit, ut quid ii, quorum rationes in sationibus faciendis modo descriptae erant, in reliqua parte anni fieri velint, indicetur.

Prioribus imbribus] Vulgari scripturae vitio correcto *primoribus* scripsi, sicut legitur II 2, 14 *primitus oritur herba imbribus primoribus evocata*.

Cum gelu cortices ex imbribus careant glacie] *Et imbribus careant et glacie* Merula. *ex imbribus careant et glacie* scripsi. hieme tum putantur arbores, cum cortices gelu et glacie carent, quod imbribus efficitur. nomine *gelu* autem praeter

ipsam glaciem gelida per hiemem natura ramorum, quae imbribus temperanda est, significatur.

XXVIII 1 Et efficiat ut uer dies habeat XCI aestas XCIV autumnus XCI hiems XXCIX quae redacta ad dies ciuiles nostros qui nunc sunt primi uerni temporis ex ad VII id. febr. aestiui ex ad VII id. mai. autumnalis ex ad VII id. sextil. hiberni ex ad IV id. nou.] *Et efficiat* libri manu scripti, *efficitur* omisso *et* in principe editione edidit Merula, ubi Politianus ex codice *et* addidit, sed *efficitur* non correxit. *efficitur ut ver dies habeat nonaginta unum, aestas nonaginta quatuor, autumnus nonaginta duos, hyems octoginta octo. quae divisio redacta ad dies civiles nostros, qui nunc sunt, primi verni temporis extant ad septimum Idus Februarii, aestivi extant ad septimum Idus Maii, autumnalis extant ad tertium Idus Sextilis, hyberni extant ad tertium Idus Novembris* Iucundus. lectionem archetypi Victorius restituit, sed *efficitur* ex impressis exemplaribus retinuit et *autumnales* scripsit. in scriptura librorum illud recte a Iucundo emendatum erat, quod pro *VII id. Sextil.* scripsit *tertium idus Sextilis,* quod post eum Schneiderus recepit. nam ita et numerus efficitur dierum nonaginta quattuor, qui aestati tribuuntur, itemque dierum unius et nonaginta, qui sunt autumni, et dies est vicesimus tertius, postquam sol in signum leonis transiit, a quo die initium aestatis fit. auctore enim Columella XI 2, 52 *a. d. XIII kal. Augustas sol in leonem transitum facit*, a quo die, qui est dies XX mensis Iulii, vicesimus tertius est a. d. III idus Sextiles, qui est dies XI mensis Augusti. in reliquis de fide veteris scripturae dubitari non debebat, et in his quoque Varronis rationes cum Columella consentiunt, XI 2, 4 *XVII kal. Febr.* (d. XVI m. Ianuar.) *sol in aquarium transit*, ib. 36 *XV kal. Maias* (d. XVII m. April.) *sol in taurum transitum facit*, ib. 76 *XIIII kal. Novembres* (d. XIX m. Octobr.) *sol in scorpionem transitum facit.* ab his diebus enim vicesimus et tertius, a quo Varro tempora veris aestatis hiemis numerat, est VII id. Febr. (d. VII m. Febr.), VII id. Mai. (d. IX m. Maii), IV id. Nov. (d. X m. Novembris).

2 Suptilius descriptis temporibus obseruanda quaedam sunt eaque in partes VIII diuiduntur] *Descriptis* apographa Italorum et editio princeps a Politiano non correcta, et

ita in ipso archetypo scriptum fuit. *discretis,* quod habent codices A et m, veteri coniecturae tribuendum est, quam Victorius commendavit et post hunc reliqui editores receperunt. sed verum est *descriptis.* — *ea quae* editio Commeliniana et ex hac Gesnerus. *observanda quidem sunt ea quae* Pontedera p. 124. *eaque* ex editionibus ante Commelinianam impressis Schneiderus restituit.

Primum a fauonio ad aequinoctium uernum dies XL hinc ad uergiliarum exortum dies XLIV ab hoc ad solstitium dies XLIIX inde ad caniculae signum dies XXVII dein ad aequinoctium autumnale dies LXVII exin ad uergiliarum occasum dies XXXII ab hoc ad brumam dies LVII inde ad fauonium dies XLV] *Primum ab fauonio ad aequinoctium vernum dies quadraginta. hinc ad vergiliarum exortum dies quadraginta quattuor. ab hoc ad solstitium dies quadraginta novem* sqq. Merula, *primum ab favonio ad aequinoctium vernum dies quadragintaduo. hinc ad vergiliarum exortum dies quadragintaquatuor. ab hoc ad solstitium dies quadragintanovem. inde ad caniculaę signum dies vigintinovem. deinde ad aequinoctium autumnale dies sexagintaseptem. exinde ad vergiliarum occasum dies trigintaduo. ab hoc ad brumam dies quinquagintaseptem. inde ad favonium dies quadragintaquinque* Iucundus. codicis scripturam Victorius restituit praeter unum locum, in quo ipso invito, ut videtur, Aldinae et Iuntinae editionis lectio relicta est, *ad caniculae signum dies XXIX,* ubi in manu scriptis libris *dies XXVII* et in antiquioribus editionibus *dies viginti septem* scriptum erat. Victorium reliqui editores secuti sunt praeter Schneiderum, qui partim coniectura, partim ex veteribus editionibus numeros in hunc modum mutavit, *primum a favonio ad aequinoctium vernum dies XLV. hinc ad vergiliarum exortum dies XLVI. ab hoc ad solstitium dies XLIIX. inde ad caniculae signum dies XXIV. dein ad aequinoctium autumnale dies LXVIII. exin ad vergiliarum occasum dies XLV. ab hoc ad brumam dies XLIV. inde ad favonium dies XLV.* in his unum haud dubie recte a Schneidero emendatum est, quod in prima parte anni scripsit *ad aequinoctium vernum dies XLV,* quo numerus dierum trecentorum sexaginta quinque, quem ratio anni a Caesare constituti postulat, efficitur. in reliquis partibus

et Schneiderus et post eum plurimi, qui de hac anni divisione copiose disputaverunt, in errorem inducti sunt propterea, quod de fide numerorum, qui in editis exemplaribus, sicut supra scriptum est, leguntur, parum constabat. numeros autem archetypi, quos restitui, si sequimur una cum certa emendatione quam dixi *XLV* pro *XL*, Varro in octo partibus anni constituendis hos terminos probavit, quos additis numeris dierum, quibus nunc utimur, adscripsi.

favonius a. d. VII id. Febr. (die VII m. Februarii)
aequinoctium vernum a. d. IX kal. April. (die XXIV m. Martii)
vergiliarum exortus nonis Maiis (die VII m. Maii)
solstitium a. d. VIII kal. Iul. (die XXIV m. Iunii)
caniculae signum a. d. XII kal. Sextil. (die XXI m. Iulii)
aequinoctium autumnale a. d. VI kal. Octobr. (die XXVI m. Septembris)
vergiliarum occasus a. d. V kal. Novembr. (die XXVIII m. Octobris)
bruma a. d. IX kal. Ianuar. (die XXIV m. Decembris).

sed in constituenda bruma vel aequinoctio autumnali ipse aliam rationem secutus est in iis quae de sexto intervallo scripta sunt 34, 1 *sexto intervallo ab aequinoctio autumnali incipere scribunt oportere serere usque ad diem nonagesimum unum; post brumam, nisi quae necessaria causa coegerit, non serere.* nam ut numerus compleretur dierum unius et nonaginta ab aequinoctio autumnali usque ad brumam, utriusque quidem temporis die, ut par est, comprehenso, aut aequinoctium a. d. VII kal. Octobr. (die XXV m. Septembris) constituendum erat, aut potius bruma a. d. VIII kal. Ianuar. (die XXV m. Decembris). nulla autem auctoritas tribuenda est rubricis ante hunc librum scriptis. quas qui confecit et dies menstruos, quos Varro non indicaverat, ipse addidit et intervalla inter hos dies a Varronis numeris plane diversa constituit. ceterum si quis terminos a Varrone positos, quos supra indicavi, ad eas normas, quas Columella Eudoxo, ut ait, auctore secutus est, aptare velit, numeri qui erant in codice pluribus locis mutandi erunt. velut si caniculae signum, ut fieri solebat, in a. d. XIII kal. Sextiles posuerat, quarto intervallo dies viginti sex, quinto dies sexaginta octo tribuendi erant. sed quoniam nescimus, quas rationes Varro in his terminis constituendis secutus

sit, praeter unum numerum manifesto errore, ut dixi, corruptum reliquos sic, ut in codice scripti erant, potius servare quam incertis emendationibus temptare debemus.

XXIX 1 In primo interuallo] *In* praepositionem inclusi, quoniam in reliquis intervallis Varro ablativo casu non addita praepositione usus est.

Seminaria omne genus ut serantur putari inpratis circum uites ablacuari radices quae in summa terra sunt praecidi prata purgari salicta seri segetes sarire] *Putari in primis* inde a principe editione receptum erat, quod inepte Schneiderus defendit vinearum vel seminariorum putationem intellegens. neque magis probari possunt quae alii coniecerunt, *in paratis* Popma, ut parata essent vineae, *vipretas* Scaliger verbis in hunc modum transpositis, *putari, circum vites ablaqueari, vipretas, radices quae in summa terra sunt praecidi.* varia temptavit Pontedera p. 125, sed in eo acquievit, ut *in pratis putari* interpretationem esse putaret eorum quae deinde scripta sunt *prata purgari.* quod genus operum Varro praeceperit nescimus; sed putationem non esse in pratis, sed in vineis vel arbustis certum est. quare lacuna, qua verba corrupta esse videntur, suppleta scripsi *putari arbusta, stercorari in pratis.* haec enim Columella de eodem tempore anni scribens praecepit XI 2, 16 *arbustorumque sive putatio sive alligatio finienda,* ib. 18 *hoc eodem tempore stercoris pars in prata digerenda, pars oleis et ceteris arboribus inspargenda.* ipse Varro vineas et arbusta putari iussit in septimo et octavo intervallo c. 35 et 36; eadem igitur opera, quae extrema anni parte fieri voluit, initio etiam sequentis tribuit. olim *praeparari in pratis* scribendum conieci, qua de re Varro I 37, 5 et Columella XI 2, 27 scribunt. ad eandem rem pertinet quod in secundo intervallo legitur *prata defendi,* quae est pars praeparationis. — *sariri* Sylburgio auctore, ut videtur, primum in Commeliniana editione editum est. *arari* scholia Bernensia in Verg. georg. I 1 *nec sane segetes simpliciter pro terra ponuntur, sed pro terra arata, ut Varro rerum rusticarum primo libro prata purgari, salicta seri, segetes arari convenit.* eadem cum iis quae apud Varronem sequuntur scripta sunt in scholiis Laurentianis et Parisinis a Mommsenio mus. Rhen. v. XVI a. 1861 p. 443 editis, *nec sane segetes simpliciter pro*

terra ponuntur, sed pro terra arata, Varro rerum rusticarum libro I prata purgari, salicta seri, segetes arari convenit; et infra, seges dicitur quae (l. *quod*) *aratum nondum satum est.* verum esse *sariri* disci poterat a Varrone c. 36 et a Columella XI 2, 9 *eodem mense ante kal. Februarias sariendae segetes autumnales.* nam quae in octava parte anni de segetibus sariendis praecepta sunt, ad primam quoque partem, sicut reliqua opera, ex aliqua parte pertinent.

Seges dicitur quod aratum satum est aruum quod aratum necdum satum est] *Seges dicitur quod aratum sed necdum satum est* Merula, et similiter scholia Vergiliana supra scripta, manifesto errore, quamquam Pontedera p. 125 longa disputatione principis editionis lectionem defendit. manu scriptorum librorum lectionem Iucundus restituit, nisi quod *nec* pro *necdum* edidit, quod Victorius correxit. Varronis definitiones, sicut alias rusticorum vocabulorum definitiones, Verrius receperat: Fest. p. 340, 31 *Seges dicitur ea pars agri, quae arata et consita est, a serendo videlicet,* Paul. exc. Fest. p. 25, 12 *Arvum dicimus agrum necdum satum.*

Noualis ubi satum fuit antequam secunda aratio renouatur rursus] *Novalis ubi satum fuit antequam secunda aratione renovetur. Rursus* Merula et deinde reliqui editores, *rursus* parum commode cum sequentibus coniuncto. veram verborum coniunctionem Ursinus demonstravit. restabat ut *novatur* potius quam *renovatur* scriberetur, *antequam secunda aratione novatur rursus.* nam *aratio renovatur* ineptum est, sed ager secunda aratione novatur: Varr. de ling. lat. V 39 *qui intermittitur a novando novalis ager.*

2 Terram cum primum arant proscindere appellant cum iterum offringere dicunt quod prima aratione glaebae grandes solent excitari cum iteratur offringere uocant tertio cum arant iacto semine boues lirare dicuntur] Serv. in Verg. georg. I 97 *proscisso: propria voce usus est. cum enim primo agri arantur, quando duri sunt, proscindi dicuntur; cum iterantur, obfringi, cum tertiantur, lirari.* Paul. exc. Fest. p. 199, 3 *Offringi terra dicitur, cum iterum transverso sulco aratur.* apud Varronem Ursinus verba *cum iteratur offringere vocant* tamquam ex margine adscita deleri et deinde

deleto v. *boves* scribi voluit *lirare dicunt,* quod Gesnerus et Schneiderus probaverunt. potius neglegentiae scribentis tribuendum est, quod pro eo quod dicendum erat 'cum iteratur, offringuntur' repetivit ea quae supra scripta erant *cum iteratur, offringere vocant.* lirare dicuntur boves qui liras in agro faciunt, de quibus Columella II 4, 8 scribit *liras autem rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis praebeat* et auctore Varrone Velius Longus de orthogr. p. 73, 4 *boves, cum se a recto actu operis detorserint, delirare dicuntur.*

Ut in apulia et id genus praediis per sartores occare solent] *Praediis* apographa omnia, *praedii* Politianus in principe editione non correxit. *ut in Apulia id genus praedii* ex Aldina editione receptum erat. restitui lectionem archetypi: III 9, 17 *aliis id genus rebus,* I 14, 3 *hoc genus saepes,* II 1, 23 *hoc genus rebus,* II 10, 1 *quod genus sint habendi pastores.* — deinde *satores* Merula, *sarritores* Iucundus, *saritores* Victorius, sed *sartores* libri manu scripti et III 2, 5 *sartoris;* eodem modo codex Sangermanensis Columellae II 11. 12. XI 3, 35 et saepius; et in titulo provinciae Africae CIL v. VIII n. 10570, 3, 12 *binas sartorias, binas messorias operas.*

3 Qua aratrum uomere lacunam striam fecit sulcus uocatur quod est inter duos sulcos elata terra dicitur porca quod ea seges frumentum porrigit] *Striam* in Aldina editione omissum erat. *lacunam* tamquam glossam deleri voluit Ursinus. strias Vitruvius III 3, 14. IV 1, 7. 3, 9. 4, 2 dixit in columnis partes elatas cum canaliculis suis. idem igitur vocabulum Varro de sulcis usurpavit, sed, quo accuratius cava pars significaretur, *lacunam* addidit. similiter ad definitionem porcae, *quod est inter duos sulcos,* appositionis loco additum est *elata terra.* nam non recte Muellerus in Non. p. 61, 18 *quod* ibi pro *quoad* dictum esse adnotavit: apparet enim tum *qua* potius quam *quoad* scribendum fuisse. deinde *quod ea seges frumentum porricit* dictum est sicut I 31, 3 *quod ea vitis inmittitur ad uvas pariendas.* nam porca, non sulco, seges frumentum porricit. *porrigit* et deinde *porrigere* in codice fuit, quae Politianus et Victorius correxerunt. idem vitium est in codice Festi p. 238, 7 *porcas, quae inter duos sulcos fiunt, ait Varro dici, quod porrigant*

frumentum. ad eandem definitionem pertinent haec in excerptis Pauli p. 108, 9 *porca autem est inter duos sulcos terra eminens.* aliam definitionem dedit Festus p. 218, 16, aliam Varro de ling. lat. V 39.

XXX Haec fieri segetes runcari herbam e segetibus expurgari boues terram proscindere] *Haec fieri debent* edita ante Victorium exemplaria, quod Politianus in principe editione non correxit. *debent*, quod Merula addiderat, in manu scriptis libris hoc loco non legitur et a Victorio deletum est. *segetes runcari, terram proscindi* Ursinus, quod Schneiderus probavit. addita consueta formula *id est*, de qua dixi I 9, 2, scripsi *haec fieri, segetes runcari, id est herbam e segetibus expurgari, boves terram proscindere.* nam infinitivi non addito verbo finito in his praeceptis positi sunt saepius.

Quae superiore tempore fieri oportuerit et non sunt absoluta antequam gemmas agant ac florescere incipiant fieri quod si quae folia mittere solent ante frondere inciperunt statim ad serendum idonea non sunt] *Oportuerat* m et edita ante Iuntinam editionem exemplaria. pro *fieri* utroque loco *seri* scribendum coniecit Ursinus; *fiant* posteriore loco habebant editiones ante Victorium. deinde *emittere* et *ante frondem* m. *quod si quae folia mittere solent, ante frondem florere incoeperint, statim ad serendum idonea non sunt* Merula, *quod si quae folia emittere solent aut ante frondere, quam florere inceperint, statim ad serendum idoneae non sunt* Iucundus, *quod si quae folia amittere solent, ante frondere inceperint, statim ad serendum idoneae non sunt* Victorius. ex his unum verum est *folia amittere*, quod legitur I 7, 6 *folia hieme non amittat* et *amittant folia.* reliqua sic, ut in archetypo scripta erant, exhibui et verba, quae ab editoribus separata erant, coniunxi, *fieri, quod, siquae folia amittere solent* sqq. nam ad seminaria potissimum, quae supra in primo intervallo dicta erant, haec pertinent. in his igitur ea quae superiore tempore absoluta non sunt secundo intervallo perficienda sunt, antequam ea quae seruntur gemmas agere et florescere incipiant, propterea quod ea quae folia amittere solent, si antea frondere inceperunt, ad serendum idonea non sunt.

XXXI 2 Pampinare est e sarmento coles qui nati sunt de iis qui plurimum ualent asecundum nonnum-

quam etiam tertium relinquere reliquos decerpere] *a secundum* optima apographa, *ad secundum* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas. Non. p. 93, 20 *Varro de re rustica lib. I e sarmento caules qui nati sunt, de his qui plurimum valent primum ac secundum, nonnumquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere.* inde *primum ac secundum* Iucundus. idem supra *postea occare id est comminuere* ex Nonio p. 61, 25 primus restituit. Varronis praecepta de pampinatione expressit Columella IV 27, 2 *idemque vinitor, qui ante ferro, nunc manu decurtet (decutet* cod. Sang.*) umbrasque compescat ac supervacuos pampinos deturbet. nam id plurimum refert non inscite facere, siquidem vel magis pampinationi quam putationi consulit* ipse Varro Theophrastum de caus. plant. III 14, 7 videtur secutus esse. — *coles* et postea *colibus* habent Varronis libri et I 41, 6 *colis,* I 31, 4 et 41, 4 *coliculus.* similiter II 5, 8 et 7, 5 *coda.* I 52, 1 *plostellum* et I 22, 11 *plostra,* sed saepius *cauda* et *plaustrum;* item II 7, 8 et 8, 4 *origa* pro *auriga.*

Resicari ex codice Victorius adnotavit, quamvis *resecari* Politianus in principe editione non correxerit. eodem modo in codice scripta erant haec, III 16, 34 *praesicatur,* I 50, 1 *subsicuerunt,* ib. 2 *subsicent,* ibidem tamen *subsecari subsecentur subsecatur* et *desecat,* sicut I 33. 41, 10; semel I 31, 4 *sicari* vitiose: nam in compositis codicis scripturam exhibui. item I 10, 2 *subsicivum* et saepe *faenisicia* et *faenisices,* semel II 11, 7 *faenisecia,* quod correxi.

3 Maiorem etiam unde uuae nascuntur palmam] *Maiorem unde etiam* coniecit Gesnerus: immo *maiorem et iam unde.* nam palma est vitis, quae est maior quam flagellum et ex qua iam uvae nascuntur.

Similiter ac flabellum flagellum] *Similiter flabellum ac flagellum* ex Iuntina editione adhuc receptum erat. nam in antiquioribus etiam plura perturbata erant.

Posterior quo ea uitis immittitur ad uuas pariendas dicta primo uidetur a pariendo parilema exin mutatis litteris ut in multis dici coepta palma] *Posterior, quod ea summittitur ad vites parietinas, dicta primo videtur a pariendo parilema, exin minutis litteris, ut in multis, dici coepta palma* Andreas Schottus observ. hum. 4, 24. *mutilatis lit-*

teris Burmannus in Verg. Aen. XI 543. *quod ea* scribendum esse etiam Gesnerus animadvertit: I 29, 3 *quod ea seges frumentum porricit.* nam inmitti dicuntur ea quae non deciduntur, sed ut crescant relinquuntur, Cic. de senect. 15, 53 *sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum inmissio,* Plin. XVI 141 *utraque autem* (cupressus) *inmittitur in perticas,* Verg. georg. II 363 *dum se laetus ad auras Palmes agit laxis per purum inmissus habenis.*

4 Ex altera parte parit capreolum is est coliculus uiteus intortus ut cincinnus is enim uitis quibus teneat id qua serpit ad locum capiendum quo capiendo capreolus dictus] *Ex altera parte caprea dicta, quod parit capreolum. is est coliculus viteus intortus ut cincinnus. is enim vites quibus teneat et quas eripiat et ad locum capiundum se erigit. ex quo a capiendo capreolus dictus* Merula, *ex altera parte caprea dicta, quod parit —. is enim vites ut teneat, serpit ad locum capiundum. ex quo* sqq. Iucundus. *ex altera parte parit* ex codice Victorii Schneiderus restituit; in reliquis interpolationes editorum probavit, *is enim vitis quo se teneat atque serpat ad locum capiundum, ut se erigat, ex quo* sqq. plurali numero Paul. exc. Fest. p. 57, 16 *Capreoli vitium cincinni intorti, quia ad locum capiendum tendunt, appellati.* hinc olim scribendum conieci *ut cincinni, vitis quibus teneat id quo serpit.* nunc aptius esse visum est *ut cincinnus: hi sunt enim vitis quibus teneat id quo serpit ad locum capiendum, a quo capiendo capreolus dictus.* nam singularem numerum in definitione nominis positum sequitur pluralis *hi sunt,* quoniam in singulis vitibus plures sunt capreoli. similem numerorum mutationem notavi in demonstrativis pronominibus I 49, 1 *cum peraruit, de his manipulos fieri,* 50, 1 *manipulum — ubi eos fecerunt multos,* II 3, 1 *ut eam paret — et de iis eam potius,* 3, 7 *capra — harum enim dentes,* III 9, 6 *in utraque fenestra lata tripedalis, et eae pede altiores,* 10, 2 *est enim alterum genus —, nec cum iis libenter congregantur;* in relativis pronominibus I 2, 17 *ne capra natum pascat: quas etiam astrologia in caelum recepit,* II 4, 15 *peperit —, quibus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare solent,* III 12, 6 *alterius generis est —, qui hoc fere mutant.* contra singulariter dicta pronomina praecedente plurali numero

nominum, II 3, 9 *greges faciunt —, ad perniciem eum perducat,* 9, 4 *debent esse — ingredienti ei displodantur,* 9, 11 *panes, magis enim eo aluntur,* et similiter II 5, 8 *neque ingredientibus qui displudantur nec cuius ungulae divarent,* 11, 11 *pellibus sunt vestitae —, cuius usum apud anticos quoque Graecos fuisse apparet.* saepe etiam in praeceptis numeros verborum, quibus pronomina non addita sunt, mutari notum est. sed in hoc quoque genere multa olim ab editoribus depravata sunt, quorum partem Victorius emendavit. adscribam haec, quae, quoniam Victorii diligentiam fugerant, adhuc corrupta in editis exemplaribus ferebantur, I 17, 4 *ut facientem imitetur,* II 2, 17 *agni — ne quid laboret — non desiderat matrem,* 4, 19 *matrem — ut crebro reditu alere possint porcos,* 6, 3 *eligendi mas et femina cum dignitate ut sit,* 7, 3 *equi — cum cavos habeat tum renascentes* et deinde *omnes habere solet renatos,* III 7, 4 *columbaria singula esse oportet, ut os habeat,* 9, 2 *qui ornithoboscion instituere vult — ut capiant magnos fructus,* 9, 7 *cubilia gallinarum — cum incubat,* 12, 4 *de iis Archelaus scribit, annorum quot sit.* pluralem numerum ex Merulae coniectura recepi I 54, 2 *si quid reliqui habeant musti,* ubi *habeat* in manu scriptis libris est; item singularem II 4, 13 *quod alienos non aspernatur* pro plurali *alienos aspernantur.*

Omne pabulum primum ocimum farraginem uiciam nouissime fenum sicari ocinum dictum a graeco uerbo oceos quod ualet cito similiter quo ocimum in horto] *Primum ocinum* Schneiderus. eadem forma restituenda est I 23, 1. nam *ocimum* est genus herbae in hortis, quod *ὤκιμον* vel *βασιλικόν* Graeci dixerunt et graeco nomine Latini, ut ait Varro de ling. lat. V 103 *quae in hortis nascuntur, alia peregrinis vocabulis, ut graecis ocimum menta ruta, quam nunc πήγανον appellant.* de hoc plura dixit Meyerus histor. botan. v. I p. 344. ab eo diversum est genus pabuli viridis, quod rustici *ocinum* dixerunt, cuius mentionem facit Cato c. 27. 53. 54, ubi *ocinum* in archetypo fuit. idem apud Varronem legit Nonius p. 550, 25 *Ocinum quod ocimum dicimus, Varro de re rustica lib. I primum ocinum farraginem (farracinam* codd.*) viciam, novissime faenum secari (frenum uocari* codd.*). ocinum dictum a graeco verbo ocaeos, quod valet cito (uaecitos* codd.*), similiter quod ocimum

in horto. Plin. XVII 197 *in vinea vetere serito ocinum,* 198 *ocinum, quod in vinea seri iubet, antiqui appellabant pabulum umbrae patiens, quod celerrime proveniat.* id. XVIII 143 *apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocinum vocat, quo siste-bant alvom bubus; id erat e pabuli segete viride desectum, ante-quam gelaret —. Varro appellat a celeritate proveniendi e graeco, quod oceos dicunt.* — *quod venit cito* ex Plinio apud Nonium scripsit Hadrianus Iunius, apud Varronem auctore Pontedera p. 137 Schneiderus. *similiter quod* recte idem. ocinum a graeco verbo ὠκέως dictum est, similiter atque ocimum, quod in horto est. deinde alia nominis derivatio additur, quod alvum citet bubus.

Id est fabuli segete uiride sectum antequam genat siliquas] *Id est pabuli segetes virides sectae, antequam gene-rent siliquas* Merula, *id genus pabuli sunt segetes virides sectae ante, quam gerant siliquas* Iucundus, *id est pabuli segete viride sectum, antequam gerat siliquas* Angelius, *id ex pabuli segete viride sectum ante, quam genat siliquas* Victorius. *id est ex fabali segete* scripsi. nam *fabulia* pro *fabalia* dictum esse non credendum est Scaligero, *fabalia* dixerunt Cato 37, 1 Varro I 23, 3 Columella II 10, 9. Plinius autem in iis quae supra de ocino adscripsi Varronis verba aut non intellexerat aut corrupta legebat. *genat* ex codice Victorius restituit, item I 40, 1 *genendi* et *ge-nendum,* II 2, 19 *genit,* 6, 3 *genuntur.*

5 Contra ex segete ubi sata admixta hordeum et uicia et legumina pabuli causa uirdea quo fart ferro caesa ferrago dicta aut nise quod primum in farracia segete seri coepta] *Contra — pabuli causa sunt. inde quod far ferro caesum farrago dictum, aut quod primum in farracia segete seri coeptum* Merula, *contra — pabuli causa viridia, quo far et ferro caesa, farrago dicta, aut quod primum in farracia segete seri coepta* Angelius, *contra — pabuli causa viridia. quod far ferro caesa, farrago dicta, aut nisi quod primum in farracia segete seri coeptum* Victorius, *contra — pabuli causa, viridia quod ferro caesa, ferrago dicta aut farrago (*vel *dicta, nisi farrago), quod — seri coepta* Schneiderus. farraginis defi-nitionem a Varrone receperat Verrius, Paul. exc. Fest. p. 91, 14 *Farrago appellatur id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis.* ea autem ab aliis ferrago dicebatur, gloss. lat. v. IV

p. 342 *ferrago viridis.* quare duas vocabuli derivationes Varro posuit, alteram a ferro, alteram a farre ductam, in hunc modum, *contra ex segete, ubi sata admixta hordeum et vicia et legumina, pabuli causa viride ab eo, quod ferro caesa, ferrago, aut inde farrago, quod primum in farracia segete fieri coepta.*

Eo equi — purgantur] *Ea* Iucundus et Victorius, *eo,* h. e. viridi, Angelius restituerat.

Quibus cum susum uersus serpit ad scapum lupini aliumue quem ut haereat id solet uincere] *Susum uersus* plurima apographa, *susum uersum* codex Florentinus et Politianus, qui lectionem principis editionis *quibus sursum uorsum* parum accurate correxerat. *vincire* Merula. sententiam verborum, in qua interpretes laboraverunt, demonstrant ea quae de vitibus supra scripta sunt. vicia enim, cum susum versus serpit, ut ad scapum aliquem haereat, capreolis id quo pervenit vincire solet, *quibus, cum susum versus serpit —, id solet vincire.*

Aquam addi cotidie a quo quod indiget potu poma .l. dicta esse possunt] Non. p. 61, 28 *Pomorum a Varrone proprietas explanata est de re rustica lib. I, aquam addi cotidie vesperi, a quo, quod indigent potui, poma dicta esse possunt.* id. p. 502, 20 *Dativus pro ablativo — Varro de re rustica lib. I a quo, quod indigent potui, poma dicta esse possunt.* apud Varronem *vesperi,* quod in manu scriptis libris et in antiquissimis editionibus non legitur, ex Nonio addidit Iucundus, deinde omisit Angelius, quem Victorius secutus est; restituendum esse Mercerus ad Non. l. c. adnotavit, quamquam erravit, cum idem in ‘optimo codice Varronis’, h. e. Parisino, scriptum esse adderet. *potui* apud Nonium posteriore loco habent omnes, item priore loco optimi libri, *potus* ex correctura Harleianus, *potu* pauci ex deterioribus, *potuis* novissimi editores. hoc cur Varroni tribuatur causa non est. nam corrupto libro, Nonius vel is quem ille auctorem secutus erat usus est.

XXXII 1 Quindecim diebus] De frumentis alios numeros Varrone auctore indicat Plinius XVIII 56 *Varro quater novenis diebus fruges absolvi tradit et mense nono meti.* sed ea aut ab hoc loco aliena aut parum accurate a Plinio relata sunt.

2 *Ervilam,* ut fuit in archetypo, Victorius dedit in secunda editione, *erviliam* antiquiores inde a principe editione, sicut scriptum

est apud Plinium XVIII 58. 98. 143. XXI 70, Colum. II 13, 1, Paul. exc. Fest. p. 82, 21. *ervillam* ex Varronis satura codices Nonii p. 204, 23.

XXXIV 1 Ut ante brumam sata quae septimo die bruma sata quadragesimo die uix existant] *Ut ante brumam sata septimo die, quae a bruma sata XL die* edita inde a principe editione exemplaria. *ut ante brumam sata quae septimo die, post brumam sata quadragesimo die vix existant* scripsi, h. e. ut eadem semina, quae ante brumam sata septimo die existunt, si post brumam sata sunt, vix quadragesimo die existant. *post brumam* ut scriberetur postulabant et ea quae supra scripta sunt *post brumam non serere* et quae Plinius XVIII 204 ex hoc loco refert, *inter omnes autem convenit circa brumam serendum non esse magno argumento, quoniam hiberna semina, cum ante brumam sata sint, septimo die erumpant, si post brumam vix quadragesimo. bruma sata* defendit Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 16, ut esset 'tempore brumae', pro quo *brumalibus diebus* scriptum est I 29, 2.

Putescere semina soleant] *Putrescere* m et edita ante Victorium exemplaria. hoc restituendum esse monuit Lachmannus in Lucret. p. 188. nam putrescere constanti usu dicitur de iis quae umore vel calore vel frigore resolvuntur, ut apud ipsum Varronem II 5, 16 *ne ungulae putrescant* et saepius apud Columellam II 10, 26. 11, 8. III 11, 7. XI 2, 61. 3, 56 et apud Palladium III 25, 15; putrefacere Colum. III 12, 1 *umorem terrae putrefacere deposita semina,* et putrefieri Pallad. I 33. III 10, 3. X 9. adiectivo puter usus est Varro I 8, 4 *palus — puter evertitur,* I 41, 1 *tenellum enim cito facit putre.* putescere autem non reperio dictum esse nisi de iis quae cum malo odore corrumpuntur, Cat. 3, 4 *olea putescet —, oleum foetidum fit,* Varr. de ling. lat. V 25 *puticulae, quod putescebant ibi cadavera proiecta,* Cic. Tusc. disp. I 43, 102 de corpore mortui *humine an sublime putescat.* neque repugnant quae de carne suum scripta sunt Cic. de deor. nat. II 64, 160 *cui quidem, ne putesceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus* et de fin. V 13, 38 *animum illi pecudi datum pro sale, ne putesceret,* ubi *putresceret* habent manu scripti libri, sed *putisceret* Nonius p. 161, 17.

XXXV 1 Serere lilium et crocum quod iam eget radicem rosam ea conditur radicitus in uirgulas palmares] *Eget* apographa, *egit* in principe editione Politianus non correxit. *quod iam egit radicem: rosa etiam conciditur* editiones ante Victorium, qui *rosam ea* ex codice recepit. veram verborum sententiam demonstravit Schneiderus, *serere lilium et crocum; quod iam egit radicem, rosetum conciditur.* sed aptius esse puto quod scripsi, *serere lilium et crocum. quae iam egit radicem rosa, ea caeditur* sqq. nam de surculis rosarum haec praecipiuntur a Theophrasto hist. plant. VI 6, 6, a Palladio XII 11 et in geoponicis XI 18, 2.

XXXVII 1 Bipertiti] *Quadripertiti* Ursinus coniecit, non animadvertens hanc bipertitam divisionem, quam Varro posuit, opponi vulgari illi et quadripertitae, quae postea dicitur.

Quod adueniat ad intermenstruum] *Quoad ueniant intermenstruum* m, *quod adueniat ad intermenstruum* reliqui omnes. *quoad veniat* in principe editione Politianus non correxit, *quod veniat* Victorius. *quoad* probaverunt Lachmannus in Lucret. p. 133 et C. F. W. Muellerus ephem. scholast. Berol. a. 1865 p. 800. pro hoc *quaad* scripsi, de qua forma dixi I 1, 2. — de intermenstruo die Varro de ling. lat. VI 10 scribit *a mensibus intermestris dictum, quod putabant inter prioris mensis senescentis extremum diem et novam lunam esse diem, quem diligentius Attici ἕνην καὶ νέαν appellarunt ab eo, quod eo die potest videri extrema et prima luna.*

Quaedam contra quae metas ut frumenta et caeduas siluas] *Quaedam contra, ut quae metas frumenta et caeduam silvam* Iucundus, *quaedam contra quae metas, ut frumenta, et caedas, ut silvam* Pontedera p. 146, quod Schneiderus probavit. neque tamen dubitandum erat de mutata forma orationis. quaedam crescente potius quam senescente luna facienda, quaedam sunt quae contra, i. e. senescente luna, metas.

2 Nidecrescenti luna tondes caluos fiam] *Ni decrescenti* vel *inde crescenti* plurima apographa et ipsum haud dubie archetypum, quamvis *decrescente* Politianus non mutaverit. *ut decrescente* ex principe editione Ursinus et Schneiderus probaverunt coll. Plin. XVI 194 *Tiberius idem et in capillo tondendo servavit interlunia. M. Varro adversus defluvia praecipit ob-*

servandum id a pleniluniis et XVIII 321 *omnia quae caeduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna quam crescente fiunt.* immo hoc dicit Agrasius, se cavere ne, si crescente luna capillum tondeat, calvus fiat. quare scripsi *ne crescente luna tondens.* nam *ni* pro *ne* dictum num Varroni tribuendum sit, dubito, quamquam Ursinus coniectura scribere non dubitavit I 59, 3 *ni extrinsecus spiritus adflet* et III 16, 34 *ni quid eximatur.*

3 Numquam rure audisti inquid octauo lanam lunam et crescentem et contra senescentem et quae crescente luna fieri oporteret et tamen quaedam melius fieri post octauo lanam lunam quam ante] *Ianam lunam* utroque loco edita inde a principe editione exemplaria. *oportet* codex Florentinus, *oporteat* m et Iucundus. *octavo Ianam lunam crescentem et contra senescentem, et quae crescente luna fieri oporteat, tamen melius fieri post octavo Ianam lunam* Ursinus. de formula apud rusticos usurpata *octavo Ianam lunam,* qua dies octavus ante plenam et ante novam lunam significabatur, non videtur dubitandum esse. sed altero loco, ubi quaedam melius post eum diem fieri dicitur, *post octavum* scripsi. *et* ante *tamen* delendum esse vidit Ursinus, *quae crescente luna fieri oporteret, tamen quaedam melius fieri post octavum Ianam lunam quam ante.* nam addito post relativam sententiam pronomine *quaedam* pars indicatur eorum quae fieri oportet, I 55, 1 *quae manu stricta, melior ea quae digitis nudis,* I 4, 2 *ea quae faciunt cultura honestiorem agrum pleraque non solum fructuosiorem eadem faciunt,* III 9, 16 *quod fere quae ante pleraque non succedunt.*

Dixi de quadripertita forma cultura agri] *Culturae* edita inde a principe editione exemplaria. pro eo *in cultura* scripsi. quadripertitam autem formam apparet non eam dici, quae ex quattuor partibus lunae ducitur, sicut Gesnerus adnotavit, sed quattuor partes agri culturae dicuntur, quas Scrofa supra 5, 3 proposuerat. hac igitur disputatione finita iam Stolo descriptionem addit operum rusticorum in sex partes divisam, quae est altera temporum divisio sexpertita.

4 Quin sexpertita] *Quae in sex partita est* Iucundus. *quae est sexpertita* scripsi. nam *quin* particula adfirmativa hic locum non habet.

Faciendi scrobes] Non. p. 225, 7 *Scrobes feminino genere, masculino Plautus — Varro rusticarum rerum lib. I scrobiculum dicit, idem Manio quod dum administrant, in scrobe fodiendo inveniunt arcam.* scrobiculum in hoc libro non legi, sed errori grammatici tribuendum esse Victorius adnotavit. lacunam, qua Varronis verba apud Nonium hausta erant, Muellerus significavit.

5 Cum etiam nunc platanus nouella esset] *Etiam tunc* editio Commeliniana. praeteriti temporis cum *etiam nunc* positi exempla indicavit Handius Tursell. v. II p. 586. cum praesenti tempore *etiam nunc* legitur II 1, 5 *etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt* et *boves perferi etiam nunc sunt*, ib. 9 *multa etiam nunc — dicitur*, II 4, 18 *etiam nunc vestigia apparent*, 11, 9 *etiam nunc vellunt*, III 1, 6 *etiam nunc ita dicunt*, 2, 3 *etiam nunc ructor*, item I 2, 14 *rustici etiam nunc quoque viam veham appellant.* II 11, 15 *etiam nunc dicuntur* scripsi, ubi *etiam inde dicuntur* est in libris. semel in archetypo *etiamnum* scriptum erat, II 4, 10 *etiamnum quodannis e Gallia adportantur Romam pernae*, ubi *etiam nunc* edidit Merula.

Quaedam si bubus et aratro proscinderis et iterandum antequam semen iactas] *Proscinderis* libri manu scripti, *proscideris* in principe editione Politianus non correxit. *ad quaedam, si — proscideris, iterandum* Ursinus. immo quaedam loca post primam arationem etiam iteranda sunt, antequam semen iaciatur. *iacias* scripsi pro *iactes*, quod adhuc in editionibus fuit. iaciuntur enim semina, non iactantur, I 4, 1 *priusquam iacias semina*, I 42 *ut semen iaciatur.*

Ut defendantur a pastione] *A pastione* deleri voluit Ursinus coll. I 30 *prata defendi;* sed Columella XI 2, 27 *prata purgare et a pecore defendere.*

XXXVIII 2 Si caueto dominus] *Si caveat* ex Aldina editione receptum erat, *si cavet* scripsi. nam coniunctivi modi nulla ratio est.

3 In eo si in medio robusta aliqua materia sit depacta negant serpentem nasci] *In eo si medio* Ursinus coll. Colum. II 14, 6 *sed eodem medio loco robustam materiem defigere convenit.* potius corrigenda erat verborum coniunctio, ut

in eo cum verbo *nasci* coniungeretur, *in eo, si in medio robusta aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci.* nam *in medio* per se positum est, de quo dixi I 8, 4.

XXXIX 1 Sationis autem gradus secundus hanc habet naturam ad quod tempus cuiusque seminis apta sit ad serendum] Ita haec, sicut in manu scriptis libris scripta sunt, in editis exemplaribus ferebantur. neque tamen sententiam verborum a quoquam video explicatam esse. in secundo autem gradu, qui est sationis, cum et de generibus seminum et de tempore locoque quo serenda sunt disputandum sit, sicut postea dicitur, in primis naturam cuiusque seminis in hac parte spectandam esse apparet. ex variis igitur emendationibus, quibus ad hanc rationem verba accommodari poterant, praetuli hanc, *sationis autem gradus secundus haec habet: natura ad quod tempus cuiusque seminis apta sit ad serendum.* nam genetivi *cuiusque seminis* a suo nomine interpositis verbis *ad quod tempus* separati sunt, sicut III 2, 15 *ut sexaginta milia ea pars reddiderit eo anno villae.* similia etiam haec sunt, I 4, 3 *in pestilenti calamitas quamvis in feraci agro,* III 5, 7 *de illo genere sunt turdi adventicio,* III 6, 6 *quod potius factum tum luxuriosi quam severi boni viri laudabant.* alia liberioris verborum collocationis exempla dedi I 20, 5. contra librariorum vitio tribuo quae deinde in codicibus scripta sunt *ad quod quaeque tempus res facillime crescat,* quae recte, ut videtur, Iucundus transposuit, *ad quod tempus quaeque res facillime crescat.* ibidem in archetypo *facilissime* videtur scriptum fuisse, postea correctum *facillime.* nam *facilissime* habent B et Florentinus codex, *facillissime* A, *facillime* editio princeps a Politiano non correcta.

2 Cum pleraque uere quam autumno inserantur] *Vere melius quam autumno* ex Aldina editione receptum erat. *quam* non addito comparativo vel, ut olim credebatur, omisso *potius* dici de iis quae aliis praeferuntur notum est. ex his Varronis libris exempla eius usus adnotavi haec, III 4, 1 *ab his temporibus quam superioribus,* et cum duobus comparativis I 41, 5 *in hoc enim umidiora quam aridiora,* II 5, 9 *de mediis duobus prior quam posterior,* praecedente *potius* II 1, 14 *ita potius bovem emunt cornibus nigrantibus quam albis, capram amplam quam parvam.*

3 Cum semina sint fere quattuor generum quae transferuntur e terra in terram uiuas radices quae ex arboribus dempta demittuntur in humum quae inseruntur ex arboribus in arbores] *Semina fere sint* minus accurate Politianus, *semina sint fere* omnia apographa. *cum semina fere quattuor sint generum, quae transferuntur e terra in terram, per se a natura, alia ex industria ut faciunt viviradices* sqq. Merula, *cum semina fere quatuor sint generum, quae non transferuntur e terra in terram, sed per se fiunt a natura, alia ex industria, ut faciunt viviradices* Iucundus. coniecturis editorum haec corrupta esse animadvertit Victorius, qui remotis iis quae ab illis addita erant verba ita exhibuit, *cum semina fere quatuor sint generum, quae transferuntur e terra in terram, viviradices.* idem ex quattuor generibus seminum tria modo indicari monuit. eum defectum ita supplendum coniecit Ursinus, *quae primigenia, quae transferuntur* sqq., similiter Popma *quae nata* vel *quae prius quam sata nata, quae transferuntur* sqq. lacunam eodem loco Gesnerus indicavit. tamen Schneiderus pravo antiquissimarum editionum studio et auctore Pontedera p. 148 interpolatam lectionem repetivit, *cum semina fere quatuor sint generum, quae per se fiunt a natura, alia ex industria, quae transferuntur e terra in terram, ut faciunt viviradices.* primum genus seminum, quae tamquam primigenia natura dedit, descriptum est 40, 1 et 2 *primum semen — ex raporum brassicam.* huius significatio hoc loco in codice omissa est. nam ad secundum genus, quod 40, 3 descriptum est, pertinent ea *quae transferuntur e terra in terram*, cum plantae vel surculi cum suis radicibus ex terra exempti in aliam terram transferuntur. quod genus viviradices dicere solebant, quas in vitibus accuratius descripsit Columella V 5, 7, eoque nomine Varro supra c. 35 de rosis usus est. idem hoc loco Merula ediderat. sed aptius est *viva radice*, quod ipsum vetere coniectura inventum in codice m legitur. nam viva radice haec semina ex terra in terram transferuntur. itaque scripsi *cum semina sint fere quattuor generum, quae natura dedit, quae transferuntur e terra in terram viva radice.* sequitur tertium genus, de quo 40, 4 agitur, cum ex arboribus surculi vel taleae in humum demittuntur, et quartum, quod fit insitionibus, quod 40, 5 et 6 descri-

bitur. accuratius autem Theophrastus, a quo Varro in hac parte plurima petivit, genera sationum distinxit hist. plant. II 1, 1 *αἱ γενέσεις τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν φυτῶν ἢ αὐτόματοι ἢ ἀπὸ σπέρματος ἢ ἀπὸ ῥίζης ἢ ἀπὸ παρασπάδος ἢ ἀπὸ ἀκρεμόνος ἢ ἀπὸ κλωνὸς ἢ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στελέχους εἰσὶν ἢ ἔτι τοῦ ξύλου κατακοπέντος εἰς μικρά· καὶ γὰρ οὕτως ἔνια φύεται.* pro his tria genera posuit Varro iisque addidit quartum, quod fit insitionibus, quas Theophrastus ib. 1, 4 a se omissas esse scribit, *αἱ γὰρ ἐμφυτεῖαι καὶ οἱ ἐνοφθαλμισμοὶ καθάπερ μίξεις τινές εἰσιν ἢ κατ' ἄλλον τρόπον γενέσεις, περὶ ὧν ὕστερον λεκτέον.* primum igitur genus posuit illud, quod *ἀπὸ σπέρματος* Theophrastus dixit, eodemque genere complexus est *αὐτομάτους γενέσεις* ipsum Theophrastum hist. plant. III 1, 4 et de caus. plant. I 5 secutus; alterum est *ἀπὸ ῥίζης*, tertium continet reliqua non subtilius, sicut a Theophrasto factum est, distincta.

XL 1 Et si aqua quae influit in agrum inferre solet] *Et si in aqua quae fluit et in agrum inferre solet* Iucundus, *et si qua aqua quae influit* sqq. Nettleship annal. philol. Cantabrig. a. 1887 p. 173. Varro expressit haec, quae de Anaxagora apud Theophrastum scripta invenit, hist. plant. III 1, 4 *Ἀναξαγόρας μὲν τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά* et de caus. plant. I 5, 2 *εἰ δὲ δὴ καὶ ὁ ἀὴρ σπέρματα δίδωσι συγκαταφέρων, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, καὶ πολλῷ μᾶλλον· ἄλλας γὰρ ἂν ποιοῖεν ἀρχὰς καὶ τροφάς. ἔτι δ' οἱ ποταμοὶ καὶ αἱ συρροαὶ καὶ ἐκρήγματα τῶν ὑδάτων πολλαχόθεν ἐπάγουσι σπέρματα καὶ δένδρων καὶ ὑλημάτων.*

Illud quod apparet ad agricolas] *Ad agricolas* deleri voluit Ursinus.

Quaedam enim ad cenendum propterea usque adeo parua ut sint obscura] *Ad oriendum sunt usque adeo parva* edita ante Victorium exemplaria, *ad genendum propterea usque adeo parva* Victorius. *ad cernendum* in 'vetere codice' esse Ursinus adnotavit, cui nimium confisus est Schneiderus, qui *ad cernendum usque adeo parva* dedit. neque enim dubitandum est, quin *ad genendum* recte emendaverit Victorius et supra *genendi.* sed ineptum est *propterea,* pro quo *prona* scripsi, *quae-*

dam enim ad genendum prona usque adeo parva. similiter scriptum est postea 41, 4 *ad crescendum prona* et de iuvencis I 20, 2 *ad domandum proni.*

2 Num prima quae sine colono priusquam sata nata] Inepte haec inde ab Aldina editione interrogative ferebantur. *nam prima* Gesnerus scribendum coniecit, quod ex Veneto codice Pontedera in addendis ad Gesneri editionem adnotavit. sed ad brevitatem orationis aptius esse visum est deleto *num,* quod ex repetita praecedentis vocabuli syllaba extrema ortum esse videtur, scribere *prima quae* sqq. prima autem semina sunt ea quae sine colono, priusquam sererentur, nata sunt, secunda ea quae, priusquam sata essent, nata non sunt, sed collecta ex illis quae antea sata erant. atque haec, quae secunda dicuntur, sunt ea ipsa quae deinde in secundo genere seminum describuntur, non reliqua omnia, quasi nova seminum divisio in duas partes facta esset, ut Gesnero visum est.

3 Quo minus habet umoris] *Quod minus* Schneiderus. *quo* cum comparativo positi exempla dedi I 8, 4.

4 Tertium genus seminis quod ex arbore per surclos defertur in terram si in humum dimittitur in quibusdam cum est uidendum ut eo tempore sit deplantatum quod oportet] *Si in humum — cum est* tamquam orta ex adnotationibus in margine adscriptis Scaliger delevit, reliqua ita scripsit, *tertium genus seminis, quod ex arbore per surclos deseritur in terram. videndum ut eo tempore sit deplantatum, quo oportet.* sed in hoc genere seminis, quod per surculos fit, duae rationes a Varrone indicatae sunt, altera, cum surculus, dum in arbore haeret, in humum demittitur, ut radices agat, quod genus Cato c. 133 descripsit; altera, cum de arbore clavolae vel taleae quae dicuntur sine radicibus transferuntur. in priore igitur ratione, ad quam haec pertinent, in quibusdam arboribus certum tempus observandum est, ut surculus, quem quis postea transferre vult, deplantatus, id est in humum demissus sit, antequam gemmare aut florere inceperit. itaque omisso *cum,* pro quo *tamen* in codice m et in principe editione legitur, scripsi *tertium genus — si in humum demittitur, in quibusdam est videndum ut eo tempore sit deplantatum, quo oportet.*

Id fit tum] *Id fit tamen* m, *id fit enim* Merula.

Quo latius aut radices facilius mittit] *Quo latius, ut radices facilius mittat* edita inde a principe editione exemplaria, perturbata vera verborum sententia. nam plantae solum stabilius est quam eorum quae defringuntur, quo fit ut ea latius aut facilius radices mittat.

In terram demittunt dum in oleagineis seminibus arbores uidendum ut sit de tenero ramo ex utraque parte aequabiliter praecisum quas aliis clauolas alii taleas appellant] *Demum in oleagineis* ex principe editione receptum erat; *tum* coniecit Ursinus. *in terram demittendum: in oleagineis* ex Scaligeri coniectura edidit Schneiderus. mihi probabilius esse visum est *dum* in archetypo errore scribentis additum esse. *arbores* delendum esse Scaliger et Ursinus monuerunt. itaque scripsi *in terram demittunt: in oleagineis seminibus videndum* sqq. — *alii clavolas* edidit Iucundus. Non. p. 414, 28 *Taleas scissiones lignorum vel praesegmina Varro dicit de re rustica lib. I (nam etiam nunc rustica voce intertaliare dicitur dividere vel excidere ramum), ex utraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clavulas (clabulas* codd.*), alii taleas appellant.* clavolae autem a similitudine clavae dictae sunt. clavas dicit Palladius IV 10, 12 *clava commodius seri potest, quae sit manubrii crassitudine, longitudine cubitali*, quamquam is clavas et taleas distinxit ib. 13 *talea et gracilior et brevior esse potest, quae similiter ut clava mergetur. sed talea palmis duobus supersit, clava omnis obruitur.*

5 Non enim pirum recipit quercus neque enim si malus pirum hoc secuntur multi qui haruspices audiunt multum] *Non enim pirum recipit quercus. neque enim si malum pirus, hoc sequendum. multi aruspices audiunt, a quibus* sqq. Ursinus. de brevitate dicendi *neque enim si malus pirum,* h. e. 'neque enim si malus pirum recipit, pirum recipit quercus', dubitari non debebat. sed hoc recte Ursinus, quod *multum* ex superioribus repetitum delevit; nisi potius cum acumine a Varrone idem vocabulum bis positum erat. haruspicum doctrinam accuratius indicavit Plinius XV 57 *neque omnia insita misceri fas est, sicut nec spinas inseri, quando fulgura expiari non queunt facile, quotque genera insita fuerunt, tot fulgura uno ictu pronuntiantur.*

6 Si eiusdem generis est dumtaxat ut sit utraque maius] *Malus* codex Florentinus, *maius* reliqua apographa. *dumtaxat, ut si utraque malus* Ursinus et Schneiderus.

Ex arbore qua uult habere surculum in eam quam inserere uult ramulum traducit et in eius ramo praeciso ac diffisso implicat eum locum qui contingit ex utraque parte quod intro est falce extenuatum ita ut ex una parti quod caelum uisurum est cortice cum cordice exaequatum habeat] *Ac diffisso* et deinde *cortice cum cordice* plurima apographa: minus accurate Politianus principis editionis lectionem correxit. *ex arbore enim, a qua quis vult habere surculum, in eam, quam inserere vult, ramulum traducit et in eius ramo praeciso ac difisso implicat, tum ramuli locus, qui contingit ex utraque parte, qua fissuram intrat, falce extenuatur, ita ut ex una parte, qua coelum visurus est, corticem cum cortice exaequatum habeat* Iucundus. scripturam archetypi Victorius restistuit praeter pauca, in quibus Aldinam editionem secutus est, *ex arbore, e qua quis vult habere surculum, in eam, quam inserere vult, ramulum traducit et in eius ramo praeciso ac difisso implicat, eum locum, qui contingit ex utraque parte, quod intro est falce extenuatur, ita ut ex una parte, quod coelum visurum est, corticem cum cortice exaequatum habeat.* plura Schneiderus novari voluit, cum impeditam more Varronis coniunctionem verborum non intellegeret. describitur autem genus insitionis simile ei quod in vitibus indicat Cato 41, 2 *altera insitio est: si vitis vitem continget, utriusque vitem teneram praeacuito, obliquo inter sese medullam cum medulla libro conligato.* accuratius Columella V 11, 13 in ramo olivae in ficum inserendo rem exposuit. ex ea igitur arbore, ex qua surculum habere volunt, ramulum traducunt in illam, in quam eum ramum inserere volunt et in ramo eius praeciso ac diffisso ramulum, qui ex altera arbore traductus eum locum contingit, inplicant, postquam is, quantum quidem intro inplicatum est, falce ex utraque parte extenuatus est. inplicant autem ita, ut ex una eius ramuli parte id quod caelum visurum est corticem exaequatum cum cortice alterius rami habeat. sed in his, quae sic, ut in codice scripta erant, exhibui, primum *ex arbore qua vult habere surculum* non repetita ante relativum

pronomen praepositione dictum est pro 'ex qua arbore vult habere'. deinde *quam inserere vult* de arbore quae novum ramum accipit dictum est, sicut apud Columellam V 11, 3 *arborem quam inserere voles,* ib. 7 *si pusillam arborem inserere voles* et saepius et apud Columellam et apud Plinium. *in eam in quam inserere vult* coniecit C. F. W. Muellerus ephem. gymnas. Berol. a. 1866 p. 487. verba autem *vult traducit inplicat* in praeceptis posita sunt sine pronomine, quod editores addiderant. denique *quod intro est* et *quod caelum visurum est* diversas partes ramuli significat.

Cum comprendit unde propagatum est ab altera arbore praecidit] *Ab altera arbore* Ursino auctore Gesnerus inclusit. *cum comprehenderit, id quod propagatum est ab altera arbore praecidit* Schneiderus coniecit. ramulus tum, cum conprendit, h. e. concrevit cum eo ramo, in quem propagatus est, ab altera arbore, unde propagatio facta erat, praeciditur.

XLI 1 Quo tempore quaque transferas haec in primis uidenda quodque prius uerno tempore inserebantur nunc etiam solstitiali] *Quaeque transferas* Merula, deinde *quod quae prius* Beroaldus. e quibus *quaeque transferas* haud dubie verum est. sed *quod quae prius*, quod post Beroaldum omnes receperunt, neque cum verbis neque cum rebus, de quibus agitur, convenit. nam non de omni genere insitionum haec dici apparet, sed de iis quae olim verno tempore, postea etiam solstitiali fieri solebant, in quibus sunt fici 39, 2. itaque deleto *quod* scripsi *quo tempore quaeque transferas, haec inprimis videnda, quae prius* sqq. in observando tempore, quo quaeque transferuntur, in primis ea videnda sunt, quae, cum olim verno tempore insererentur, iam etiam solstitiali inseri solent.

2 Itaque qui fit caniculae signo commodissime existimatur ea inseri] *Itaque quod inseritur caniculae signo, commodissime aestimatur inseri* Iucundus. *itaque si fit* Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 29. delevi *qui fit,* quod ex superioribus videtur repetitum esse: nisi potius scribendum erat *itaque quae fiunt caniculae signo, commodissime existimantur ea inseri.* sed Varro ad ficum contulisse videtur quod de omni genere Theophrastus praecepit de caus. plant. I 6, 6 τὸ δ' ὕδωρ τῷ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ πολέμιον. ἐκσήπει γὰρ καὶ

ἀπόλλυσι παραρρέον διὰ τὴν ἀσθένειαν, δι' ὃ καὶ ἐπὶ κυνὶ δοκεῖ ἀσφαλέστατος εἶναι.

3 Vitem triduo antequam inserant desecant] *Vitem triduo* in archetypo fuit, non *uitem cum triduo,* quod ex codice m Politianus adscripsisse videtur. nam in reliquis *cum* non legitur. deinde *in quam inserunt* scripsi, ubi *in qua* in archetypo fuit. *in quam* scribendum esse ex iis quae supra 40, 5 et 6 scripta sunt intellegi poterat.

In qua umor aduenticius effluere possit] *Unde humor* Iucundus. deleta praepositione *in* scripsi *qua umor,* h. e. ut eo loco umor effluere possit.

In fico et malo punico et si qua etiam horum natura aridiora] *Punico* et deinde *aridiora* apographa omnia: minus accurate Politianus. *punica* Merula restituit. praeterea *siquae,* non *siqua,* scribendum esse dixi I 12, 3. de punicis malis et de ficis eadem docet Plinius XVII 113 *punica vero et ficum quaeque alia sicca sunt recrastinare minime utile.*

Videndum ut quod transferat in cacumen habeat gemmam] *In* praepositionem delevi. nam cacumen in translationibus vel insitionibus dicitur surculus, qui inseritur, ut supra 40, 6 *ramuli cacumen*: item Colum. V 11, 4 *ea tantum cacumina, quae inserere voles, relinque,* ib. *cacumina olivae,* 12, 3 *cacumina cytisorum vere disponito.*

4 De iis primis quattuor generibus seminum] *De his privis,* 'hoc est de his singulis quatuor seminum generibus', coniecit Trillerus observ. IV 27 p. 466. *primis* inclusit Gesnerus, qui haec ad quadripertitam seminum divisionem supra 29, 3 indicatam pertinere adnotavit. haec quattuor autem genera seminum prima dicuntur non propter naturam seminum, sed propterea quod ea divisio primaria est. nam in uno quoque genere plures et diversae sunt species seminum.

E quibus paruis quod enasci coliculi uix queunt] *E quibus, quod parvis, enasci* sqq. Gesnerus, quod Schneiderus probavit. recte tamen idem adnotavit orationem interpositis verbis *omnia — aridiora* suspensam, deinde mutatam absolvi his, *quare ex terra potius* sqq.

5 In hoc enim umidiora quam aridiora] Vario modo haec ab interpretibus temptata sunt, cum vim particulae *quam*

in comparationibus non intellegerent. nam hoc dicit Varro, in crescendo potiora habenda esse ea quae umidiora quam quae aridiora sunt.

Quare ex terra potius in seminariis surculos de ficeto quam grana de fico expedit obruere praeter si aliter nequeas] *Quare et terra* Gesnerus coniecit. immo surculi ex terra de ficeto prompti potius obruendi sunt, quam grana de fico. *praeter* de exceptione non addito accusativo casu nominis scriptum est I 38, 1 *stercus optimum scribit esse Cassius volucrium praeter palustrium ac nantium*, saepius *praeterquam*, I 2, 20 *in arcem non inigi praeterquam semel*, 45, 1 *legumina — praeterquam faba*, II 4, 3 *cum amplitudine membrorum praeterquam pedibus capite*, ib. 19 *non producunt ex haris matrem praeterquam potum*, III 3, 8 *praeterquam lepusculum e venatione vidit numquam*, 9, 10 *ut diem et noctem incubent praeterquam mane et vespere*, 12, 2 *horum omnium — pastio aperta praeterquam de apibus*, et cum coniunctione I 45, 1 *praeterquam siquid regio aut tempestas viti attulit*, II 7, 3 *praeterquam cum dentes sint facti brocchi*.

Pesticulam per ficos quas edimus perserunt] *Resticulas per ficos* Iucundus. de usu resticulae in satione ficorum in geoponicis X 45, 5 praecepta sunt haec, *ἐὰν γάρ τις βρέξας σῦκα περιπλάσῃ ἐν σχοινίῳ καὶ τοῦτο φυτεύσας ἀρδεύσῃ, ἐμφυήσεται πολλὰ φυτά, ἅτινα χρὴ μεταφυτεύειν*.

6 Sic genera ficorum chiae ac chalcidicae et lidiae africanae — perlata] *Lydiae et Africanae* ex Aldina editione recepi. sed praeterea haud scio an scribendum fuerit *sic plurima genera*.

Quod ex eo tardius enascebatur colis quam ex aliis] *Quam ex taleis* Iucundus. restitui scripturam archetypi: ex oleae nucleo tardius nascebantur caules, quam ex aliis nucleis vel seminibus. de taleis oleagineis dictum est 40, 4. deinde *sevimus* pro *serimus* scribendum Gesnerus coniecit.

XLII In primis obserues] *De melica* pro titulo in principe editione praescriptum est, quod ex capitulis, quae ante librum in codicibus scripta sunt, petitum erat. inde Iucundus fecit haec, *De medica in primis observes*, quae deinde per editiones propagata sunt, quamquam apparet non de medica, sed de omni genere surculorum hoc praecipi.

XLIV 1 Obseruabis quantum in ea regione consuetudo erit serendi ut tantum facias quantum valet regio ac genus terrae ut ex eodem semine aliubi cum decimo redeat aliubi cum quinto decimo] *Observabis — ut tantum facias, quod tantum valet regio* ex coniectura Ursini scripsi. in serendo observandum est ut tantum seras, quantum in ea regione consuetudo est serendi, quod regio ac genus terrae tantum valet, ut idem semen in aliis regionibus alios fructus ferat.

2 Ut in etruria locis aliquod in italia in subaritano dicunt] *Ut in Hetruria et locis aliquot in Italia. In Subaritano* sqq. Iucundus.

In syria ad garada et in africa ad byzacium item ex modio nasci centum] *Gadara* Schoettgenus. *ex modio nasci CL* Pontedera p. 160, quoniam Plinius XVII 41 campo Byzaceno eum numerum tribueret, *in Byzacio Africae illum centena quinquagena fruge fertilem campum — vidimus scindi* et XVIII 94 *cum e modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio Africae campo, centeni quinquageni modii reddantur.* idem tamen V 24 de de eodem Byzacio scribit *ita appellatur regio CCLM p. per circuitum fertilitatis eximiae cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra.*

2 *An in vervacto quae interdum requierit* scripsi remota prava verborum distinctione, quae ex veteribus editionibus propagata erat.

3 In olynthia quod annis restibilia esse dicunt] *Quod annis,* quod ex superioribus videtur repetitum esse, inclusi; vitiosum esse aut redundare Schneiderus adnotavit. Theophr. de caus. plant. I 20, 4 *ἐν γοῦν τῇ Ὀλυνθίᾳ φασὶν ὡς ἀεί τι καρποφορεῖ, παραλλαγὴν δὲ ποιοῦνται κατὰ τριετίαν.*

Relinqui oportet paulo aut leuioribus sationibus] *Paulo aut* libri manu scripti omnes, *aut paulo* in principe editione Politianus non correxit. *aut paulo levioribus sationibus serere* Iucundus. *serere,* quod ex Aldina editione receptum erat, in manu scriptis libris non legitur. itaque *aut* delevi.

Dicetur inquit agrius de tertio gradu de nutricationibus adque alimoniis eorum] *Dice igitur* Pontedera p. 160, quod Schneiderus probavit. de tertio gradu, qui est de nutricationibus et alimoniis fructuum, sicut de reliquis gradibus,

disputatio Licinio Stoloni debetur. hunc igitur ad eam disputationem Agrius adhortatur futuro tempore *dicetur* cum vi admonendi, non interrogative, ut olim dederam.

4 *Praegnantia* Politianus in principe editione non correxit, sed *praegnatia,* quod plurima apographa habent, haud dubie fuit in archetypo.

Spicam sic alia a quo profectum redit semen] *Spicam, sic alia simile ei, a quo profectum est, reddunt semen* Iucundus, *spicam, sic alia simile ei, a quo profectum, redit semen* Victorius, quem deinde editores secuti sunt parum prudenter: nam *simile ei* ipso invito, ut videtur, ex Aldinae et Iuntinae editionis lectione relictum erat. restituta vetere lectione et emendata distinctione verborum, *spicam, sic alia: a quo profectum, redit semen,* vera sententia facile apparet: semen redit ad id, a quo profectum est. nota autem in relativis pronominibus haec dicendi brevitas est, quae saepius a grammaticis in veteribus scriptoribus animadversa est, quod praecedente relativo pronomine et omisso deinde demonstrativo duae enuntiationis partes minus accurate inter se conectuntur. memorabilia eius generis exempla in his libris sunt haec. nam alia, quae vulgaria et omnibus nota sunt, omitto, quamquam ex his quoque quaedam ab editoribus imprudenter mutata erant. I 27, 2 *vere sationes quae fiunt, terram proscindere oportet,* 38, 1 *quae loca in agro stercoranda, videndum et qui et quo genere potissimum facias,* 41, 2 *quae autem natura minus sunt mollia, vas aliquod supra alligant,* 52, 1 *quae seges grandissima atque optima fuerit, seorsum in aream secerni oportet spicas,* II 2, 12 *quibus in locis messes sunt factae, inigere est utile,* 6, 2 *asinorum gregem qui facere vult bonum, primum videndum,* 7, 11 *alternis qui admittant, diuturniores equas, meliores pullos fieri dicunt,* h. e. iis qui admittant vel siqui admittant, 11, 5 *qui aspargi solent sales, melior fossilis,* III 2, 1 *bonum consilium, qui consulit et qui consulitur, optimum habendum,* 13, 1 *quem fundum in Tusculano emit hic Varro a M. Pupio Pisone, vidisti ad bucinam convenire,* 16, 6 *iis unctus qui accessit pungunt,* 16, 7 *ut non, qui eius* (opus) *conetur disturbare, resistat;* et addito nomine vel pronomine II 2, 9 *contra illae in saltibus quae pascuntur et a tectis absunt longe, portant secum crates,* h. e. in illis quae pascuntur portant, III

16, 34 *favi qui eximuntur, siquae pars nihil habet —, praesicatur;* item addito demonstrativo I 31, 2 *coles qui nati sunt, de iis qui plurimum valent primum ac secundum — relinquere.*

Quod praegnationis idem bis habere non potest] *Quod praegnationis diem idem bis habere non potest* Merula et auctore Pontedera p. 160 Schneiderus, *quod praegnationis diem habere non potest* Ursinus. quae illi verbis Theophrasti de caus. plant. I 14, 1, quae Varro expressit, commendari voluerunt, *διὰ τοῦτο γὰρ οὐδ' ἐάν τις ἀφέλῃ τὸν καρπὸν ἢ ἄνθος, δύναται πάλιν ἕτερα γεννᾶν διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν τὸν τῆς κυήσεως χρόνον.* quamquam facile apparet *tempus praegnationis* dicendum fuisse, non *diem.* sed scribendum potius *praegnationes.* nam pluralis numerus propter adverbium *bis* positus est. *praegnationis* autem accusativo casu dictum esse, quod Gesnerus adnotavit, credi nequit.

XLV 1 Praeterquam faba ea enim serius aliquanto prodit seges ostendit item milium et sesima et cetera similiter aequis fere diebus] *Serius aliquanto prodit seges. ostendit idem milium et sesama* Iucundus, ubi *quam seges* Schneiderus coniecit. verum vidisse puto Ursinum, qui verba *seges ostendit* tamquam glossam ex margine illatam delevit. neque quidquam quod huc referri possit apud Theophrastum hist. plant. VIII 1, 5 invenitur, *βλαστάνει δὲ τὸ μὲν θᾶττον, τὸ δὲ βραδύτερον, καὶ κριθὴ μὲν καὶ πυρὸς ἑβδομαῖα μάλιστα, προτερεῖ δὲ ἡ κριθὴ μᾶλλον, τὰ δ' ὄσπρια τεταρταῖα ἢ πεμπταῖα πλὴν κυάμων, κύαμος δὲ καὶ τῶν σιτωδῶν ἔνια πλείοσιν. ἐνιαχοῦ γὰρ καὶ πεντεκαιδεκαταῖος, ὁτὲ δὲ καὶ εἰκοσταῖος. δυσφυέστατον γὰρ τοῦτο πάντων, ἐὰν δὲ δὴ καὶ σπαρέντος ἐπὶ πλέον ὕδωρ ἐπιγένηται, καὶ παντελῶς.* haec enim Varro expressit.

2 Venenum enim gelum radicibus tenellis sub terra et supra uirgulta ne eodem tempore aeque crescunt] *Radicibus tenellis sub terra et supra virgultis, quae nec eodem tempore aeque crescunt* Iucundus et deinde reliqui editores, quo in errorem inductus est Madvigius in Cic. de fin. exc. III p. 821, cum haec ita scribenda coniceret, *venenum — et supra virgultis, nec eodem tempore aeque crescunt.* scribendum potius erat *et supra virgulta non eodem tempore aeque crescunt.* nam *ne* pro simplici negatione a Varrone usurpatum non est; *nec* Merulae coniectura inventum erat.

3 Radices autumno aut hieme magis sub terra quam supra alescunt] *Adolescunt* ex secunda editione Victorii vulgo receptum erat. nam in prima editione, sicut in antiquioribus, *alescunt* legitur. *quam quae supra adolescunt* Pontedera p. 161 et Schneiderus. — deinde *quod tectae* plurima apographa, *quo tectae* codex Caesenas. *quo* in principe editione Politianus non correxit.

Supra terram aere frigidiore tinguntur] *Tanguntur* coniecit Victorius, *restringuntur* Scaliger, *stringuntur* Pontedera, *cinguntur* Schneiderus. *ringuntur*, quod ex Aldina editione Gesnerus recepit, errori potius quam coniecturae editoris deberi videtur. Theophr. de caus. plant. I 12, 3 *πιθανὸς δὲ καὶ ταύτῃ δόξειεν ἂν ὁ λόγος, ὅτι τὰ μὲν ἄνω κωλύεται διὰ τὸν πέριξ ἀέρα ψυχρὸν ὄντα, τὰ δὲ κάτω στεγαζόμενα τῇ γῇ καὶ ἅμα συγκατακλειόμενα ὑπὸ τοῦ θερμοῦ διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν τῇ τε ὑγρότητι καὶ τροφῇ προσαύξεται.* Varro quo vocabulo expresserit id quod apud Theophrastum invenerat *κωλύεται*, non plane constat. sed aptissimum ad hanc descriptionem videtur esse quod scripsi, *coguntur*, quod de frigore dici notum est, Verg. georg. IV 35 *frigore mella cogit hiems*, Gell. XVII 8, 13 *si istaec quae calidiora sunt difficilius gelu coguntur, congruens est ut quae frigidiora sunt facile cogantur.*

Neque radices longius procedunt nisi quo tempore uenit solis duplex causa radicum quod et materiem aliam quam aliam longius proicit natura] *Materiem* plurima apographa, *materiam* codex Caesenas et editio princeps a Politiano non correcta. *neque radices longius procedunt, nisi quo tempore venit sol. his duplex causa, quod et radicum materiam* sqq. ex Aldina editione receptum erat, ubi *nisi quo pervenit sol* coniecit Scaliger, *nisi quo tepore venit sol* Victorius var. lect. 35, 3 et omisso priore loco *longius* Ursinus, *nisi quo tepor venit solis* Popma, *nisi quotenus pervenit sol* Schneiderus coniecit. recuperata genuina codicis scriptura apparet verum esse quod Popma invenerat, *tepor venit solis*, et legit hoc Plinius XVI 129 *quidam non altius descendere radices, quam solis calor tepefaciat, idque natura loci tenuioris crassive, dixere.* — *radicium* restitui ex Charisio p. 142, 14 *Radicium Varro rerum rusticarum I et III.* — *materies* sine discrepantia librorum legitur

I 24, 3, *materia* I 22, 1. 41, 4; item *durities* I 55, 1, *duritia* II 9, 15; *maceria* I 14, 4. III 13, 2. 15, 1, *macerie* III 3, 5. 5, 11 et *maceriem* III 15, 1; sed *luxuria* et *luxuriam* tantum I 13, 6. 59, 2. III 3, 6; 10 et *mollitiam* I 41, 4.

XLVI Discrimina sunt natura aliquod ex quibusdam foliis propter eorum versuram quod sit anni tempus ut dici possit] *Discrimina sunt naturalia, quod ex quibusdam — quod sit anni tempus dici possit* Iucundus. archetypi scripturam secutus scripsi *discrimina sunt naturae aliquot, ex quibusdam — quod sit anni tempus ut dici possit.* nam natura est varia arborum natura, cuius discrimina etiam in versura foliorum conspiciuntur. similiter I 38, 1 *nam discrimina eius aliquot.*

XLVII Eorum molliora erunt natura cacumina ut olea ac fi] *Ac ficus* m et corrector codicis Florentini, *ac fi,* quod habent apographa, prima manu in archetypo scriptum fuit. *molliore* Ursinus collatis iis quae supra 45, 2 scripta erant *quae molli natura sunt;* contra 41, 2 *quae autem natura minus sunt mollia.*

Herbaeque eligendae eae dum tenerae sunt uellendae prius enim aridae factae rixantur] *Herbaeque eligendae: eae dum tenerae sunt vellendae prius aridae factae. etenim rixantur* Merula, *herbaeque elidendae et dum tenerae sunt vellendae. nam aridae factae rixantur* Iucundus, ubi *aut dum tenerae sunt vellendae potius* Ursinus coniecit, *et dum tenerae sunt vellendae, prius enim* sqq. Victorius. *prius enim adolefactae* Gesnerus, *prius enim validae factae* Trillerus observ. IV 27 p. 467. in seminario herbae sunt eligendae, quod de vinetis Columella IV 5 praecepit, *omnisque herbas et praecipue gramina extirpare, quae nisi manu eliguntur — revivescunt.* similiter Varr. III 9, 14 *eligendi pedes.* eae herbae autem vellendae, dum tenerae sunt, quoniam, si aridae fuerint, vehementius vellentibus resistunt. sed in his ineptum est *prius,* quod neque cum participio *aridae factae* neque cum verbo *rixantur* recte coniungitur. pro hoc *acrius* scripsi, *acrius enim aridae factae rixantur.* poterat etiam *pertinacius* scribi.

XLVIII 1 In segetibus autem frumentum quo culmus extulit spicam ea quae multilata non est in hordeo et tritico tria habet continentia] [*In segetibus autem frumen-*

tum, quod culmus extulit. spica ea, quae mutica non est Iucundus, ubi *mutilata* Victorius restituit. *in segetibus autem frumentorum, quod culmus extulit, spica. ea quae mutilata non est, ut in hordeo* Gesnerus, *in segetibus autem frumentum, in quo culmus extulit spicam: ea quae mutilata non est, in ordeo* Schneiderus, *in segetibus autem frumenti quam culmus extulit spicam, ea* sqq. olim conieci. veram verborum sententiam perspexerat Gesnerus, quamquam ipsa verba non satis apte constituit. nam postquam de seminariis et pratis breviter dictum est, accuratius de segetibus disputatur ita, ut partes quae sunt in culmis et nomina quibus eae appellantur definiantur. ex his primum ponitur spica, quo nomine illud, quo culmus in segetibus frumentum extulit, appellatur. deinde subtilius ipsius spicae partes describuntur. ad hanc sententiam in hunc modum verba conformavi, *in segetibus autem frumentum quo culmus extulit, spica: ea quae mutilata non est, ut in hordeo* sqq., nisi potius *ea quom mutilata non est* scribendum erat.

Proinde ut grani apex sit gluma et arista] *Proinde ut grani theca sit gluma, et apex arista* Iucundus.

2 Scriptum scio esse in euhemeri libris uersis] *Scito* Muellerus Enn. fragm. p. 82. scripturam archetypi *in Euhemeri libris,* quae in principe editione corrupta erat, Politianus adnotatione in margine editionis adscripta defendit. eandem adnotationem postea in miscellaneorum c. 25 edidit.

Etymum habere a glubendo] Paul. exc. Fest. p. 98, 8 *Gluma hordei tunicula, quod glubatur inde granum.*

Non ut gluma aut arista gerat — sed ut uuam plurima apographa. *sed uuam* codex Florentinus. *non ut glumam aut aristam gerat — sed uvam* Politianus in principe editione non correxit.

3 Qua sublatent herba] *Sub qua latent herba* scripsi. nam neque *sublatent,* quod ante Gesnerum legebatur, dictum est, neque *qua sub latent herba,* quod Gesnerus edidit, Varroni tribuendum esse credo.

Quod infirma spica ad culmum stramenti summum item minus quam granum est appellatur urrucum conticuisset] *Appellatur* A m et codex Florentinus cum principe editione a Politiano non correcta, *appellatum* apographa quaedam

recentiora. deinde *uerum cum conticuisset* m. *in infima spica* ex Aldina editione receptum est. quo nomine autem Varro id quod in infima spica minus quam granum est dixerit, corrupta archetypi scriptura *urru* (nam *cum* ad sequentia pertinet) non constat. *urruncum*, ex principe editione receptum erat, quod quasi a graeco vocabulo *ὄρογκος*, cacumine montis, dictum Schneiderus defendit. idem tamen *uragum* vel *uracum* coniecit, ut id pro graeco vocabulo *οὐραχός* dictum esset, quod de infima spicae et suprema culmi parte dictum esse adnotavit ab Aeliano hist. anim. VI 43 de formicis, *οἱ δὲ ἡγεμόνες ἀνέρπουσι καὶ τοὺς καλουμένους οὐραχοὺς τῶν καρπίμων διατραγόντες τῷ δήμῳ τῷ κάτω ῥίπτουσιν.* de eodem vocabulo Lobeckius proleg. pathol. graec. p. 333 monuit ab *οὐρά* ductum esse et de spicis vel mucronibus plantarum dici apud Dioscoridem de mater. med. IV 176, ubi de thymo scripta sunt haec, *ἔχει δὲ κεφάλια λεπτὰ κοῦφα οὐραχοὺς ἔχοντα ὡς τρίχας.* apud Varronem latinum nomen, sicut in reliquis, scriptum fuisse apparet, non graecum. *urruca* nuper commendavit Rothsteinius ephemer. litterar. German. Berolin. a 1889 p. 1678 de versu Iuvenalis 6, 276 *tu tibi tunc, uruca, places fletumque labellis Exsorbes* disputans. diversa sunt, quae de nomine uruca grammatici tradunt, schol. Iuvenal. l. c. *genus est animalis foedi spinosi, ut ericius. uruca autem est proprie illud quod in faba nascitur, ut gurgulio.* gloss. latino-graec. v. II p. 211, 59 *uruca κάμπη*, gloss. graeco-lat. p. 338, 10 *κάμπη λαχάνου eruca uruca.*

XLIX 1 Dicam inquit de fructibus maturis capiendis primum de pratis summissis] *Dic, inquit Agrius, de fructibus maturis capiendis. et ille, Primum de pratis summissis* Iucundus, ubi *dicam inquit de fructibus* a Victorio e codice restitutum, sed *et ille* ex Aldina editione relictum erat. apparet autem haec omnia Stoloni tribui, qui cum tertio gradu finito expectasset, siquid forte a reliquis desideraretur, iam de quarto gradu, qui est de fructibus maturis capiendis se dicturum esse pronuntiat. deinde distinctionem verborum, quae olim erat, correxi, *primum de pratis summissis herba, cum crescere desiit et aestu arescit, subsecari falcibus debet.* summissa autem prata sunt quae non depascuntur pecore, sed, ut faenum paretur, ad crescendum submittuntur: Cat. 8, 1 *pratum — ne faenum desiet,*

summittito, Colum. XI 2, 15 *per hosce dies locis maritimis et calidis ac siccis prata vel arva purgantur et in faenum summittuntur*, ib. 27 *a quinquatribus prata recte summittuntur*, II 17, 2 *summittique pro natura locorum aut temperius aut serius.*

L 1 Messis proprio nomine dicitur in his quae metimur maxime in frumento et ab eo esse uocabulo declinata] *Quae metuntur* Merula, *quae metimur* ex archetypo Victorius restituit. *est* pro *esse* ex 'vetere codice' Ursinus. propriam nominis significationem una cum origine vocis indicari Victorius adnotavit. nam a metiendo messis declinata esse dicitur. huic autem explicationi mox additur alia, quasi a medio dicta esset messis, quod sibi placere ait Stolo. lusit enim fere in hoc genere derivationum Varro, neque quid ipse probaverit scimus. imprudenter haec Schneiderus pervertit, cum recepta antiquissimarum editionum lectione *metuntur* et coniectura Ursini *est* scriberet *messis proprio nomine dicitur in iis quae metuntur, maxime in frumento, et ab eo est vocabulo declinata.*

Coiciunt in corbem] *Coiciunt* in archetypo scriptum fuisse, non *coniciunt*, optimorum apographorum consensu comprobatur, et hoc ipsum voluisse videtur Politianus, qui minus accurate codicis scripturam significavit. eodem modo in reliquis locis scriptum erat constanti in hoc verbo usu, I 2, 16. 54, 3. 59, 3. III 5, 8. 14, 4. 17, 7.

2 Ligneum habent incuruum bacillum in quo sit extrema serrula ferrea] *Batillum* m, ut videtur, *bacillum* reliqui omnes. *extremo* ex principe editione receptum, sed *batillum* ex Aldina relictum erat, quamquam *bacillum* in Iuntina editione Angelius restituerat. *vallum* legendum coniecit Schneiderus coll. Plin. XVIII 296 *Galliarum latifundiis valli praegrandes dentibus in margine infestis duabus rotis per segetem inpelluntur iumento in contrarium iuncto: ita dereptae in vallum cadunt spicae.* idem tamen recte defendit *bacillum.* describitur enim is metendi modus, cum spicae bacillo ligneo incurvo comprehenduntur et serrula ferrea, quae in extremo bacillo affixa est, desecantur. huic simile est illud genus, quod Columella II 20, 3 indicavit, *multis mergis vel pectinibus spicam ipsam legunt.*

In segeti relinquunt] *Segeti* plurima apographa, *segete* in principe editione Politianus non correxit.

Quod terra haeret] *Quod terrae haeret* ex principe editione receptum erat. pro hoc *quod cum terra haeret* scripsi, quod postulabant ea quae sequuntur *quod cum spica stramentum haeret.*

3 Cum est matura seges metendum cum in ea iugerum fere una opera propemodum in facili agro satis esse dicatur messas spicas coruibus in aream deferre debent] *Dicitur* codex Caesenas. *cum est matura seges, metendum. cum in ea iugerum fere una opera messum est, propemodum in facili agro satis esse dicitur, ut messas spicas in aream corbibus deferre debeant* Iucundus. archetypi scripturam Victorius restituit, ubi *cum in iugerum* scribendum esse Schneiderus coniecit, neque tamen quo id pertineat explicavit. et corrupta haud dubie sunt haec, *cum in ea iugerum dicatur.* itaque deleto *cum,* quod ex superioribus repetitum erat, scripsi, *cum est matura seges, metendum: in eo in iugerum fere una opera — satis esse dicitur.* in metendo una fere opera in iugerum in facili quidem agro, ubi minus densa seges est, sufficere dicitur. II 4, 22 *in centum sues decem verres satis esse putant,* II 9, 16 *in fundum satis esse duo,* I 16, 3 *quae opus sunt in fundum.* — *in ea* nuper Heidrichius Varronian. I p. 30 ita defendi posse putavit, ut esset in messe facienda.

LI 1 Quam perflare possit uentus] *Quae perflare* editio Aldina. *quam* Angelius et post hunc Victorius restituerunt: I 57, 1 *granaria sublimia, quae perflentur,* 59, 1 *ut eae perflentur curant.*

Solida terra pauita maxime si est argilla ne aestu peminosa in rimis eius grana oblitescant] *Solida terra pavita, maxime si est argillosa, ne aestu perrimosa in rimis eius grana oblitescant* Merula, *solida terra pavitam, maxime si est argillosa, ne aestu rimosa* sqq. Iucundus, ubi *si est argilla ne aestu paeminosa* ex codice Victorius restituit. *solidam terra pavita* et deinde *ne aestu fiat peminosa et recipiat aquam et ostia aperiat muribus ac formicis* Ursinus. apud Nonium p. 163, 11 in libris manu scriptis haec ita leguntur, *Peminosum mali odoris a pedore dictum: Varro de re rustica lib. I solida terra pavita, maxime si est argilla, ne situ peminosa in rimis eius grana oblitiscant.* aream, de qua haec scripta sunt, ex solida terra

pavita fieri oportet et maxime, si est argilla, ex hac facienda est. deinde *situ paeminosa*, quod apud Nonium legitur, ita defendit Scaliger, ut de granis quae situm contraxerunt dictum esset. ipsam aream potius aestu hiscentem paeminosam dici ex praeceptis Varronis apparet: nam praeterea de significatione vocabuli nihil constat. et vidit hoc Froehdius de hoc loco disputans annal. philol. a. 1876 p. 349, cum Nonii lectionem cum ea quae in Varronis libris est in hunc modum coniungeret, *ne si sit aestu paeminosa*. idem apud Nonium Muellerus edidit. aptius tamen et magis accommodatum ad Varronis sermonem est quod olim Gesnerus coniecerat, *ne aestu paeminosa si sit.*

Ea enim herbarum de amurca et formicarum et talparum uenenum] *Ea enim herbarum est inimica* ex principe editione adhuc receptum erat, quamquam Victorius *de amurca* in codice scriptum idque ex margine in verba Varronis illatum esse adnotaverat.

2 Quo succedant homines in aestu tempore meridiano] *Tempore meridiano* deleri voluit Ursinus.

LII 1 Quae seges grandissima atque optima fuerit seorsum in aream secerni oportet spicas ut semen optimum habeat] *Quae e segete grandissimae atque optimae fuerint spicae, seorsum in aream secerni oportet, ut semen* sqq. Ursinus coll. geopon. II 16, 3 *τινὲς δὲ τοὺς ἁδροτέρους στάχυας ἐπιλέγονται τοὺς ἔχοντας κόκκους πλήρεις καὶ τελείους καὶ εἰς σπόρον τηροῦσι καλλίονα τὸν ἐκ τούτων καρπὸν κομιζόμενοι.* grandissima dicitur ea seges, quae spicas grandissimas atque optimas habet. ex hac spicas seorsum a reliquis in aream secerni oportet. neque tertia persona verbi *habeat*, pro qua *habeas* Gesnerus et Schneiderus scribi voluerunt, offensionem praebebit iis qui Varronis usum, de quo I 2, 21 dixi, perspectum habent.

Id fit e tabula lapidibus aut ferro asperata quo imposito auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis aut discutit e spica grana] *Exasperata* Merula. *quae imposito auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat* Iucundus. *quo imposito* in Iuntina editione restitutum, sed *ut discutiat* ex Aldina relictum erat. tribulum fit e tabula quae lapidibus aut ferro asperata est: in eam auriga vel pondus aliquod grande imponitur, tum iumentis iunctis

trahitur, ita grana e spica discutit. itaque scripsi *quae cum inposito auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, discutit e spica grana,* nisi potius *quod cum* scribendum erat. apud Nonium p. 228, 27 inepte haec cum superioribus coniuncta sunt, *Tribulae — neutro Varro rerum rusticarum lib. I quod fit apud alios iumentis hic tribulo fit.*

2 Quod ungulis e spica exteruntur grana] *Quoad* Schneiderus ex coniectura Schoettgeni. *quorum* scripsi: nam ungulis iumentorum grana exteruntur. *quod* defendit Heidrichius Varronian. I p. 31 et eius usus exempla adscripsit II 2, 14 *quod alligant* et III 5, 4 *quod plus ponit.*

Ita fit ut quod leuissimum est in eo atque appellatur acus euannuatur foras extra aream] *Evanatur* Beroaldus, *evannatur* Iucundus. Non. p. 19, 16 *Evannatur dictum est ventiletur vel moveatur a vannu, in qua legumina ventilantur. — Varro de re rustica ut quod levissimum est in eo atque appellatur acus ac palea evannatur foras extra aream,* ubi in lemmate *euannetur* habent libri manu scripti, *evannatur* novissimi editores restituerunt, quod exemplis Pomponii et Lucilii a Nonio adscriptis confirmatur. inde scripsi *acus ac palea evannatur.*

Purum ueniat. Ad corbem messi facta spicilegium uenire oportet] Ita haec in libris manu scriptis et in antiquissimis editionibus scripta sunt. in Florentino codice et in principe editione etiam titulus ante *Ad corbem* additus est *De stipula.* pravam verborum distinctionem Iucundus correxit.

LIV 2 In uindemia diligentis uua non solum legitur ad bibendum eligitur ad edendum] *In vindemiam diligentius uva non solum legitur ad bibendum sed eligitur ad edendum* edita inde a principe editione exemplaria. supplementa praebuit Nonius p. 444, 22, ubi haec paulo pleniora, sed item corrupta in libris manu scriptis leguntur, *Legere et eligere non sub ea* (l. *eadem*) *significatione intellegi vult Varro de rusticatione lib. I 'africa prius debet descendere uitae uindemia diligentis uua non solum legitur sed etiam eligitur ad uiuendum eligitur ad edendum', ut sit legitur colligitur, ut plerumque, eligitur melior quaeque de plurimis.* ex his lacunam, quae in archetypo fuit, in hunc modum supplevi, *in vindemia diligenti uva non solum legitur sed etiam eligitur, legitur ad bibendum,*

eligitur ad edendum. vetere scripturae vitio, ut videtur, *diligentis* et apud Varronem et apud Nonium in codicibus scriptum fuit. nam vindemiam diligentis non addito substantivo nomine a Varrone dictum esse parum credibile est. vindemia diligens est, in qua omnia opera diligenter fiunt, nisi potius hoc ipsum *diligenter* scribendum erat.

Itaque lectius defertur in forum uiniarium] *Lecta* Schoettgenus, *lecta citius* Popma. *vinarium* Merula. *forum* autem vel *forus* (nam utrum masculinum an neutrum genus Varro probaverit, non constat) est apparatus in torculario, in quo uvae, postquam lectae sunt, collocantur, ut exprimantur. fora in iis quae in vindemia paranda sunt Columella commemorat XI 2, 71 *torcularia vero et fora diligenter emundata lotaque* et XII 18, 3 *lacus vinarii et torcularii et fora omniaque vasa,* item in torculario oleario Cato 18, 3 et Plinius XV 23.

In ollulas addatur] *Abdatur* Ursinus. *addatur* defendit Gesnerus coll. III 15, 2 *in hoc dolium addunt glandem.*

Alia quae in ara in carnarium escendat] *Alia quae in aram ut in carnarium ascendat* Iucundus, *alia quae in horreum aut carnarium descendat* Ursinus coll. Colum. XII 44, 4 *alii cum legerunt uvam, siqua sunt in ea vitiosa grana, forficibus amputant atque ita in horreo suspendunt, in quo triticum positum est. alia quae in aream ut in carnarium ascendat* Popma et Gesnerus. in uvis servandis variae fuerunt rationes, quas Cato c. 7 et Columella XII 44 descripserunt. ex his Varro nunc praescribit hanc, ut uvae in carnario in tabulatis suspendantur, ubi siccitate loci et fumo conserventur. simile est Catonis praeceptum 7, 2 *ad fabrum ferrarium pro passis eae recte servantur.* sed de ara non sine causa interpretes dubitaverunt, et verum esse puto *in aream,* qui est locus in carnario ad uvas accipiendas factus, *alia quae in aream in carnarium escendat.*

Subiciendi sub plerum] *Prelum* m et Florentinus codex. deinde *sub praelo fluere* fuit in archetypo, ubi *sub plero* habent apographa recentiora.

3 Et rursus cum expressum circumcisicitum appellant] *Circumcisitium* Scaliger, ut id genus vini esset, quod Cato 23, 4 *tortivum mustum circumcidaneum* appellat. de eodem genere dicit Columella XII 36 *mustum tortivum est quod post*

primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur. plura Ursinus, ut solet, novavit, *et succum expressum circumcisivum appellant.*

LV 1 Ea quae uapulauit macescit] *Inarescit* Merula, *macescit* ex codice Victorius. pro hoc *marcescit* scripsi. nam macescunt animalia, quae macra fiunt, II 1, 17 *macescentes melius concipere dicuntur,* II 5, 15 *algor enim eas et famis macescere cogit,* Colum. VII 7, 1 *atque alia genera pecorum, cum pestilentia vexantur, prius morbo et languoribus macescunt.* marcescunt fruges et herbae, quae vigorem amittunt; translate de animalibus dictum est III 5, 3 *desiderium marcescere facit volucres,* III 16, 20 de apibus *propter laborem asperantur ac marcescunt.* idem verbum restitui III 16, 9 *Axius noster ne marcescat.*

Quae manu stricta melior ea quae digitis nudis laudabilior . l. quam illa quae cum digitabulis durities enim eorum quod non solum stringit bacam sed etiam ramos glubit] *Ea quae digitis nudis legitur, quam illa quae cum digitalibus. duricies enim eorum non solum stringit bacam* Iucundus et edita inde ab Aldina editione exemplaria, ubi *legitur* Scaliger et Ursinus deleverunt; *laudabilior,* quod in manu scriptis libris legitur, ex prava interpretatione litterae l ortum esse iidem adnotaverunt. *digitabulis* ex scriptura archetypi, quam Victorius indicaverat, restituendum esse item Scaliger et Ursinus indicaverunt: gloss. latino-graec. v. II p. 49, 30 *digitale et digitabulum δακτυλήϑρα,* gloss. lat. v. IV p. 331, 9 *digitabulum digitum.* in interpretando vocabulo inutiliter laboravit Schneiderus, qui non manicas hoc loco, sed instrumentum ligneum in effigiem digitorum divisum dici adnotavit. immo ex iis oleis, quae manu strictae sunt, melior est ea quae digitis nudis, quam quae cum digitabulis vel manicis stricta est. reliqua apud Nonium p. 119, 11 ita scripta sunt, *Gluvere Varro de re rustica, duritia est enim ea quod non solum stringit bacam sed etiam ramis gluvit ac reliquit ad gelicidium* et p. 403, 9 *Stringere — Varro de re rustica lib. I quod non solum [celeriter praeterire] stringit uacam sed etiam ram glubit.* coniunctionem *quod* una cum *enim* positam defendit Scaliger adscripto exemplo Varronis, de quo supra dictum est, I 13, 4, post hunc Kettnerus observat. crit. in Varr. p. 23. *durities enim eorum causa, quod* Muellerus in Non. p. 119 coniecit.

2 Qui manu tangi non poterunt ita quati debent ut harundine potius quam pertica feriantur] *Quae manu* edita ante Victorium exemplaria. *qui manu* ex codice Victorius recepit. restitui *quae:* nam de oleis haec dici, non de ramis, et ex iis quae supra scripta erant *quae manu stricta* et ex iis quae sequuntur *ne adversam caedat* apparet, quamvis Plinius XV 12 de ramis arborum scribat *qui cautissime agunt, harundine levi ictu nec adversos percutiunt ramos.*

3 Nec haec non minima causa] *Ut haec non minima causa* ex principe editione Gesnerus et Schneiderus receperunt, postquam codicis lectionem Victorius restituerat. *nec haec minima causa* dedit Schleicherus, qui priorem huius capitis partem in melematis Varronianis Bonnae a. 1846 editis p. 16 expressit. de geminata negatione non sublata vi negandi dixi I 2, 23. de oleis alternis annis fructus ferentibus scribit Columella V 8, 1 *nam quamvis non continuis annis, sed fere altero quoque anno fructum adferat, eximia tamen eius ratio est,* ib. 9, 11 *deinde constitutum iam et maturum olivetum in duas partes dividere, quae alternis annis fructu induantur. neque enim olea continuo biennio uberat.*

4 Alia ad cibum ledatur alia ut eliquescat] *Alia ad cibum eligitur* ex Aldina editione receptum erat. *ad cibum ut condatur* Ursinus. *ledatur,* quod ex archetypo Victorius adnotaverat, delendum esse vidit Scaliger. ansam erroris dedisse adscriptam l litteram Schleicherus adnotavit. videtur autem adscriptum fuisse *l. ut edatur.*

Itaque dominum et balneas et giminasium sequitur] *Giminasium* A et Florentinus codex, *gymnasium* apographa Italorum. *itaque dominum et ad balneas et ad gymnasium sequitur* Iucundus. archetypi scripturam Victorius recepit hac addita interpretatione, 'cibis necessarium est et balneis et gymnasiis'. accusativum *balneas et gymnasium* non addita praepositione de loco dictum esse Gesnerus sibi persuasit. rectius Schneiderus *et in balneas et gymnasium.* nam ad alterum olei usum, ut corpus extrinsecus unguat, id quod in balneis et gymnasiis fit, haec pertinere apparet, *itaque dominum in balneas et guminasium sequitur.*

5 Haec de qua fit oleum congeri solet aceruatim dies singulos] Eodem modo Nonius p. 62, 2. *acervatim per*

dies singulos Iucundus. oleae, e quibus oleum fit, acervatim in tabulata congerendae sunt ita, ut singulis diebus singuli acervi fiant, de quo Columella XII 52, 3 scribit *tabulatum, quo inferatur olea, necessarium est, quamvis praeceptum habeamus ut unius cuiusque diei fructus molis et prelo statim subiciatur. verum tamen quia interdum multitudo bacae torculariorum vincit laborem, sit oportet pensile horreum, quo inportentur fructus, idque tabulatum simile esse debet granario et habere lacusculos tam multos, quam postulabit modus olivae, ut separetur et seorsum reponatur unius cuiusque diei coactura.* itaque apud Varronem *acervatim in dies singulos* scripsi. nam ita in distributione *in* ponitur, non *per,* I 2, 7 *in singula iugera dena cullea vini fiunt,* II 3, 10 *in dies singulos denarios singulos dare — sperans se capturum de praedio in dies singulos denarium mille,* II 9, 7 *pretium faciunt in singula capita,* III 2, 14 *in annos singulos plus quinquagena milia e villa capere dicebat,* III 6, 3 *dat in menses singulos hordei singulos modios,* III 6, 6 *in singulos ternos exigeret pullos,* II 7, 1 *admissarios habeo — singulos in feminas denas,* II 2, 20 *ne minus habeamus in centenas oves hirtas singulos homines, in pellitas binos,* III 8, 3 *obiciunt triticum siccum in centenos vicenos turtures fere semodium.* item *in* addidi III 6, 3 *in has a procuratore ternos pullos exigit.*

Primus quisque aceruos demittatur per sena ad uasa olearia ac trapetas quae res molae oleariae ex duro et aspero lapide] *Primitus quisque acervus dimittitur per serias ac vasa olearia et trapetas quaeres, molae oleariae duro et aspero lapide* Merula, *primus quisque acervus demittatur per serias ac vasa olearia ad trapeta, in quae eam terent molae oleariae e duro et aspero lapide* Iucundus. *demittatur per se ad vasa* Popma, *demittatur per sena vasa olearia ad trapetas* coniecit Schneiderus. *serias* in principe editione recte restitutum esse certum est. nam pravo iudicio Scaliger *sena,* quod ex codice Victorius adnotaverat, ita defendit, ut senum esset genus vasis, quod sinum vel sinus dicitur. serias in apparatu torcularii Cato c. 12 commemoravit et ipse Varro III 2, 8 *serias olearias aut trapetas;* vasa, in quibus oleum servatur, easdem appellavit Columella XII 52, 14 *dolia autem et seriae, in quibus oleum reponitur, non tantum eo tempore curanda sunt, cum fructus*

necessitas cogit, ib. 17. eas igitur Varro, si archetypi lectionem sequimur, ab oleariis vasis ita distinxit, ut oleae ex tabulatis in serias, ex his in vasa olearia ac trapetas demitterentur. sed potius scribendum erat *demittatur per serias ac vasa olearia ad trapetas*, h. e. per serias et alia genera vasorum. trapetas autem ipsas molas olearias Varro dixit et hoc loco et de ling. lat. V 138 *trapetes molae oleariae vocantur, trapetes a terendo, nisi graecum est.* subtilius distinctis generibus instrumentorum Columella XII 52, 6 molas a trapeto, quod dixit, diversas posuit, *oleo autem conficiendo molae utiliores sunt quam trapetum, trapetum quam canalis et solea.* denique veterem lectionem *quae res molae oleariae*, quae interpolata Aldinae editionis lectione, quam supra posui, in editis exemplaribus corrupta erat, veram esse Scaliger cognovit et usum nominis *res* adscriptis exemplis comprobavit. exempla autem, quibus id nomen cum relativis vel demonstrativis pronominibus pro certo aliquo nomine ponitur, in his Varronis libris sunt haec, I 16, 6 *viae — aut flumina —, quibus utrisque rebus evehi — scimus,* I 17, 1 *homines et adminicula hominum, sine quibus rebus colere non possunt,* II 4, 6 *faba et hordeo et cetero frumento, quae res non modo pinguitudinem efficiunt,* III 16, 23 *propolim — quam rem etiam nomine eodem medici utuntur,* II 7, 8 *scillae medium conterunt —: tum ea re naturam equae — tangunt,* III 16, 12 *melittonas ita facere oportet, quos alii melitrophia appellant, eandem rem quidam mellaria;* et similiter I 12, 4 *ab hac utraque re superiora loca tutiora,* ubi *re* in codice omissum addidi.

6 In acervis iactando ventilare oportet] *In acervis,* quod ex superioribus, ut videtur, consueto librariorum errore repetitum erat, delevi. nam *in acervis ventilare* dici non poterat de oleis, quae, dum etiam in acervis sunt, iactando ventilantur.

7 Non solum denigrare terram sed multitudine facere sterilem] *Sed etiam multitudine* Merula. *sed* non addito *etiam* post *non solum* legitur praeterea I 37, 2 *non solum in ovibus tondendis, sed in meo capillo.*

LVI Em quin adsum] Ita in archetypo scriptum fuisse testimonio Victorii constat (nam quod in explanationibus *absum* scripsit, errori tribuendum est), atque hoc ipsum Politianus voluit, quamquam in lectione principis editionis *ille enim ecquid*

adsum corrigenda *enim* non delevit. *em quim adsum* codex Florentinus, *et qui adsum* Caesenas, *en adsum* m, quod in Aldinam editionem receptum erat. *em qui adsum* Ribbeckius de particulis latinis p. 31 coniecit. retinui lectionem archetypi a Victorio primum editam, in qua cum verbo *adsum,* quod habet vim demonstrandi, *quin* particula adfirmativa coniuncta est.

Quod ita fit iucundius pabulum] *Fiet* Ursinus.

Ex eo intellegitur quod pecus utroque posito libentius est] Brevitatis dicendi, qua Varro usus est, parum intellegens fuit Gesnerus, cum in hunc modum verba conformanda esse putaret, *id ex eo intelligitur, quod pecus utroque posito illud libentius est,* vel adeo *quod sit iucundius ex eo intelligitur, quod pecus utroque posito illud libentius est.*

LVII 1 Et triticum condi oportet] *At triticum* ex principe editione receptum erat. de condendis fructibus eodem ordine, qui supra c. 49 sqq. de fructibus maturis capiendis institutus erat, disputatur, primum de pratis et faenisiciis, deinde de frumento, tum de uvis et pomis, postremo de oleis. in qua disputatione cum post faenisicias de frumento condendo praecipiendum esset, neque *et* neque *at* locum habet. quare delevi particulam, quae saepe in codicibus errore scribentis addita erat.

Parietes et solum opere tectorio marmorato loricandi] *Loricandum* scripsi, quod ratio et usus sermonis postulabat, sive accusativo casu dictum est *parietes et solum* sive nominativo: I 13, 4 *cuius latera et summum virgis ac fronde vindicatum a sole.*

Ex argilla mixto acere] *Mixta* scripsi. nam hoc legit Priscianus V p. 162, 17 *invenitur etiam hoc acus huius aceris, quod Graeci σκύβαλον dicunt, id est purgamentum frumenti, Varro rerum rusticarum III 'acus substernendum gallinis parturientibus' (acus in area excutitur): idem in I argillam mixtam acere.* ea enim quae inter duo Varronis exempla scripta sunt non sunt Varronis, sed a grammatico addita.

2 Quidam granaria habent sub terris speluncas] *Sub terra* scribendum erat: I 63 *sub terra qui habent frumentum in iis quos vocant sirus,* I 45, 2 *sub terra crescunt,* ib. 3 *sub terra alescunt.*

Alii ut in hispania citeriore puteos ut in agro car-

thaginiensi et oscensi] *Carthaginiensi* Politianus, *carthaginensi* vel *cartaginensi* libri manu scripti. transpositis verbis scripsi *alii puteos, ut in Hispania citeriore in agro Carthaginiensi et Oscensi.* nam in Hispania citeriore duae frumenti condendi rationes notantur, altera sub terra in puteis, quae est in agro Carthaginiensi et Oscensi, altera, quae postea describitur, supra terram, cum granaria in agro sublimia fiunt, quod in Hispania et in Apulia quidam faciunt.

3 Subtus a solo uentus regerare possit] *Regelare* ex Victorii editione receptum erat. *refrigerare* potius scribendum esse vidit Schneiderus. *subtus a ventis refrigerari possit* Ursinus coniecerat. nam *regelare* est gelu liberare, Colum. I 5, 8 de villa *matutino regelari ortu poterit, ut concreti rores liquescant,* XI 2, 7 de vitibus et arboribus *dum hae regelatae secantur,* X 77 *post ubi Rhipaeae torpentia frigora brumae Candidus aprica zephyrus regelaverit aura,* Senec. epist. 67, 1, Martial. III 93, 17. XI 8, 6. *refrigerare,* frigidum facere, legitur apud Varronem I 61 *refrigeratum conditur,* II 2, 11 *quaad refrigeratur,* IIII 17, 9 *refrigerare piscinas.*

LVIII Faba legumina] *Faba et legumina* edita ante Victorium exemplaria, sicut legitur apud Plinium XVIII 307, neque a Varrone talia sine copula posita esse puto.

Quas suspendas opportunissimas esse duracinas et aminneas scantianas De pomis conditiua mala struthea cotonea scantiana scandiana orbiculata et quae antea mustea uocabant nunc melimela appellant haec omnia in loco arido et frigido supra palea posita seruari recte putant] *Duracinas et amineas et scantianas* Iucundus. de uvis praecepta Catonis 7, 2 sunt haec, quae minus accurate a Varrone expressa sunt, *quas suspendas duracinas aminnias maiores, vel ad fabrum ferrarium pro passis eae recte servantur.* eadem a Plinio XIV 47 sic, ut apud Catonem scripta sunt, repetita, pauca etiam de Varrone addita sunt, *quas suspendas — servantur. nec sunt vetustiora de illa re latinae linguae praecepta; tam prope ab origine rerum sumus. amineam proxime dictam Varro scantianam vocat. in nostra aetate pauca exempla consummatae huius artis fuere.* sed scantianas uvas nemo comme-

moravit, poma eo nomine saepe appellantur. quare dubito, num singulari Varronis opinioni hoc tribuendum sit, ut aminneas uvas scantianas dixerit, sed vitio scribentis factum esse puto, ut ex iis quae postea de pomis scripta sunt in hunc locum nomen transferretur. atque etiam apud Plinium parum apte haec interposita esse facile apparet. itaque apud Varronem *scantianas* inclusi, apud Plinium ea quae huc pertinent, *amineam proxime dictam Varro scantianam vocat,* ex libro Varronis vetere vitio corrupto videntur addita esse. *duracinas aminneas* olim scribendum conieci, ut est apud Catonem; poterat tamen Varro, si duracinas ab aminneis uvis diversas esse volebat, addita copula *duracinas et aminneas* scribere. sequuntur praecepta de pomis, de quibus Cato 7, 3 scribit haec, quae ipsa quoque Varro non plane accurate expressit, *poma, mala strutea cotonea scantiana quiriniana, item alia conditiva, mala mustea et punica.* in his primum in editis ante Victorium exemplaribus *de pomis* omissum et tituli loco *de pomis condiendis* vel *condendis,* quod in indice capitulorum legitur praescriptum erat. *de pomis conditiva* autem, i. e. ea quae ex pomis conduntur, sic ut *poma* apud Catonem, universum genus significant eorum, de quibus praecipitur. deinde in Iuntina editione pro eo quod in manu scriptis libris et in antiquioribus editionibus legitur *scandiana* ex Catone substitutum erat *quiriniana,* quod a Victorio receptum et in reliquas editiones propagatum est. sed ex iis malorum generibus, quae a Catone nominata erant, Varro repetivit quattuor, *struthea cotonea scantiana mustea,* duo addidit nova, *scaudiana* (nam ita potius scribendum est) et *orbiculata.* e quibus orbiculata saepe appellantur, scaudiana a Scaudio, inventore generis, nomen traxisse ait Plinius XV 49. eadem appellant Plinius iterum XV 58, Columella V 10, 19, Cloatius apud Macrobium Saturn. III 19, 2, Celsus de med. II 24. IV 26. *scaudiana* habent optimi codices apud Plinium et Macrobium, *scaidiana* codex Sangermanensis Columellae. — *supra paleas* Am et edita inde ab Aldina editione exemplaria, *supra palea* apographa recentiora. *supra paleam* olim scripsi. nam plerumque singulari numero paleam Varro dixit, I 13, 4 *operta stramentis ac palea,* 52, 2 *acus ac palea,* 59, 3 *substrata palea vel etiam floccis,* II 2, 10 *folia ficulnea et palea,* 5, 12 *palea ac faeno,* III 10 *substernendum palea,* ib. 4 *substramen e*

palea; sed plurali numero I 57, 2 *paleis substernunt,* II 8, 2 *educant eum paleis faeno hordeo.*

LIX 2 Etenim in quibus luxuria concesserit ut in pinacothece faciant] *Etenim si ii quibus luxuria concesserit, id in pinacothece faciunt* Iucundus. veterem scripturam Angelius restituit, ubi *etenim ii quibus* scribendum coniecit Schneiderus. neutro genere dictum est *in quibus,* non masculino. nam genus significatur luxuriae, in quo illa cenarum ratio est; neque ii qui in pinacotheca cenam faciunt idem in oporotheca instituunt.

3 In tabulis ut opere marmorato] *In tubulis ut in opere marmorato* Iucundus, ubi *tabulis* Angelius restituit. *in tabulis aut in opere* coniecit Schneiderus, *in tabulis in opere* scripsi. in oporotheca opus marmoratum fieri supra dictum erat. in hoc alii in tabulis mala ponunt, alii paleam vel floccos substernunt.

Mala cotonea struthea in pensilibus iunctis] Pensilia postea c. 68 dicuntur fruges pendentes. quod si quis ad hanc descriptionem transferre volet, pensilia iuncta erunt rami frugum pendentium inter se coniuncti, in quibus mala cotonea et struthea suspenduntur. sed rectius intelleguntur tabulae vel crates pendentes et inter se iunctae, in quibus mala ponuntur. temere Schneiderus multa, in quibus pensilium pomorum mentio facta esset, excidisse et post *struthea* notam lacunae adponendam esse putavit.

Sorua per se — facile durare seruare rapa consecta in sinape] *Servare* olim propter insolentem verborum compositionem delendum notavi. poterit tamen hoc neglegentiae scriptoris et brevitati dicendi in hoc genere praeceptorum tribui, quod diversi generis infinitivi *durare* et *servare* positi sunt. similis neglegentiae exempla inveniuntur I 30 sqq. I 49.

Eaque si coieceris in terram et obteris circum ramum si extrinsecus spiritus adflet ea non modo integra exsimi sed etiam maiora] *Eamque si conieceris* edita inde a principe editione exemplaria. *obteres* Iucundus. *sic ne extrinsecus spiritus afflet* Angelius. *obrueris* vel *obruas circum ramum, ni extrinsecus spiritus afflet* Ursinus, ubi *ni* pro *ne* positum esse voluit. Varronis praecepta de punicis malis rettulit Plinius XV 60, *M. Varro et in doliis harenae servari iubet et*

inmatura obrui terra in ollis fundo effracto, sed spiritu excluso ac surculo pice inlito; sic etiam crescere amplitudine maiore, quam possint in arbore. ipse Varro secutus est Theophrastum de caus. plant. V 6, 1 *τὰ δὲ τῶν καρπῶν μεγέθη τῶν κατορυττομένων ἐν ταῖς χύτραις, ὅταν κατάγωσι τοὺς ἀκρεμόνας, οἷον ῥοῶν καὶ μήλων εὐλόγως γίνεται. τό τε γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ἀέρος ἀφαιρούμενον ἡ χύτρα κωλύει ἀποστέγουσα καὶ ἅμα τὴν ἐκ τῆς γῆς ἕλκει νοτίδα, δι' ἧς τρέφεται.* ex his primum *eaque si coieceris*, sicut in codice scriptum erat, restitui: nam ipsa mala punica cum olla in terram coniciuntur. deinde *obleris* scribendum esse olim viderat Petrus Faber comment. in Cicer. academ. I 8 p. 274 ed. Davis. collatis iis quae supra ex Plinio posui et ipsius Varronis verbis I 41, 2 *ne extrinsecus imbres noceant aut nimius calor, argilla oblinendum.* idem postea Zahlfeldtius coniecit; *obleveris* coniecerat Schneiderus. denique *ne* ex Iuntina editione recepi, *eaque si coieceris in terram et obleris circum ramum, ne extrinsecus* sqq. — breviores verborum formas a Varrone usurpatas esse post Spengelium emendat. Varron. spec. I a. 1830 p. 5 adnotavit Kettnerus observat. crit. in Varr. a. 1868 p. 1. rariora eius generis exempla in his libris sunt haec, I 8, 5 *oppleris,* 44, 2 *requierit,* III 16, 32 *remoris.* item II 4, 10 et 9, 7 *consuerunt,* II 7, 13 *consuerint,* non *consueverunt;* I 36 *norit,* III 2, 14 *nosti,* 16, 3 *nosse* et *novisse.* praeterea in prima coniugatione frequentissimae sunt formae breviores et vulgares, pleniorum pauca sunt exempla, II praef. 2 *servaverunt,* II 1, 8 *nominaverunt,* ib. 28 *appellaverunt,* III 9, 2 et 16, 29 *factitaverunt,* I 18, 8 *repastinaverimus;* in quarta I 1, 11 et II 10, 8 *audii,* I 2, 27 et III 16, 10 *audivi,* reliqua sine *v* littera; III 7, 7 *obleverunt.*

LX De oliuitate oleas esui optime condi scribit Cato orcites et puseas aridas uel uirides in muria uel lentisco contusas orcites nigras sale si sint confricatae dies quinque et tum sale excusso biduum si in sole positae fuerint manere idoneas solere] Non. p. 148, 1 *Olivitatem fructus oleae Varro — idem de re rustica lib. I 'non modo integra eximi sed etiam maiora, quam in arbore umquam pependerint* (*maior — pependerit* codd.). *de olivitate oleas esui optime condi scribit Cato'*. Catonis verba sunt haec, 7, 4 *oleas*

orcites posias, eae optime conduntur vel virides in muria vel in lentisco contusae, vel orcites, ubi nigrae erunt et siccae, sale confriato dies V, postea salem excutito, in sole ponito biduum. apud Varronem autem *de olivitate* in editis ante Victorium exemplaribus omissum erat. neque vim praepositionis perspexerunt editores, qui hoc tituli loco praescriptum esse putabant, sed genera indicantur olearum, quae de olivitate, hoc est ex fructibus oleae, ut est apud Nonium, ad edendum conduntur. sed quae de praeceptis Catonis referuntur, in codicibus corrupta sunt. neque enim oleas orcites et puseas aridas vel virides condi scribit Cato, sed virides in muria vel orcites, ubi nigrae et siccae fuerint, sale confriatas. quare *aridas*, quod in alienum locum translatum erat, in suum locum restitui, *orcites et puseas vel virides in muria vel in lentisco contusas: orcites nigras aridas, sale si sint confriatae* sqq. *confriatae* scribendum esse monuit Ursinus: I 9, 7 *frietur,* I 57, 1 *adfriat,* III 6, 37 *infriandum,* sed III 9, 12 *perfricant* et III 16, 37 *perfricanda.*

Condire recte amurcam sqq.] Pravo modo haec ab editoribus distincta erant, *condire: recte amurcam* sqq. *condi* ex coniectura Ursini Schneiderus edidit. restabat ut coniunctio verborum corrigeretur, *condi recte: amurcam* sqq.

LXI Eius conditio cum expressa effluxit quod statim de ea decoquuntur duae partes et refrigeratum conditur in uasa] *Eius conditio, cum expressa olea, quod statim effluxerit de ea, decoquuntur duae partes* Iucundus, quod Schneiderus recepit, postquam scriptura archetypi a Victorio restituta erat. deleto *quod,* quo ordo verborum perturbatur, scripsi *eius conditio: cum expressa effluxit, statim de ea decoquuntur duae partes* sqq. cum primum amurca expressa ex olea effluxit, duae partes de ea decoquuntur, deinde id quod relictum est refrigeratur et in vasa conditur. temere Schneiderus haec cum iis quae de amurca tuenda praecipiuntur c. 64 coniungenda et duo capita a librariis divulsa in unum corpus redigenda existimavit, non intellecto nimirum ordine disputationis, quem Varro instituerat, ut primum de condendis, deinde de promendis et tuendis fructibus ageretur. *decoquuntur duae partes* quid sit, explicavit Schneiderus comparatis inter se iis quae de amurca scripta sunt apud Columellam VII 5, 9 *eidem remedio est amurca duabus*

partibus decocta et apud Celsum de med. V 28, 16 *amurca ad tertiam partem decocta.* decoctis enim duabus partibus relinquitur tertia; et ita scripsit Varro I 2, 26 *usque qua ad tertiam partem decoxeris* et Columella XII 12, 3 *usque in quartam partem decoquunt*, item XII 24, 1 et XII 34. neutro genere participii *refrigeratum* ea pars amurcae, quae post decoctionem relicta et refrigerata est, significatur: I 2, 17 et II 3, 7 *capra natum*, II 2, 14 *natum ex his*, I 13, 2 *intra clausum in consaepto*, I 41, 1 *recenti insito*, III 17, 7 *salsamentorum emptum.*

LXII Ea quod dissimilia sunt inter se aliut alio tempore tuendum et utendum] Ineptum est quod adhuc ex Aldina editione receptum erat *ea quae dissimilia sunt.* sed quoniam ea quae condita sunt aut tuendi aut utendi aut vendendi causa promuntur et de iis quae vendenda sunt dicitur c. 69, scribendum erat *aliud alio tempore tuendum et utendum et vendendum.*

LXIII In sole ponere oportet aquae catinos] *Oportet atque catinos* codices Nonii p. 546, 9 et editio princeps Varronis, manifesto vitio, quo tamen Schneiderus commotus est ut *oportet atque aquae catinos* in editionem reciperet.

Ad usus cibatus expedire] *Cibatus* delevit Ursinus collatis iis quae postea scripta sunt c. 64 *ad usum recte promitur* et c. 68 *quando ad usum oporteat promi.* contra *ad cibatum* legitur 69, 1, *quod ad cibatum expeditum esse velis.* itaque scripsi *ad usum cibatus expedire.* nam plurali numero neque *ad usus* neque *ad cibatùs* dici potuit. *cibatus* praeterea legitur II 4, 15 *cibatu sustentare*, 9, 8 *cibatus canis*, III 5, 4 *cibatui offas positas*, 8, 3 *cibatui quod sit.*

Ut in pistrino pisatur ac torreatur] *Pristino* codex Caesenas, *pistrino*, reliqua apographa. *pistino* errori Politiani, qui minus accurate principis editionis lectionem *pristino* correxerat, tribuendum videtur. *pristino* codices Nonii p. 163, 15. *Pisare frangere vel tundere, Varro de re rustica lib. I promendum hieme* (*diem* codd.), *ut in pristino pisetur ac torreatur.* apud Varronem c. 69 *pistrino* et apud Catonem c. 136 *pistrinum* in omnibus libris manu scriptis est. Plautinorum codicum scripturas Ritschelius opusc. v. II p. 459 adnotavit. deinde *pisetur* ex Nonio recepi, quod Georges Philol. v. XXXII p. 530 probavit et

exemplis confirmavit. III 16, 28 *pisierunt* ex codice restitui, quamquam ea forma perfecti ab aliis usurpata non est; *pinsui* Pomponius apud Diomedem p. 373, 7 et apud Priscianum l. XII p. 535, 21. sed *pinsibant* Ennius apud Varronem de ling. lat. V 23, ubi Bergkius script. min. v. I p. 360 *pinsebant* scribi voluit. *pinsere* Varro apud Nonium p. 152, 13 *in pristino pinseret far*, ib. 15 *ruri far pinsebat;* de ling. lat. V 138 *pilum, quod eo far pisunt.*

LXIV Amurca cum ex olea expressa qui est humor aquatilis ac recrimentum et conditum in uas fictile id quidam sic solent tueri diebus XV eo quod est leuissimum ac summum deflatum ut traiciant in alia uasa et hoc idem interuallis duodeciens sex mensibus proximis item faciant] *Retrimentum conditum* edita inde a principe editione exemplaria, et apte hoc defendit Victorius exemplo Varronis apud Nonium p. 217, 24 *Varro Prometheo libero retrimenta cibi qua exirent per posticum canalem feci. cibi retrimenta* legitur Macrob. comm. in somn. Scip. I 6, 77 et *retrimenta* saepius Saturn. VII 4, 18; 23; 24. 11, 9. 15, 19; 20. *recrementa* Gell. XVII 11, 2, *ex recrementis farris* Plin. XVIII 142. utrumque est in glossis latino-graecis v. II p. 170, 6 *recrementum,* p. 174, 26 *retrimentum.* Varro autem retrimentum oleae dicit quod terendo relinquitur vel fraces, quas dicit Cato c. 64 et 67 et cum amurca ab oleo removendas esse docet. hoc igitur una cum amurca a quibusdam in vas fictile conditur et per sex menses quinto decimo quoque die promitur, ut illud quod in eo levissimum ac summum est defletur et in alia vasa traiciatur; tum demum decoquitur. itaque haec condendi et tuendi ratio diversa est ab altera, quae antea c. 61 descripta erat, cum amurca statim, cum expressa ex olea effluxit decoquitur. — deinde *in eo quod est* scripsi; *ex eo* ex Aldina editione Schneiderus. *iisdem intervallis* ex eadem editione restituendum esse Gesnerus adnotavit.

Tum decocunt in ahenis lenilignis duas partes quaad regerunt] *Tum* plurima apographa et Victorius, *tunc* in principe editione Politianus non correxerat. *lenibus lignis* Scaliger coll. Cat. c. 69 *lenibus lignis facito calescat,* Plin. XXXVI 193 *lenibus autem aridisque lignis coquitur.* sed verum est quod

idem coniecit *leni igni:* Plin. XXI 122 *lenique igni sucus coquitur, donec fiat crassitudo mellis.* nam lenibus lignis in amurca coquenda vix opus est, sed leni igne. *ad duas partes* Ursinus, *ad duas partes quoad redegerunt* Gesnerus et omissa praepositione, quam Ursinus addiderat, *decoquunt — duas partes quaad redegerunt* (sc. ad minus) Reiterus quaest. Varron. gramm. p. 56. hi omnes fundamento emendationis usi sunt loco Varronis apud Nonium p. 551, 18 *Sapa, quod nunc mellacium dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Varro de vita populi Romani lib. I sapam appellabant quod de musto ad mediam partem decoxerant, defrutum, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferve faciendo.* recte autem Gesnerus *ad duas partes redegerunt.* nam sine praepositione *redigere* dici non potuit, ut esset 'ad minorem partem redigere'. sed hoc potius praescribitur, amurcam ita decoquendam esse, ut una parte decocta ad duas partes redigatur, *tum decocunt in ahenis leni igni, ad duas partes quaad redegerunt.*

Tum denique ad usum recte promitur A, et hoc voluit Politianus, qui minus accurate principis editionis lectionem correxit. *mustum denique* apographa Italorum, *mustum tum denique* m. in archetypo *mustum denique prima* manu scriptum fuisse videtur, postea correctum *tum denique.*

LXV Quod mustum conditur in dolium ut habeamus uinum non promendum dum feruet neque etiam cum processet ita ut sit uinum factum si uetus bibere uelis quod non fit antequam accesserunt anniculum prodit] *Neque etiam cum processit, ita ut sit vinum factum. si vetus bibere velis, quod non fit antequam acescit anniculum promito* Merula, *neque etiam cum processit, nisi prius sit vinum factum. si vetus bibere velis, quod non fit antequam accesserit annus, tum, cum fuerit anniculum, promitto* Iucundus, *neque etiam cum processit ita, ut sit vinum factum. si vetus bibere velis, quod non fit ante, quam accesserit annus, tum, cum fuerit anniculum, prodit* Victorius. ceteris obfuit error Victorii, qui Aldinae editionis lectione deceptus pro eo quod ipse ex codice ediderat *prodit* in antiquis codicibus *promitto* legi adnotavit. *quod non fit, antequam accesserunt anni, culleum promito* coniecit Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 31. correcta prava

verborum distinctione, quae inde a principe editione vulgata erat, scripsi *neque etiam cum processit ita, ut sit vinum factum, si vetus bibere velis, quod non fit, antequam accesserit annus: anniculum prodit.* mustum neque dum fervet neque cum eo processit, ut iam vinum factum sit, promendum est, siquis vetus vinum bibere velit. vetus autem vinum tum demum fit, cum annus praeteriit. anniculum prodit, i. e. anno postquam conditum erat primum e cella pomitur.

Ex eo genere uvae quod mature cocescant] *Quae, dum maturescit, coacescat* Iucundus, *quod mature coacescat* Victorius. pluralem numerum *coacescant* cum singulari *quod* coniunctum exemplis nominum pluralis numeri, quibus *id genus* vel *quod genus* additum est (I 29, 2), parum apte defendit Zahlfeldtius l. c. *cocescat* scripsi, sicut I 41, 2 *colescat*, III 16, 28 *coctas* pro *coactas*, cuius generis exempla Lachmannus in Lucr. p. 134 composuit.

LXVI Oleas albas quas conderis nouas sic celeriter promas nisi condideris propter amaritudinem respuit palatum] *Oleas albas, quas condire vis novas, sic celeriter condito, ut promas, nisi condieris, propter amaritudinem illas respuit palatum* Iucundus, *oleas albas, quas condideris in vas, ut celeriter promas, nisi condieris, propter amaritudinem respuit palatum* Ursinus, *oleas albas, quas condideris novas, si celeriter promas, nisi condideris, propter amaritudinem illas respuit palatum* Victorius. in verbis *nisi condideris* corrigendis frustra laboraverunt editores. his remotis scripsi *oleas albas quas condideris, novas si celeriter promas, propter amaritudinem respuit palatum.* ex duobus generibus olearum, quae conditae sunt, albae, dum novae sunt, omnino non promendae, nigrae, si novae promuntur, prius sale macerandae sunt, ut libenter edantur.

LXIX 2 Narrat ab nescio quo percussum cultello concidisse quem qui esset animaduertere in turba non potuisse] Si integra haec sunt, sicut in archetypo legebantur, hoc dicit libertus, se in turba animadvertere non potuisse, quis percussus esset, postea patronum interfectum esse intellexisse. aptius tamen procedet oratio, si scribitur *narrat patronum ab nescio quo percussum cultello concidisse, quem qui esset* sqq.

3 Nec si eum seruare non potuisset quin non multo

post animam efflaret tamen putaret se fecisse recte] Non satis accurate Scaliger duas negationes pro una positas esse adnotavit, *nec si — non potuisset,* de quo genere dixi I 2, 23. sed repetita negatione dicendum erat *nec, si eum servare non potuisset —, tamen non putare se fecisse recte.* pro hoc neglecta negatione, quae ab initio posita erat, scriptum est *tamen putare.*

II

Praef. 2 Quum uocent] *Quum* habent optima apographa et in archetypo legisse videtur Victorius, *quin* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, *quem* Florentinus. retinere autem villam per ludibrium dicuntur ii qui, dum graecis vocabulis partes villae appellant, nomen villae tueri sibi videntur.

2 *Podyterion* plurima apographa, et sic in archetypo scriptum fuit, non *apodyterion,* quod Merula restituit et Politianus in principe editione non correxit. deinde *peripteron* ex manu scriptis libris restitui, *περιστερεῶνα* Iucundus dederat, qui graeca vocabula exhibuit, quae postea ab editoribus recepta sunt.

3 Frumentum locamus qui nobis adueat qui saturi fiamus ex aphryca et sardinia] Sententiam verborum, quae olim prava distinctione obscurata erat, demonstravit Commeliniana editio, *frumentum locamus qui nobis advehat, qui saturi fiamus ex Africa et Sardinia,* h. e. ut ex Africa et Sardinia saturi fiamus. nam adverbii loco *qui* cum verbo *fiamus* positum est: I 24, 4 *ut sit qui vitis alligari possit,* II 1, 28 *est qui expleas duplicem istam lacunam,* III 17, 9 *maritumum flumen inmisisset in piscinas, qui reciproce fluerent ipsae;* et similiter I 38, 1 *videndum et qui et quo genere potissimum facias,* II 1, 16 *quando et qui* et ib. 17 *qui potissimum quaeque pecudum pascatur,* in interrogatione III 2, 12 *qui minus possum.*

4 Nec si possunt in agro pasci armentarius non aliut ac bubulcus] *Nec si possit in agro pasci armentarius, non aliud ac bubulcus* Iucundus, ubi Gesnerus pravam verborum distinctionem correxit, *non alius* Schneiderus coniecit. restituta lectione archetypi addidi *armenta,* quod exciderat, *nec si possunt in agro pasci armenta, armentarius non aliut ac bubulcus.* ut

opilio ab aratore diversus est, ita armentarius, neque propterea, quod armenta in agro pasci possunt, non alius est armentarius, qui boves indomitos pascit, alius bubulcus, qui eos in arando agit. *aliud* neutro genere dictum I 2, 15 *aliud pastio et aliud agri cultura,* I 3, *cultura non aliud est,* item III 2, 10 *villam — quae esset utrumque, et ea et urbana.*

Causa fit] *Fit* deleri voluit Ursinus.

5 Coloni aeque agricultura factum ut nascerentur e terra contra pastoris ea quae nata ex pecore] *Coloni ea quae in agricultura* Merula. *coloni, ut ea quae in agricultura nascantur e terra fructum faciant, contra pastoris, ut ea quae nata ex pecore* Iucundus. lectionem archetypi a Victorio indicatam *coloni aeque agricultura factum* sqq. pravo modo defendit Scaliger ita, ut aequus esse labor colono et pastori diceretur, cum alter ex terra fructus perciperet, alter ex pecore. *ea quae* pro *aeque* scribendum esse viderat Merula, sed in reliquis non erat cur codicis scriptura mutaretur. coloni sunt ea quae ut e terra nascerentur agri cultura factum est, pastoris ea quae ex pecore nata sunt. nam pro scientia eorum quae nascuntur ipsae res, ad quas ea scientia pertinet, appellantur. deinde relativum pronomen *quarum,* quod sequitur, ad ea quae antea scripta erant, *alia ratio ac scientia coloni, alia pastoris,* refertur.

Ex ea enim quoque fructus tolli possunt non mediocres ex ornithonibus. ita haec inter se coniungenda neque interposita distinctione, quae in Commeliniana editione addita erat, separanda sunt. nam bis posita praepositione *ex* et cum uno verbo coniuncta accuratius res definitur consueto Varronis usu: I 2, 9 *e radicibus quae nascerentur e solo,* 16, 4 *ne de fundo familia ab opere discedat,* 54, 2 *in piscinam in amphoram picatam descendat —, in aream in carnarium escendat,* 59, 3 *in tabulis in opere marmorato,* II 1, 26 *in hibernis habent in villis mulieres,* 4, 11 *in Hispania ulteriore in Lusitania,* III 2, 13 *ex iis pastionibus ex una villa maiores fructus capere,* ib. 14 *ex quibus rebus — plus quinquagena milia e villa capere dicebat,* 7, 6 *e quo foras ex peristerone evolare possint matres,* 12, 6 *ab eo dictum leporem a celeritudine,* 13, 1 *ex superiore loco e palaestra.* similia sunt haec, quae ipsa quoque editoribus offensioni

fuerunt, I 9, 5 *ad culturam pinguis fecundior ad multa,* I 39, 1 *natura ad quod tempus cuiusque seminis apta sit ad serendum.*

6 *Turrani*, quod habent apographa, in archetypo fuit, non *Turanni,* quod in principe editione Politianus non correxit. item II 11, 12 *turrani,* III 1, 9 *turranium.* codicis scripturam Victorius restituit.

Qua de re pecuaria breuiter ac summatim percurram] Deleto pronomine *qua* Ursinus iustum verborum nexum restituit, *tibi — de re pecuaria percurram.* nam iis quae interposita sunt, *qui vehementer delectaris — ministres* et *quod eo facilius faciam — equarias*, non mutato enuntiationis ordine causa indicata est, cur ad Turranium haec disputatio de re pecuaria mittatur. *quare de pecuaria* Victorius coniecerat interrupto ordine sermonis.

Incipiam hinc HIC INTERMISIMUS] *Hic intermisimus* in archetypo maiusculis litteris scripta erant ideoque in apographis Italorum omissa sunt. videtur autem hoc a librario adscriptum esse, qui intermisso spatio lacunam veteris scripturae a se significatam esse indicaverat. Lachmannus script. min. p. 165 ipsi Varroni ea verba tribuenda esse putavit, quae ab illo adscripta essent, ut intermissam a se narrationem, quam postea perficere volebat, adnotaret. Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 23 'codice archetypo mutilato haec verba extrema amissae partis orationis esse' opinatur, cum in iis quae lacuna periissent narratum esset propter discessionem Menatis sermonem intermissum esse. de abrupto sermonis initio monuerant Victorius et post eum Scaliger et Ursinus.

I 1 Cum menates discessisset] *Mennas* Iucundus, *Menas* Schneiderus, qui eundem hunc esse putabat atque eum qui dicitur II 3, 11 *alii etiam ad quindecim, ut Menas.* Menates iterum appellatur II 8, 1 *venit a Menate libertus.* exemplum nominis praebet titulus CIL v. I n. 633. de forma nominis disputaverunt Ritschelius opusc. philol. v. IV p. 459 et 474 et Mommsenius CIL l. c. gentile autem nomen esse, non cognomen, inde intellegi poterat, quod Varro, ubi primum eos qui sermoni interfuerunt nominat, gentili nomine uti consuevit.

Illa tria editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, *tria illa* plurima apographa, neque certo constat, quo

modo haec in archetypo scripta fuerint. sed *illa tria* comprobatur usu Varronis, I 6, 2 *ex iis tribus quartum, ubi in uno fundo haec duo aut tria sunt,* 7, 4 *quas res duas sequuntur altera illa duo,* 23, 1 *illa duo prima;* contra I 7, 5 *secundum illud,* 9, 7 *tertium illud.*

Cum poetam sesum uisere uenissemus ne medici aduentus nos inredisset] Aldinae editionis lectio *cum Petam fessum visere venissemus, ni medici adventus nos interrupisset* vulgo recepta erat, ubi *fessum* pro aegroto dictum esse volunt, ut I 13, 1 *fessi opere,* III 16, 8 *fessum sublevant,* quamquam haec diversa esse apparet. probabilis emendatio corruptae scripturae inventa non est, sed *inpedisset* scribendum esse vidit Ursinus. praeterea *nisi medici* scripsi: nisi potius *nei medici* scribendum erat. *ni* praeter formulam adfirmandi III 3, 9 *peream, ni piscem putavi esse* legitur III 1, 10 *ni tuis quoque litteris exornati parietes essent.*

2 De tertia parte ubi est de arte] *Quae est* Ursinus.

Ὅς περ] Hom. Il. *Η* 114. *Π* 709. *Φ* 107 *ὃ περ σέο πολλὸν ἀμείνων.*

C lucilii hipri] *Clucilii* vel *clucili* apographa, *C Lucilli* Politianus, de quo falsa rettulit Gesnerus: nam *Lucilli* in principe editione non mutavit, sed *C* addidit. *Hirpi* ex 'vetere codice' Ursinus notavit. unde *C. Lucilii Hirpi* Schneiderus edidit; *C. Lucceii Hirri* in adnotationibus idem coniecit, sicut apud Ciceronem epist. ad fam. VIII 8, 5 in senatus consulto olim ex coniectura Manutii legebatur. sed ibi in Mediceo codice *lucius* scriptum est, *Lucilius* Nipperdeius in Caes. p. 136 restituit; idem apud Varronem *C. Lucili Hirri* scribendum esse monuit. praeter Varronem verum nomen tradidit Plutarchus Pompei. c. 54 de tribunatu Hirri a. 701 scribens, *καὶ λόγος εὐθὺς ἐχώρει πολὺς ὑπὲρ δικτάτορος, ὃν πρῶτος εἰς μέσον ἐξενεγκεῖν ἐτόλμησε Λουκίλλιος ὁ δήμαρχος τῷ δήμῳ παραινῶν ἑλέσθαι δικτάτορα Πομπήιον.* inde et Glandorpius olim apud Caesarem de bell. civ. I 15 idem nomen restituit et Nipperdeius ib. III 82. nam a reliquis Hirrus dicitur et ab ipso Varrone iterum appellatur III 17, 3, ubi *Hirrius* in codicibus scriptum est. de eius cum Scrofa amicitia scribit Cicero ad Att. VII 1, 8 *redeo ad Hirrum. coeperas eum mihi placare; perfice: habes Scrofam, habes Silium.*

Epirotici pecuaria thietae fuit in archetypo, cuius scriptura neque a Politiano neque a Victorio accurate indicata erat. *epirotici pecuaria thieta* codex Florentinus, *epirotici pecuaria thiete* Caesenas. *epirotici pecuarii athletae* Victorius collatis iis quae III 5, 18 scripta sunt *athletae comitiorum.* ad horum similitudinem *pecuariae athletae* scripsi. nam genetivus in hac compositione verborum deesse non poterat.

3 *In Italiam* omnia apographa, *in Italia* Merula, quod in principe editione Politianus non correxit.

Et homines et pecu cum semper fuisse sit necesse] *Pecu* Politianus adnotavit, *pecd'* A, *pecudes* m, *pecus* codex Florentinus. *pecorum semper* apographa Italorum. *pecua*, quod antiquos libros habere Victorius adnotavit, in codicibus non inveni. *pecu* superscripta *d* littera correctum, ut esset *pecudes,* in archetypo fuisse videtur. verum autem haud dubie est *pecudes,* quod Iucundus edidit. nam *pecu* vel *pecua* Varro non dixit, sed *pecus* neutro genere singulari numero saepe, *pecus pecoris pecori pecore,* quo universum genus significatur, bis plurali numero *pecorum* addito nomine eiusdem numeri I 2, 21 *greges pecorum* et II 7, 16 *medici pecorum.* feminino genere singula animalia appellantur plurali numero saepe, *pecudes pecudum pecudibus,* singulari numero ter addito pronomine *quisque,* II 1, 13 *unam quamque pecudem,* ib. 14 *unius cuiusque pecudis,* ib. 15 *quamque pecudem,* quae non diversa sunt ab eo quod ibidem 17 scriptum est *quaeque pecudum,* semel per se solum eadem significatione II 11, 2 *firmo cibo pecude pasta.*

4 Ex hac uita in secundam descendisse pastoriciam e feris adque agrestibus ut arboribus ac uirgultis ac decarpendo glandem arbustum mora poma colligerent ad usum sic ex animalibus] *Et ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam e feris atque agrestibus, ut ex arboribus ac uirgultis decerpendo glandem arbutum mora pomaque colligerent ad usum, sic ex animalibus* Iucundus. ibi I. F. Gronovius apud Graevium lect. Hesiod. p. 17 *collegerant* scribendum coniecit hac addita interpretatione, 'cum, ut ex arboribus et virgultis decerpendo glandem arbutum mora pomaque in usum colligere consueverant antehac, sic ex animalibus silvestria quae possent caperent', quod Gesnerus et Schneiderus probaverunt

non perspecto ordine verborum et nexu sententiarum. nam sententiis philosophorum de principiis rerum et de initiis vitae humanae una periodo breviter comprehensis impedita est compositio verborum. in priore parte periodi autem haec posita sunt, *et homines et pecudes cum semper fuisse sit necesse — Aristoteles Stagerites;* in altera parte primum subiciuntur haec, *necesse est humanae vitae ab summa memoria* (h. e. ab summa memoria humanae vitae) *gradatim descendisse — ferret terra,* deinde sine copula haec, *ex hac vita in secundam descendisse pastoriciam, e feris atque agrestibus ut arboribus* (h. e. ut e feris atque agrestibus arboribus) — *colligerent ad usum, sic* (h. e. simili modo) *ex animalibus — mansuescerent.* sed hae duae periodi partes neglegentius inter se coniunctae sunt, cum post *cum* coniunctionem, *cum semper fuisse sit necesse,* in parenthesi posita sint haec, *sive enim aliquod fuit principium* et *sive contra principium horum extitit nullum* sqq., deinde vero neglecta iusta verborum compositione ad haec ipsa, quae interposita erant, altera pars *necesse est descendisse* adplicetur. in his autem infinitivus *descendisse* non addito nomine de hominibus dictus est, sicut postea *a vita pastorali ad agri culturam descenderunt.* deinde *ac* posteriore loco Iucundus delevit, *arbuta* coniectura Politianus restituit, *virgultis decarpendo glandem arbutum.*

Siluestria dependerent ac concluderent et mansuescerent] *Deprenderent* Beroaldus. *et mansuefacerent* Gronovius l. c., et sic legitur II 2, 2 *oves conprehensas ab hominibus ac mansuefactas. ut mansuescerent* Bauerus in Sanct. Minerv. III 3 p. 489 coniecit; idem tamen *et* mutato subiecto verbi recte dici adnotavit, 'et illa mansuescerent'. plura eius generis exempla in his libris inveniuntur, quae editoribus suspicionem moverunt, I 1, 6 *neque robigo frumenta atque arbores corrumpit neque non tempestive florent,* 1, 7 *quae non inerunt et quaeres,* 59, 3 *cum haereant in sua virga et demiseris,* II 1, 16 *greges ovium longe abiguntur — atque ad publicanum profitentur,* 1, 21 *morbosum pecus est vitiosum, et quoniam non valet, saepe magna afficiuntur calamitate,* 7, 10 *praegnatem neque inplere cibo neque esurire oportet,* III 7, 2 *ex iis duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa atque incedunt in locum unum,* 7, 7 *multi in theatro e sinu missas faciunt atque ad locum re-*

deunt, 9, 2 *quem ad modum admittant et pariant*, 10, 2 *est enim alterum genus varium, quod ferum vocatur, nec cum iis libenter congregantur, nec aeque fit mansuetum.*

Hae natura quietae libri manu scripti omnes. errori Politiani tribuendum est, quod in corrigenda principis editionis lectione *natura* non addidit.

Ad corpus uestitum et pelles adtulerunt] *Ad vestitum et pelles et lanam attulerunt* Schneiderus, *ad corpus vestiendum lanam et pelles adtulerunt* Heidrichius Varronian. I p. 32, *ad corporis vestitum pelles attulerunt* olim conieci. poterat tamen *vestitum et pelles* a Varrone ita dici, ut vestitum diceret vestes e lana ovium factas.

5 Dum annus perueniret] *Dum ad nos perveniret* Victorius, impersonali verbi usu, ut I 23, 3 *fabalia, si ad siliquas non ita pervenit*, I 44, 1 *cum decimo redeat* et *cum centesimo redire solitum*, I 2, 22 *magis putem pertinere. dum ad nos pervenirent* Buttmannus de Dicaearcho p. 17.

Ab ouibus ut in phrygia] *Ut in Phrygia ex ovibus* Iucundus.

Caprarum quas latine rotas appellant] *Platycerotas*, quod est cervorum genus apud Plinium XI 123, post Turnebum probavit Scaliger, *strepsicerotas* ex Plin. VIII 214 et XI 124 Schneiderus. sed latinum nomen appellari ex iis quae deinde de feris capris in Italia narrantur apparet.

Putat optima apographa et ex archetypo, ut videtur, Victorius, *putant* m et codex Caesenas et edita ante Victorium exemplaria, quod in principe editione Politianus non correxit.

In dardanica et medica] *Dardanica* libri manu scripti omnes, *Dardania* Politianus in principe editione non correxit. deinde *Maedica* scripsi, h. e. *Μαιδική*, quam regionem una cum Dardanica Strabo VII p. 316 et 318 appellat

Phrygia et chaonia] *Lychaonia* Beroaldus, *Lycaonia* Plinius VIII 175 et libri Varronis II 6, 3.

6 *Polyrnas*, quod habent apographa, in archetypo scriptum erat; *polyarnas*, quod in principe editione Politianus non correxit, Merulae coniecturae debetur.

Quod ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt] *Qui* ex principe editione receptum

est repetito pronomine, sicut postea *ut* bis positum est. olim *quod* deleveram.

Ut argis atreus quam sibi thiesten subduxe queritur ut in colchide actam] *Et in Colchide Oeta* Merula. *ut Argis Atreus, quam sibi Thyesten subduxisse queritur, ut in Colchide Oeta* Iucundus, ubi *subduxe* et *Aeeta* Victorius dedit. *Aeetan* Politianus coniecerat. correcta distinctione verborum, quae ex Aldina editione vulgata erat, et addita praepositione *ad* scripsi *ut Argis, Atreus quam sibi Thyesten subduxe queritur, ut in Colchide ad Aeetam.* nam *ad Aeetam* habet loci significationem, sicut *in Libya ad Hesperidas,* ubi pravo iudicio Schneiderus *ad* delevit. exempla praepositionis *ad* cum nominibus hominum in significatione loci coniunctae praebent libri grammaticorum; Varronis sunt haec, I 2, 12 *ad te enim rudem esse agri culturae nunc, olim ad Stolonem fuisse dicunt,* III 2, 12 *posse ad te fieri — pastiones,* III 14, 3 *ad propolam vitam diu producunt,* I 40, 1 *apparet ad agricolas,* II 1, 16 *ad publicanum profitentur.*

7 Nec multo secus nostri ab eadem uoce sed ab alia littera uox earum non me sed be sonare uidetur oues balare uocem efferentes e quo post balare dicunt extrita littera] *Oues belare* m. *nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab alia litera bela vocarunt. non enim me, sed bee sonare videntur oves vocem efferentes, a quo post belare dicunt, extrita litera* Iucundus, ubi *dictum* pro *dicunt* legendum esse Ursinus coniecit. *nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab alia litera. vox earum non me, sed bee sonare videtur. oves beelare vocem efferentes, a quo belare dicunt, extrita litera* Victorius e vetustis libris, ut ait. *belare,* quod ex Aldina editione receptum erat, Varroni tribuendum non est, sed *balare,* quamquam *belare* de ovibus dictum testantur glossae v. IV p. 313, 7 *balantes belantes oves,* ib. 25 *belat balat.* Varro autem si *balare* a sono ovium *be* extrita littera dictum esse volebat, *bealare* scribere debebat. praeterea *dicunt* transposui, *oves be alare vocem efferentes dicunt, e quo post balare extrita littera.*

Sed appellantur] *Et appellantur* Iucundus. *sed* ex codice Victorius restituit.

8 Anno etiam item in mari terraque ab his regio-

nibus notae a pecore in mari quod nominauerunt] *Etiam,* quod in principe editione omissum neque a Politiano additum est, legitur in omnibus apographis. *regionum notae* ex Aldina editione receptum erat. *a pecore* tamquam glossam Gesnerus inclusit. sed praeterea *in mari* ex superioribus videtur repetitum esse, *an non etiam item in mari terraque ab his* (i. e. a pecuariis) *regionibus notae, quod nominaverunt.*

Cantherium montem unum thracium alterum cimmerium] *Bosporum unum* ex principe editione receptum est, et fortasse in lacuna, quam olim indicaveram, etiam plura exciderunt.

9 Denique in italia a uitulis ut scribit piso] *In* inde a principe editione omissum erat. pro hoc *non* scripsi: nam haec quoque, sicut reliqua, formam habent interrogandi, *denique non Italia a vitulis?*

Aes antiquissimum quod est flatum pecore est notatum] *Quod est conflatum pecore est pectore notatum* m, *quod conflatam pecore, pecore est notatum* Iucundus, *quod flatum est pecore, pecore est notatum* Victorius, quae lectio deinde editiones usque ad Gesnerum occupavit.

10 Et quod urbis cum condita est tauro et uacca quae essent muri et portae definitum] *Et quod urbs cum condita est tauro et vacca, qui essent muris portae definitum* Merula, *et quod urbs cum condita est, tauro et vacca qui essént muri et portae definitum* Iucundus et deinde reliqui editores. *qua essent* Gesnerus coniecit, ut Schneiderus adnotavit, *ubi essent* Madvigius advers. v. II p. 180. *urbis* in 'vetere codice, in margine vero aeque antiqua manu' *taurus et vacca in uruo urbis condendae* scriptum esse Ursinus adnotavit, unde *et quod urvo urbis, cum condita est, tauro et vacca qui essent* sqq. legendum esse coniecit. *et quod urvo urbis, cum condita est, tauro et vacca iunctis qui essent* sqq. Schneiderus edidit. remota interpolatione Ursini scripsi *et quod, urbs cum condita est, tauro et vacca qua essent* sqq. nam nominativum *urbs*, non genetivum, qui in archetypo fuit, ratio sermonis et usus Varronis postulat. *qua* autem de eadem re dictum est de ling. lat. V 142 *qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent, portas*, et in his libris in significatione loci saepe vel praecedente nomine vel omisso, I 8, 4 *tubulos cum fundo pertuso, qua umor adventicius*

transire possit, 8, 5 *qua boves iuncti arare possint,* 16, 1 *viae aut fluvii, qua portetur,* 16, 6 *si viae sunt, qua plaustra agi facile possint, aut flumina propinqua, qua navigari possit,* 29, 3 *qua aratrum vomere lacunam striam fecit,* 41, 3 *incidunt, qua umor adventicius effluere possit,* III 5, 10 *forma qua est quadrata,* ubi item in codicibus *quae* scriptum est, 5, 11 *caviae, qua introitus in aream est,* 9, 7 *ostium sit, qua gallinarius — ire possit,* 9, 14 *qua de clunibus coeperint habere pinnas,* 16, 8 *omnia, qua venit inter favos spiritus,* 16, 16 *media alvo, qua introeant apes,* ib. *ad extremam, qua mellarii favum eximere possint,* 17, 9 *specus —, qua aestus introire — posset.*

Sic a maiore equitius taurius cognomina adsignificari quod dicuntur ut anini caprae statili tauri pomponi uitulos] *Sic a maiore equitius taurus cognomina assignificari, quot dicuntur ut Annii caprae Statili tauri Pomponii Vituli* Merula, ubi *quod dicuntur anni* Iucundus, *quod dicuntur ut Annii Caprae, Statilii Tauri, Pomponii Vituli* Victorius. *Equitius Taurius* Angelius restituerat, quod Victorius var. lect. 32, 11 probavit ibique reliqua sic scripsit, *cognomine adsignificari dicuntur, ut Annii Caprae, Statilii Tauri, Pomponii Vituli.* plura novavit Ursinus, *sic a maiore Equitius Thorius Asinius, a maiore item cognomina adsignificari, quod dicuntur Annii Caprae, Statilii Tauri, Voconii Vituli.* lacunam post nomen *Taurius* Schneiderus indicavit; idem in adnotationibus *item cognomina adsignificant* legendum esse coniecit adposito exemplo eiusdem verbi II 11, 10 *olim tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statuae.* tria nomina, quae a maiore pecore ducta essent, posita fuisse Ursinus vidit et probabiliter addidit *Asinius.* hoc recepto in hunc modum verba restitui, *sic a maiore Equitius Taurius Asinius, idem cognomina adsignificare dicuntur, ut Anni Caprae, Statili Tauri, Pomponi Vituli.* nam singulari numero et nominum et cognominum exempla posita sunt.

11 Relicum est de scientia pastorali de qua est dicendum quod scrofa noster cui haec aetas defert rerum rusticarum omnium palmam quo melius potest dici] *Quo melius potest, dic* Scaliger. *de qua quod est dicendum, o Scrofa noster, — quo melius potest dice* Ursinus, *quo melius potes dice* Gesnerus, *de qua quod est dicendum Scrofa*

noster —, *quo melius potest*, *dicet* Schneiderus. ex tripertita divisione, quae supra § 2 proposita erat, restat tertia pars de qua dicendum est. de hac Scrofam dicturum esse ibidem dictum erat, *de tertia parte*, *ubi est de arte*, *Scrofa suscipiet*. eodem referuntur haec, *quod Scrofa noster, quo melius potest, dicet.*

Ut fructus quam possint maximi capiantur ex ea a quibus ipsa pecunia nominata est] *Ex eo* scripsi. scientia enim pecoris parandi et pascendi inventa est, ut ex pecore, non ex ipsa scientia, fructus capiantur. a fructibus porro, qui e pecore capiuntur, pecunia nominata est.

12 Cuius genera tria oues capra sus] *Ovis* edita inde a principe editione exemplaria. restitui pluralem numerum, qui est in reliquis partibus, *oves caprae sues.*

Tertia pars est in pecuaria quae non paratur ut ex iis capiatur fructus sed propter eam aut ex ea sint muli canes pastores] *Quae non paratur, ut ex ea capiatur fructus, sed propter eam, ut muli canes pastores* Iucundus, ubi Ursinus *sed propterea ut ex ea sint ut muli* scribendum coniecit. manu scriptorum librorum lectionem Gesnerus prava interpretatione usus ita defendit, ut pronomine *iis* ea quae partis nomine comprehenduntur synesi non inusitata, ut ait, significentur, 'non paratur haec pars, ut ex iis capiatur fructus, sed ut propter eam aut ex ea sint'. pluralem verbi numerum *parantur*, ut in Parisino codice vetere coniectura, ut videtur, scriptum est, pronomen *iis* postulat; deinde indicativo modo *sunt* scribendum est, *tertia pars est in pecuaria quae non parantur, ut ex iis capiatur fructus, sed propter eam aut ex ea sunt, muli canes pastores.* in tertia parte sunt eae res quae in pecuaria non ita parantur, ut ex iis fructus capiatur, sed quae vel propter rem pecuariam vel ex ea sunt. in priore genere sunt canes et pastores, in altero muli, qui ex asinis et equis nascuntur.

Horum una quaeque in se generalis partis habet hominum nouenas] *Habet*, quod in principe editione omissum neque a Politiano additum est, consensu apographorum confirmatur. *harum una quaeque in se generales partes habet novenas* Iucundus et deinde reliqui editores omisso v. *hominum*, pro quo *minimum* scripsi. *omnino* Schneiderus coniecerat, et item postea *ita fiunt omnino partes minimum octoginta et una*, ubi *omnes*

partes ex Aldina editione receptum erat, *omnium partes* ex archetypo restitui. similiter genetivus *omnium* cum nominibus totam rem vel partitionem totius rei significantibus coniunctus est III 12, 7 *horum omnium tria genera*, III 2, 5 *omnes omnium universae Reatinae*.

13 Primum ut bonum pares pecus unum scire oportet qua aetate quamque pecudem parare habereque expediat] *Unum* tamquam ex interpretatione v. *primum* ortum delevit Ursinus. transposito vocabulo scripsi *scire oportet, qua aetate unam quamque pecudem parare habereque expediat.*

Itaque in bubulo pecore minoris emptis anniculam et supra decem annorum] *Emitis anniculam* ex principe editione receptum erat. sententiam verborum corrupit Iucundus, *itaque in bubulo pecore nec minor emitur annicula nec quae est supra decem annos.* nam minoris pretii esse dicuntur pecudes anniculae et plus quam decem annos natae. sed *emitis* non magis hic locum habet, quam II 2, 3 *observate,* ubi *observant* correxi. quare scripsi *minoris emitur annicula.* nam *empsis* coniectura tribuere Varroni nolui.

14 E quattuor altera pars est cognitio formae] Ex novem partibus rei pecuariae, quae supra dictae erant, primum quattuor priores describuntur, deinde 16 *alterae partes quattuor,* denique 24 *nonum utriusque partis commune.* itaque *e quattuor primis altera pars est* scripsi, et similiter scriptum est I 41, 4 *de his primis quattuor generibus seminum.*

Ita potius libri manu scripti omnes, non *itaque potius,* quod in principe editione Politianus non correxit.

Asini arcadi] *Arcadici* scribendum esse dixi I 1, 5, et ita scriptum est II 8, 3 *seminio Arcadico,* II 7, 6 *Thessalici equi.*

15 Ad mutationem domini] *Domini* plurima apographa et ex ipso archetypo, ut videtur, Victorius, *dominii* edita ante Victorium exemplaria.

In emptionem alias stipulandum statim esse alias e sano recore alias neutro] *In emptione alias stipulandum statim esse e valetudinario, alias e sano pecore, alias e neutro* Iucundus, ubi *sanum esse, alias non e valetudinario* Ursinus coniecit. *e valetudinario,* quod in codicibus non scriptum, sed coniectura Iucundi inventum et deinde in editiones propagatum

est, Popma removit. praeterea *neutrum* scribendum erat, *in emptione alias stipulandum sanum esse, alias e sano pecore, alias neutrum.*

16 Pascendi primum locus qui est eius ratio triplex] *Primus locus* edita inde a principe editione exemplaria recte. nam pastio in alteris quattuor divisionis partibus primum locum tenet.

In montuosis potius locis quam fructicibus quam in herbidis campis] *In montosis potius locis et fruticibus* Iucundus. deleto priore loco *quam* scripsi *in montuosis potius locis fruticibus.* nam fruticibus, qui sunt in montuosis locis, caprae pascuntur: nisi potius scribendum erat *in montuosis locis cum fruticibus.*

Exiguntur in burbures altos montes] *Gurgures* edita ante Victorium exemplaria, *Burbures* Victorii editio prima, sed *Gurgures* secunda et deinde reliquae editiones. corruptam archetypi scripturam, qua nomen montium significatur, retinui. non addito nomine eadem res narratur II 8, 5 *si exacti sunt aestivo tempore in montes, quod fit in agro Reatino.*

17 Quod hordeum et faba interdum sit quibusdam obiciendum et dandum bubus lupinum et lactariis medica et cytisum] *Quod ordeum et fabam interdum ovibus obiiciendum et dandum bubus lupinum et lactariis medicam et cythisum* Ursinus. feminina cum neutris coniuncta *hordeum et faba, medica et cytisum* offensionem praebere non debebant. de coniunctivo modo una cum indicativo posito, *sit obiciendum,* cum praecedat *fit satura,* sequatur item *datur,* dictum est I 2, 12.

18 *Facere oportet* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, *facere oporteat,* quod reliqua apographa habent, in archetypo fuisse videtur.

19 *Oua ianenemia appellabant* ex archetypo Politianus adnotavit vel errore aliquo vel quia *appellabant* olim in codice scriptum, deinde correctum erat: nam, *oua iane nemi appellant* apographa omnia. *ὑπηνέμια* Politianus et post hunc Victorius ex Plinio X 160 et Aristotele hist. anim. V 1, 4. VI 2, 8.

Remanserunt in uoluis intimis uocant chorion] *In valvolis intimis, quas vocant χορίον* Ursinus, *in volvis intimis: in iis vocant χορίον* Nettleship annal. philolog. Cantabrig. a. 1877 p. 174. plura periisse apparet, quae in hunc fere modum re-

stitui posse olim conieci, *remanserunt in volvis. nam Graeci folliculum, in quo inclusi haerent in volvis intimis, vocant chorion.* *χορίον*, a quo latinum nomen *cordus* Varro derivatum esse voluit, quid sit, docet Aristoteles hist. anim. VI 10, 58 *χορίον δὲ καὶ ὑμένες ἴδιοι περὶ ἕκαστον γίνονται τῶν ἐμβρύων, καθάπερ ἐπὶ τῶν τετραπόδων.*

20 Tertia res est nutricatu qua adseruari oporteat] *Adseruari* ex archetypo Politianus adnotavit, *obseruari* apographa omnia, *tertia res est de nutricatu quid obseruari oporteat* Iucundus. *tertia res est in nutricatu quae observari oporteat* scripsi: similiter supra de fetura *altera pars est in fetura quae sint observanda.* accuratius autem erat *tertia pars est,* quamquam *res* pro parte dictum est II 2, 7 *de alteris quattuor rebus deinceps dicam.*

E quis quoniam pori sunt ad sacrificium ut immolentur olim appellati sacres] *Quom puri* Ursinus, *qui iam puri* ex Hervagiana editione Gesnerus adnotavit, quod recepi. nam *quoniam* de tempore dictum Varroni tribuendum esse non puto, neque ad hanc verborum compositionem aptum est. ex porcis ii qui iam ad sacrificium puri sunt, ut inmolari recte possint (nam ita verba coniungenda sunt), olim sacres appellati sunt. prava autem interpretatione Prellerus mythol. Rom. v. I p. 421 n. 3 usus est, cum ex duobus mensibus porcos puros esse diceret, quia tum demum a matribus deiungerentur. nam definitio temporis hoc loco addita non est, sed de eo quid Varro praescripserit, apparet ex his quae de eadem re scripta sunt II 4, 16 *qui a partu decimo die habentur puri et ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum:* paulo aliter Plinius VIII 206 *suis fetus sacrificio die quinto purus est.* neque sacres dicebantur porci qui a mamma depulsi erant, sed lactantes, qui in piacularibus sacris adhiberi solebant.

21 Quod morbosum pecus est uitiosum et quoniam non ualet saepe magna adficiuntur calamitate] *Quod morbosum pecus et vitiosum, et quando non valet, saepe magna gregem afficit calamitate* ex Aldina editione receptum erat. archetypi scripturam a Victorio indicatam Scaliger enallage numerorum, quam dicit, defendit 'pecus, quia imbecillum nimis est et morbis

obnoxium, propterea accidit ut diversas offensiones incurrat'. immo quoniam pecus non valet, domini pecoris saepe magna calamitate adficiuntur. mutatum enim est in altera parte enuntiationis subiectum verbi, de quo dictum est supra II 1, 4.

Cuius scientiae genera duo ut in hominem unum ad quem adhibendi medici altera quae ipse etiam fastor diligens mederi possit] *Cuius scientiae genera duo, unum ut in hominem, ad quem adhibendi medici, alterum, quo ipse etiam pastor diligens mederi possit* Iucundus. *quoi ipse* Ursinus. in pecore, sicut in homine, duo sunt genera morborum, alterum eorum ad quos medici adhibendi sunt, alterum eorum quibus ipsi pastores mederi possunt. ad hanc sententiam restituendam pauca in vetere scriptura emendanda erant, *cuius scientiae genera duo, ut in homine, unum ad quae adhibendi medici, alterum quae ipse etiam pastor diligens mederi possit.* nam res ipsae, quae uno et altero genere continentur, appositionis loco ad nomina, quibus totum genus significatur, additae sunt: II 6, 3 *horum genera duo, unum ferum, quos vocant onagros,* I 5, 4 *secunda pars, quae moventur —, est item bipertita,* II 1, 12 *tertia pars est in pecuaria quae non parantur,* III 3, 3 *species — altera item extra villam quae sunt,* ib. 5 *secunda quae macerie — cluduntur.* — verbum *mederi* cum accusativo casu legitur apud Terentium Phorm. V 4, 3 *quas — mederi possis* et apud Apuleium metam. VII 17 p. 195 *iniquitatem ponderis medebatur,* ubi *iniquitate* in Florentino codice scriptum est.

22 Propter nimium laborem ut contrariam nullam exercitationem] *Contrarium* editio princeps a Politiano non correcta et codex Florentinus, *contrariam* reliqua apographa. *aut contra propter nullam exercitationem* ex Aldina editione receptum erat. omissa praepositione, quam Iucundus addiderat, scripsi *aut contra nullam exercitationem:* I 7, 7 *in loco aquoso aut etiam aqua,* II 5, 13 *pariunt in decem annos, quaedam etiam plures,* 7, 15 *in subus maiales, gallis gallinaceis capi,* III 9, 9 *debent potius in concipiendo occupatae esse, quam incubando,* 10, 4 *producunt in prata, item piscinas.*

Signa autem sunt ut eorum qui si e labore febrem habent adapertum umido spiritu] *Si e labore* libri manu scripti. *e* omisit Politianus, qui neglegentius lectionem principis

editionis *sine labore* correxit. *qui sive ex aestu sive e labore febrem habent, adapertum os humido spiritu* ex Aldina editione vulgatum erat. remotis Iucundi interpolationibus *si* delevi, *adapertum os* recepi, *ut eorum qui e labore febrem habent adapertum os umido spiritu.*

23 Et item cibo sustinetur] *Cibo abstinetur* Ursinus coniecit collatis iis quae apud Columellam VI 7, 2 de dolore ventris scripta sunt, *quae cum accident, prohibendus erit bos potione per biduum primoque die cibo abstinendus.* magis huc pertinent quae in geoponicis XVI 4, praecipiuntur de equis qui febrem habent, *χειμῶνος δὲ θαλπτέον, ὡς μὴ ῥιγώῃ, καὶ τροφὴν ὀλιγίστην ὀρόβων ἢ πυρῶν ἀλεύρου δοτέον καὶ ποτὸν ὕδωρ χλιαρὸν προσκομιστέον, οἴνῳ τε ἅμα ἐλαίῳ χλιανθέντι ἀλειπτέον πᾶν τὸ σῶμα καὶ διὰ κοιλίας καθαρτέον, αἷμά τε ἐκ τοῦ τραχήλου ἢ τῶν περὶ φάρυγγα ἢ τὸ στῆθος φλεβῶν ἢ τοῦ ποδὸς ἀφαιρετέον.* *et pauco cibo sustinetur* Schneiderus coniecit.

Demittitur sanguis maxime e capite] *Demitur* codex Caesenas, et ita edidit Schneiderus. *e capite* plurima apographa, non *a capite,* quod in principe editione Politianus non correxit.

24 Quod epulae sint alienandae] *Quot reiiculae* Merula: II 5, 17 *reiculae reiciundae,* Non. p. 168, 2 *Reiculas oves aut aetate aut morbo graves, Varro Cato vel de liberis educandis 'et ut in grege opilio oves minus idoneas removere solet, quas reiculas appellant. saepe enim unus puer petulans atque inpurus inquinat gregem puerorum'.* operam perdiderunt qui post certam Merulae emendationem alias emendandi rationes temptaverunt: *petilae* coniecit Scaliger.

25 Ne te fallat] *Ne te numerus fallat* Iucundus.

26 Et id pertinere putant quo facilius ad greges pastores retineant et puerperio familiam faciunt maiorem] *Faciant* edita inde a principe editione exemplaria. restitui archetypi lectionem *faciunt.*

Si inquam numerus non est ut sit ad amussim — quare deme si uis duas res] *Demes* Merula. *si inquam numerus non est ad amussim, — deme si vis duas res* Iucundus. *sic inquam numerus* et deinde *quare demas si vis* Ursinus. *sic* ex coniectura Ursini recepi et *quare,* quod ab editoribus omissum

erat, restitui, *sic, inquam, numerus non est ut sit ad amussim — quare deme.* numerus novenarius, qui modo constitutus erat, non sic est, ut ad amussim sit. *sed* vel *is inquam* olim conieceram.

27 Peperisse mulam] *Mula* scripsi et deinde ex manu scriptis libris *mula et equa,* ubi *mulam et equam* ex principe editione receptum erat.

Non scitis palmulas careotas syriam parere in iurea in italia non posse] *Non scitis palmas cariotas in Syria parere, invectas in Italiam non posse* Iucundus, *non scitis palmulas caryotas in Syria parere in Iudea, in Italia non posse* Victorius, ubi *Iturea* pro *Iudea* scribendum coniecit Scaliger. corruptam archetypi scripturam olim exhibui. sed verum videtur *in Iudaea,* quod ante Victorium Politianus coniecerat. nam de fertilitate palmarum in Iudaea scribit Plinius XIII 26 *Iudaea vero incluta est vel magis palmis, quarum natura nunc dicetur: sunt quidem et in Europa vulgoque Italia, sed steriles,* et de caryotis XIII 44 *ab his caryotae maxime celebrantur — . sed ut copia ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Iudaea.* Syrias palmas Theophrastus de caus. plant. II 3, 7 et hist. plant. II 6 praedicat. itaque *syrias* scripsi, quo genus significatur caryotarum, quae a Syria dicebantur: nam palmulae videntur arbores dici, quae caryotas pariunt, non fructus ipsi, *palmulas careotas syrias parere in Iudaea.*

28 *Quae latius,* quod in principe editione Politianus non correxit, Merulae coniecturae deberi videtur; *quod* libri manu scripti.

II 2 Nunc quintus caecilius cum nomine eodem] *Cognomine eodem* Victorius et Ursinus. Atticum ab avunculo Quinto Caecilio testamento adoptatum esse a. 696 narrant Cicero ad Att. III 20 et Cornelius Nepos vit. Att. 5.

Quoniam in me uidere conicisse oculos] *In me video coniecisse* Merula, *vos in me video coniecisse* Iucundus. Varroni primae partes disputationis tributae erant supra 1, 3.

Quae ita ab aetate] *Quae ita cognoscuntur ab aetate* Schneiderus. oves ab aetate bonae sunt ita, si neque vetulae neque merae agnae sunt: I 14, 2 *fossa ita idonea, si omnem aquam, quae e caelo venit, recipere potest.*

Alterae iam nondum alterae iam non possunt dare

fructum] *Iam*, quod una cum *nondum* poni non poterat, priore loco delevi. aliae sunt oves quae nondum, aliae quae iam non amplius fructum dare possunt.

3 Apicas appellabant] Paul. exc. Fest. p. 25, 13 *Apica dicitur ovis quae ventrem glabrum habet.* nam ex Varrone haec petita sunt, non minus quam quae praecedunt *Arvum dicimus agrum necdum satum* ex I 29.

Caudis obseruate ut sint in italia prolixis in syria breuibus] *Observare* codex Florentinus et Caesenas et impressa inde a principe editione exemplaria. pro hoc *observant* scripsi. nam in hac descriptione neque imperativus neque infinitivus locum habent.

4 Id fieri ex duabus rebus potest animadverti] *Fieri* libri manu scripti omnes; neglegenter codicis scripturam Politianus adnotavit. sed recte Merula *id fere ex duabus rebus.* nam *fieri* de iis qui habent pecus boni seminis parum apte dicitur. *fere* autem de iis quae vulgo fiunt a Varrone dictum est saepe et in simili sententia II 4, 13 *animadvertunt fere ex primo partu.*

Tortis cornibus promis ad rostrum rauis oculis lana opertis auribus ampli pectore et scapulis et clunibus latis] *Intortis cornibus* edita ante Victorium exemplaria ex Colum. VII 3, 3. *tortis* ex codice Victorius restituit. *pronis* et deinde *auribus amplis* Merula, *amplo pectore* Ursinus, quod deleto *et* Schneiderus recepit, *amplo pectore, scapulis et clunibus latis.* hunc in altera editione secutus sum, quia et concinnior videbatur lectio et magis convenire cum praeceptis Columellae l. c. et geoponicorum XVIII 1. sed vera esse puto quae in archetypo scripta erant, *ampli, pectore et scapulis et clunibus latis.* nam non solum corpus et membra corporis ampla dicuntur, sed etiam animalia ipsa quae amplo corpore sunt, gallinae III 9, 4 et 19, anseres III 10, 2, cochleae III 14, 4.

5 Iure utimur eo quo lex praescripsit] *Quod* in principe editione Politianus non correxit; *quo* in archetypo fuisse consensus apographorum docet. neque tamen hanc dicendi rationem Varroni tribuendam esse puto, ut non repetito verbo ad ablativum nominis casum relativum pronomen accommodaverit in huius modi sententia, 'iure utimur eo quo uti lex praescripsit'. itaque ex editis adhuc exemplaribus *quod lex praescripsit* recepi.

6 Extra lusca surdam minam id est ventre glabro] *Luscam* Merula. *id est ventre glabro* tamquam pravam interpretationem deleri voluit Schneiderus et ante hunc Pontedera p. 421, quoniam quae ventre glabro esset ovis non mina diceretur, sed apica, sicut supra dictum erat. sed de minis ovibus praeter hunc Varronis locum nihil memoriae proditum est. nam diversa est mina mamma in excerptis Festi p. 122, 8 *Minam Aelius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem*, ubi Muellerus *minam* obsoleto positivo gradu dictam esse et ovem et mammam adnotavit. in nomine lusit Plautus Trucul. 654 *minas ovis in crumina hac in urbem detuli.*

Spondesne cum id factum est tamen grex dominum non mutauit nisi est adnumeratum] *Spondes nec* m, quod in principem editionem receptum et deinde in ceteras propagatum erat, *spondes? nec cum id factum est*, notabili errore, quem primum Ursinus, post hunc Gesnerus correxit. — *dominum non mutat, nisi si sit aes adnumeratum* Iucundus. haec quoque ante Gesnerum editiones occupaverant.

7 Magis ad orientem quam ad meridianum tempus ubi stent] *Tempus* Schneiderus inclusit, quia tempus inepte de regione diceretur. *tempus ubi stent* Ursinus deleverat.

Ut euerri facile possit ac fieri purum non enim solum ea uligo lanam corrumpit ouium sed etiam ungulas] *Everri* editio princeps a Politiano non correcta et libri antiquiores, *euerti* apographa Italorum. *fieri ab urina purum* Pontedera p. 422. cavendum esse ne urina in stabulo consistat Varro praecipit § 19 et accuratius Columella VII 4, 5 *stabula vero frequenter everrenda et purganda umorque omnis urinae deverrendus, qui commodissime siccatur perforatis tabulis, quibus ovilia consternuntur, ut grex supercubet.* de eadem re hoc loco uligo dicitur. quare *ea* delevi. idem vocabulum in archetypo additum erat II 4, 13.

8 Subicere oportet uirculta alia] *Virgulta et alia* Iucundus. veterem scripturam Victorius restituit. *virgulta, alia* vel *virgulta alta* Nettleship annal. philol. Cantabrig. a. 1877 p. 174. detrahenda esse vetera virgulta, in quibus oves cubant, et in eorum locum subicienda alia per se intellegitur.

Septa secreta ab aliis quo inicientis secludere possis

item quo corpore aegro] *Incientes* Victorius coll. Paul. exc. Fest. p. 97, 15 *inciens propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius.* praeterea *quae corpore aegro* scripsi. nam non addito pronomine *corpore aegro* dici non potuit, et iisdem saeptis includuntur incientes oves et quae aegro corpore sunt.

9 Contra ille in saltibus quae pascuntur et a tectis absunt longe portant secum grates] *Contra illae* Victorius, *contra illi in saltibus qui pascunt* Ursinus, *contra illi in saltibus qui pascuntur* Schneiderus. de ovibus haec dici, non de gregibus, apparet, deinde de pastoribus *portant secum crates,* mutato post relativum pronomen subiecto verbi, h. e. in illis ovibus, quae in saltibus pascuntur, portant secum crates. cuius generis exempla dedi I 44, 4.

10 Ut iugum continet sirpiculos sic calles publicae distantes pastiones] *Colles publicae* Merula, ubi *publice* dedit Iucundus, *calles* ex codice Victorius restituit, *calles publicae* Scaliger. masculino genere calles dixit Varro II 9, 16 *calles silvestres longinquos.*

Eaeque ibi ubi pascuntur in eadem regione tamen temporibus distingunt ut aestate quod cum prima luce exeunt pastum] *Easque ibi — distingunt, ut aestate* Gesnerus. post Varronis interpellationem Atticus in instituta disputatione ita pergit, ut ad ea quae de diversitate locorum in hibernis et aestivis pastionibus ipse dixerat orationem accommodet in hunc modum, *eaeque* (pastiones) *ibi, ubi pascuntur in eadem regione, tamen temporibus distinguntur, aestate quod cum prima luce exeunt pastum.* aestivae et hibernae pastiones, etiamsi in eadem regione greges pascuntur, tamen temporibus distinguuntur, propterea quod aliter fiunt aestate, aliter hiberno ac verno tempore. *eae quoque* olim conieceram, quo facilior fieret transitus a Varronis interpellatione ad Attici sermonem.

Puto propellunt] *Potum propellunt* ex coniectura Pontederae Sohneiderus edidit. Varronem secutus est Vergilius georg. III 324, hunc Columella VII 3, 23.

11 Sub umbriferas rupes et arbores putulas subiciunt quaad refrigeratu aere uespertino rursus pascunt ad solis occasum] *Patulas subiiciunt, quoad refrigerato aere vespertino rursus pascant* Merula. *quoad refrigeratur aer, et*

vespertino rursus pascunt Schneiderus, *dein refrigerato aere, vespertino rursus pascunt* idem coniecit in adnotationibus. *subigunt, quaad refrigeratur: aere vespertino rursus pascunt* scripsi. nam *subigere,* non *subicere,* de pecore dicitur constanti usu horum verborum, *abigere* II 1, 16. 5, 11, *adigere* II 5, 16, *exigere* II 1, 17. 3, 8. 4, 6, *inigere* I 2, 20. 52, 2. II 2, 12; 15. III 10, 3; 5, *prodigere* II 4, 8. 7, 11. III 9, 15, *redigere* II 5, 12, et hoc ipsum *subigere* II 4, 6, *subigunt in umbrosum locum.* deinde *refrigeratur* non addito nomine per se positum est, sicut *contenebravit:* I 16, 1 *qua portetur,* II 2, 6 *nisi si est adnumeratum,* III 9, 3 *usque dum rumpatur.*

13 Quod ad pastiones attinet haec fere sunt] II 3, 6 *de alteris quattuor quod est de pastu, hoc dico,* 3, 8 *quod ad feturam pertinet, desistente autumno exigunt — hircos,* III 14, 1 *quod ad venationem pertinet, breviter secundus trasactus est actus,* 16, 15 *quod ad locum pertinet, hoc genus potissimum eligendum.*

Redierunt stabula libri manu scripti omnes, *redierint ad stabula* editio princeps, ubi Politianus *redierunt* ex codice adnotavit, sed praepositionem non delevit.

Quae postea concipiunt fiunt uegrandes atque imuecillae] *Qui postea concipiuntur — imbecilli* Ursinus. *quae postea concipiuntur* cum Schneidero scripsi. nam vegrandes et imbecillae fiunt oves quae post definitum tempus conceptae sunt, non ipsae matres quae conceperunt: Plin. VIII 187 *coitus omnibus ab arcturi occasu, id est a. d. III idus Maias, ad aquilae occasum X kal. Augustas. gerunt partum diebus centum quinquaginta . postea concepti invalidi. cordos vocabant antiqui post id tempus natos.* similiter Varro II 7, 7 de equis *quae post tempus nascuntur fere vitiosa atque inutilia existunt* et II 8, 3 de mulis *quae ex eo concipiuntur fiunt deteriora.* vegrandia autem dicuntur quae ad suam magnitudinem non pervenerunt, de quo post Bentleium in Hor. sat. I 2, 129 disputavit Ribbeckius de particulis latinis p. 8.

14 Ita factis praegnantibus quod sunt molesti obsunt] *Obsunt* delevit Scaliger, inclusit Gesnerus. *quod si sunt molesti obsunt* Schneiderus. sed *ita* quid sibi velit, non video ab interpretibus explicatum esse. itaque *iam* scripsi, *iam factis*

praegnatibus quod sunt molesti, obsunt, h. e. arietes obsunt propterea, quod ovibus tum, cum iam praegnates factae sunt, molesti sunt. *praegnatibus* autem constanti usu Varronis et antiquorum scriptorum: *praegnas* II 2, 14. 5, 6. III 12, 5, item II 4, 7 et 14, ubi *praegnax* in archetypo fuit, *praegnatem* II 10, 9, ubi item *praegnax* scriptum erat, *praegnates* II 5, 13. 6, 4. 7, 11. 9, 11, *praegnatia* et *praegnationes* I 44, 4, *praegnatibus* II 7, 10. *praegnantem* semel scriptum fuit II 7, 10, ubi *praegnatem* Parisinus codex habet. eandem formam testatur Plinius apud Charisium p. 141, 28 *praegnatium ut optimatium.*

Deterrent ab saliendo et fiscella seiunco aliaue qua re quod alligant ad naturam] *Deterrent a saliendo et fiscellas e iunco aliave qua re, quod alligent* Merula, *deterrent a saliendo fiscellis e iunco aliave qua re, quam alligant* Iucundus. restitui veterem lectionem, in qua *quod* postpositum editoribus offensioni fuit, *deterrent ab saliendo, et fiscellas e iunco aliave qua re quod alligant ad naturum.* arietes ne minores natu saliant etiam ea re deterrent, quod fiscellas e iunco aliave qua re factas ad naturam ovium alligant. neque *et* pro *etiam* positum a Varronis sermone alienum est.

15 Inigunt in stabula eaque habent ad eam rem seclusa] *Iniiciunt in ea stabula, quae habent* Iucundus, *inigunt in stabula ea, quae habent* Victorius.

16 Antequam exeunt pastum et cum reuerterunt] *Exeant* edita ante Victorium exemplaria, sicut supra scriptum est *antequam matres in pabulum exeant.* hoc loco *exeunt,* si verum est, propter ea quae addita sunt *cum reverterunt.* sed quoniam in hac coniunctione saepius ab editoribus erratum esse video, quae de usu Varronis in his libris observavi addam. saepe et constanti propemodum usu *antequam* cum coniunctivo praesentis temporis ponitur praeter haec pauca, quae manifestam temporis significationem habent, I 40, 4 *id fit tum, antequam gemmare aut florere quid incipit,* II 2, 18 *castrare oportet agnum non minorem quinque mensum, neque antequam calores aut frigora se fregerunt,* III 5, 4 *diebus viginti antequam tollere vult turdos, largius dat cibum,* I 29, 1 *ubi satum fuit, antequam secunda aratione novatur rursus.* nam III 7, 11 haud dubie *antequam aedifices* scribendum est, non *aedificas.* praeterea cum coniunc-

tivo perfecti temporis bis, III 16, 37 *si quando subito imbri in pastu sunt oppressae aut frigore subito, antequam ipsae providerint id fore,* I 65 *quod non fit, antequam accesserit annus,* ubi *accesserunt* in codicibus scriptum est. cum futuro exacto bis post futurum in negativa sententia positum, II 1, 1 *nos te non dimittemus, inquit, antequam illa tria explicaris,* II 8, 1 *vos ante ire non patiar, antequam mihi reddideritis.* denique *priusquam* ita, ut in unum vocabulum *prius* et *quam* coaluerint, in his libris usurpatum non est, sed quater interpositis vocabulis separata sunt, I 41, 2, I 45, 3, I 68, II 4, 6; ter continuo posita, sed ita ut *prius* ad primariam potius sententiam quam ad secundariam pertineat, I 4, 1 *cognoscenda prius, quam iacias semina,* I 27, 2 *quae sunt ex ea enata prius, quam ex iis quid seminis cadat, ut sint exradicata,* I 40, 2 *neque prius quam sata nata.*

17 Matres eorum iis temporibus non mulgeant quidam qui ut melius omnino perpetuo quod et lanae plus ferunt et agnos plures] *Mulgent* Iucundus. *qui melius* editiones antiquissimae, *melius qui* Ursinus, quod Schneiderus recepit. *qui ut melius* ex codice Victorius restituerat, quod Gesnerus quasi sollemnem formulam 'qui faciunt ut est melius' parum apte interpretatus est. itaque *qui id melius* scripsi, h. e. qui id melius faciunt. idem pronominis *id* usus est in formula *et id,* quae non addito verbo ponitur I 1, 3 *et id etiam ignotissimis quoque hominibus,* 13, 5 *et id ab area,* 16, 5 *neque id crebrius quam opus est,* II 1, 20 *et id quo tempore,* 9, 16 *et id marem et feminam,* 10, 4 *et id ubi oportuit,* cum verbo II 8, 4 *et id ante admissuram et largius facimus.* — deinde *agnos pinguiores* scribi voluit Ursinus collatis praeceptis geoponicorum XVIII 3, 9 μέχρι δὲ μηνῶν δύο οὐκ ἀμελκτέον τοῦ γάλακτος· κάλλιον δὲ εἰ μηδέποτε, εὐτραφέστατοι γὰρ ἔσονται οἱ ἄρνες.

Ne quid laboret curandum] *Laborent* in principe editione Politianus non correxit, *laborēt* codex Florentinus, sed *laboret* reliqua apographa. *laborent* et deinde *desiderant* ex principe editione receptum erat.

18 Atticae] 'In antiquioribus cunctis *Atticae* invenimus: in nullis, ut antea in excusis legebatur, *Altinates*' Victorius. *antiaticae* Merula, *altinates* Iucundus.

praegnatibus quod sunt molesti, obsunt, h. e. arietes obsunt propterea, quod ovibus tum, cum iam praegnates factae sunt, molesti sunt. *praegnatibus* autem constanti usu Varronis et antiquorum scriptorum: *praegnas* II 2, 14. 5, 6. III 12, 5, item II 4, 7 et 14, ubi *praegnax* in archetypo fuit, *praegnatem* II 10, 9, ubi item *praegnax* scriptum erat, *praegnates* II 5, 13. 6, 4. 7, 11. 9, 11, *praegnatia* et *praegnationes* I 44, 4, *praegnatibus* II 7, 10. *praegnantem* semel scriptum fuit II 7, 10, ubi *praegnatem* Parisinus codex habet. eandem formam testatur Plinius apud Charisium p. 141, 28 *praegnatium ut optimatium.*

Deterrent ab saliendo et fiscella seiunco aliaue qua re quod alligant ad naturam] *Deterrent a saliendo et fiscellas e iunco aliave qua re, quod alligent* Merula, *deterrent a saliendo fiscellis e iunco aliave qua re, quam alligant* Iucundus. restitui veterem lectionem, in qua *quod* postpositum editoribus offensioni fuit, *deterrent ab saliendo, et fiscellas e iunco aliave qua re quod alligant ad naturum.* arietes ne minores natu saliant etiam ea re deterrent, quod fiscellas e iunco aliave qua re factas ad naturam ovium alligant. neque *et* pro *etiam* positum a Varronis sermone alienum est.

15 Inigunt in stabula eaque habent ad eam rem seclusa] *Iniiciunt in ea stabula, quae habent* Iucundus, *inigunt in stabula ea, quae habent* Victorius.

16 Antequam exeunt pastum et cum reuerterunt] *Exeant* edita ante Victorium exemplaria, sicut supra scriptum est *antequam matres in pabulum exeant.* hoc loco *exeunt,* si verum est, propter ea quae addita sunt *cum reverterunt.* sed quoniam in hac coniunctione saepius ab editoribus erratum esse video, quae de usu Varronis in his libris observavi addam. saepe et constanti propemodum usu *antequam* cum coniunctivo praesentis temporis ponitur praeter haec pauca, quae manifestam temporis significationem habent, I 40, 4 *id fit tum, antequam gemmare aut florere quid incipit,* II 2, 18 *castrare oportet agnum non minorem quinque mensum, neque antequam calores aut frigora se fregerunt,* III 5, 4 *diebus viginti antequam tollere vult turdos, largius dat cibum,* I 29, 1 *ubi satum fuit, antequam secunda aratione novatur rursus.* nam III 7, 11 haud dubie *antequam aedifices* scribendum est, non *aedificas.* praeterea cum coniunc-

tivo perfecti temporis bis, III 16, 37 *si quando subito imbri in pastu sunt oppressae aut frigore subito, antequam ipsae providerint id fore,* I 65 *quod non fit, antequam accesserit annus,* ubi *accesserunt* in codicibus scriptum est. cum futuro exacto bis post futurum in negativa sententia positum, II 1, 1 *nos te non dimittemus, inquit, antequam illa tria explicaris,* II 8, 1 *vos ante ire non patiar, antequam mihi reddideritis.* denique *priusquam* ita, ut in unum vocabulum *prius* et *quam* coaluerint, in his libris usurpatum non est, sed quater interpositis vocabulis separata sunt, I 41, 2, I 45, 3, I 68, II 4, 6; ter continuo posita, sed ita ut *prius* ad primariam potius sententiam quam ad secundariam pertineat, I 4, 1 *cognoscenda prius, quam iacias semina,* I 27, 2 *quae sunt ex ea enata prius, quam ex iis quid seminis cadat, ut sint exradicata,* I 40, 2 *neque prius quam sata nata.*

17 Matres eorum iis temporibus non mulgeant quidam qui ut melius omnino perpetuo quod et lanae plus ferunt et agnos plures] *Mulgent* Iucundus. *qui melius* editiones antiquissimae, *melius qui* Ursinus, quod Schneiderus recepit. *qui ut melius* ex codice Victorius restituerat, quod Gesnerus quasi sollemnem formulam 'qui faciunt ut est melius' parum apte interpretatus est. itaque *qui id melius* scripsi, h. e. qui id melius faciunt. idem pronominis *id* usus est in formula *et id,* quae non addito verbo ponitur I 1, 3 *et id etiam ignotissimis quoque hominibus,* 13, 5 *et id ab area,* 16, 5 *neque id crebrius quam opus est,* II 1, 20 *et id quo tempore,* 9, 16 *et id marem et feminam,* 10, 4 *et id ubi oportuit,* cum verbo II 8, 4 *et id ante admissuram et largius facimus.* — deinde *agnos pinguiores* scribi voluit Ursinus collatis praeceptis geoponicorum XVIII 3, 9 μέχρι δὲ μηνῶν δύο οὐκ ἀμελκτέον τοῦ γάλακτος· κάλλιον δὲ εἰ μηδέποτε, εὐτραφέστατοι γὰρ ἔσονται οἱ ἄρνες.

Ne quid laboret curandum] *Laborent* in principe editione Politianus non correxit, *laborēt* codex Florentinus, sed *laboret* reliqua apographa. *laborent* et deinde *desiderant* ex principe editione receptum erat.

18 Atticae] 'In antiquioribus cunctis *Atticae* invenimus: in nullis, ut antea in excusis legebatur, *Altinates*' Victorius. *antiatticae* Merula, *altinates* Iucundus.

19 Horum praesepia] *Harum,* h. e. ovium pellitarum, editores Bipontini et post hos Schneiderus.

Itaque faciunt lapide strata et urina necubi in stabulo consistat] *Ut urina* ex principe editione receptum erat. delevi *et,* quod non addito verbo dici non poterat. *faciunt lapide strata et prona, urina* sqq. coniecit Heidrichius Varronian. I p. 35.

19 His quaecumque iubentur uescuntur ut folia figulena et palea uinacea furfures obiciuntur modice] *Figulena,* non *figulnea,* ut apud Gesnerum legitur, Politianus ex codice adnotavit, *ficulnea* m et codex Caesenas, *figulnea* Florentinus. inepte autem Ursinus '*his* sc. praesepibus' coll. Colum. VII 4, 2 *singula capita per hiemem recte pascuntur ad praesepia.* apparet legendum esse *his quaecumque lubenter vescuntur,* h. e. ovibus obiciuntur quaecumque lubenter vescuntur: II 7, 11 *quinquemestribus pullis factis — obiciendum farinam hordeaciam molitam cum furfuribus, et siquid aliud terra natum libenter edent.* — III 16, 37 *ficulneis lignis* et I 40, 4 *oleagineis seminibus,* contra I 18, 8 *ficulnas insitiones.* deinde *uinacea* libri manu scripti et editiones ante Gesnerum, qui *vinaceae* dedit manifesto errore, quem tamen Schneiderus repetivit. neutro genere II 4, 16 *dari solent vinacea.* similiter nominativo casu I 48, 3 *conditum gladium,* II 1, 4 *caseum adhibitum.*

Genit lacte Sanitate sunt multa] *Generat lac. De sanitate* Merula, ubi *gignit* Iucundus, *genit* Victorius correxit. *lacte,* non *lac,* scribendum esse Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 28 monuit, eamque formam ubique apud Varronem restituendam esse existimavit. mihi satius fuit scripturam archetypi exprimere, in quo *lacte* praeter hunc locum scriptum erat II 1, 4. 8, 2. 9, 10; *lac* II 3, 2. 4, 15; 19; 21. 11, 2; item II 11, 4 *de fici ramo lac.* praeterea *lacte* coniectura restitutum est II 11, 1 ubi *lanae* est in libris.

20 Sed ea ut dixi in libro scripta magister pecoris habet] II 1, 23 *item ad alios morbos aliae causae et alia signa, in omni pecore quae scripta habere oportet magistrum pecoris.* sed illa Scrofae sermoni tributa sunt, haec Attico. quare Morgagnius in epistula in Gesneri editione edita I 97 p. 1219 *ut dixisti* vel *ut dixti* scribendum coniecit, parum apte interposita

appellatione Scrofae. et videtur hoc neglegentiae Varronis tribuendum esse, quod non accurate sermones loquentium distinxit.

Ne minus habeamus in centenas oues hircas singulos homines in pellitas caprae binos] *Hirtas* Merula. *caprae,* quod olim ad ea quae deinde de capris praecipiuntur in margine adscriptum erat, delendum esse vidit Iucundus. in reliquis de integritate veteris scripturae dubitari non debebat. *in centenas oves hirtas singulos homines, in capras binos* Schneiderus: pellitas enim oves appellari non potuisse, quoniam graecum pecus seu pellitum raro foris et plerumque domi alatur, ut ait Columella VII 4, 2. *in centenas oves hirtas singulos, in pellitas binos* Zahlfeldtius l. c. p. 25, quod ille de arietibus, non de pastoribus dictum esse voluit, ne de numero marium et feminarum definitio deesset. de pellitis ovibus pascendis scribit Columella VII 4, 4 *liberis autem campis et omni surculo ruboque vacantibus ovem graecam pascere meminerimus ne, ut supra dixi, et lana carpatur et tegumen.* de numero autem ovium, quae sub uno pastore habentur, quae est nona pars disputationis, brevius dictum est propterea, quod eius rei moduli naturales non sunt. itaque in Epiro hic est mos, ut in centenas oves hirtas non minus quam singuli, in pellitas, quarum maior cura habenda erat, non minus quam bini pastores habeantur, quocum consentiunt quae de eadem re scripta sunt II 10, 10 *ego in octogenas hirtas oves singulos pastores constitui, Atticus in centenas.*

III 1 Accipe a me cum homerico melanthio cordo de capellis] *Cum* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, *con* AB et codex Florentinus. in archetypo quid scriptum fuerit non plane constat. *Melanthio condo* Scaliger. *accipe a me ceu Homerico Melanthio exordium de capellis* coniecit R. Ungerus de Valgii poem. p. 406, in quibus neque *ceu* sermoni Varronis convenit, neque accipere exordium quid sit intellegitur. itaque *accipe a me nunc Homerico Melanthio cordo* scripsi. nam quasi Melanthium Homericum se iam de capellis dicturum esse Cossinius promittit. addito autem nomine *cordo* quod acumen Varro quaesiverit nescimus. sed quoniam cordi dicuntur qui sero nati sunt, tamquam Melanthium quendam *ὀψίγονον* se esse Cossinius significare poterat.

Quemadmodum oportet breuiter oporteat dicere

diste] *Diste* plurima apographa, *disce* in principe editione Politianus non correxit. *quemadmodum breviter oporteat dicere disce* Iucundus, *quemadmodum oporteat breviter dicere disce* Victorius.

2 Forma uidendum ut sint firmae magnae corpus lene ut habeant] *De forma* Iucundus. addita praepositione pars indicatur divisionis eius quae antea II 1, 14 proposita erat. e quattuor enim partibus primis scientiae pastoralis secunda est cognitio formae: II 2, 3 *de forma ovem esse oportet corpore amplo,* 7, 4 *de forma esse oportet magnitudine modica,* ubi item in codicibus *de* omissum erat, 4, 22 *de numero in centum sues decem verres satis esse putant,* 7, 6 *de stirpe magni interest qua sint,* 7, 16 *de medicina vel plurima sunt in equis et signa morborum et genera curationum.* similia etiam haec, I 18, 1 *de familia,* 19, 1 *de reliqua parte instrumenti,* II 3, 10 *de maribus et feminis.* plura eius generis *exempla,* cum res de qua agitur significatur, Roessnerus de praepositionum ab de ex usu Varroniano p. 34 composuit. — *corpus leve* Ursinus restituit ex geoponicis XVIII 9, 4 *δεῖ δὲ ἐκλέγειν ἀπὸ τῶν τοκάδων τὰς εὐπαγεῖς, μεγάλας τε καὶ μεμυωμένας καὶ τὸν μὲν χρῶτα λεῖον ἐχούσας, δασύτριχας, τὰ οὔθατα μεγάλα καὶ ὀγκώδη ἐχούσας.*

Sub rostra duas ut mammulas pensiles habeant] *Sub rostro* scribendum erat et II 7, 3 *sub eis lacunae,* ubi *sub ea lacunis* in archetypo fuit. nam *sub* praepositio cum accusativo non dicitur nisi addito verbo, quo motus significatur, I 8, 6 *sub eam — subiciuntur,* 13, 5 *sub quod tectum — subicere,* 54, 2 *subiciendi sub prelum,* II 1, 20 *subiciat sub alterius mammam,* III 16, 35 *subiciunt sub alterum regem,* II 2, 11 *sub umbriferas rupes — subigunt,* III 5, 14 *cibus obicitur sub retem,* 7, 4 *sub ordines singulos tabulae fictae ut sint.*

Hircus mulioris et potissimum pilo albo ac ceruice et collo breve gurgulione longiore] *Hircus melior is* ex principe editione Schneiderus, *hircus molliori* ex Aldina reliqui editores, neque probabiliorem emendationem inventam esse video. quamquam hirco amplior potius pilus, non mollior, tribuendus erat. de forma hircorum plura scripta sunt in geoponicis XVIII 9, 6, *τῶν δὲ τράγων ἐκκρίνουσι τοὺς μεγάλους καὶ ἐμπλεύρους ἰσχία τε μείζονα ἔχοντας, δασύτριχας μακρότριχας λευκότρι-*

χας, αὐχένα καὶ τράχηλον βραχὺν καὶ παχὺν ἔχοντας, βρόγχον δὲ μακρότερον, et apud Columellam VII 6, 2 *caper cui sub maxillis binae verruculae collo dependent optimus habetur, amplissimi corporis, cruribus crassis, plena et brevi cervice, flaccidis et praegravantibus auribus, exiguo capite nigro densoque et nitido atque longissimo pilo.* unde apud Varronem quaedam excidisse suspicatus olim scribendum conieci *hircus melior is qui est corpore amplo, cruribus longis, villis densis longis et potissimum pilo albo.*

3 In sauracti fiscello] *In Sauracti et Fiscello* scripsi, sicut coniecerat Schoettgenus et ante hunc Cluverus Ital. antiq. p. 545. Catonis verba in secundo libro Originum editores posuerunt.

Oues enim quas pascimus ortae sunt ab ouibus feris] *Ut ortae sunt* Schneiderus coniecit.

4 Ut ex insula media capras habeant] Melum insulam dici, *Mediam* autem pro Melia propter commutationem litterarum appellatam esse Scaliger adnotavit. *Melia* scripsi, quamquam de capris Meliis nihil memoriae proditum est. *insula Melia* dictum est sic ut praef. 3 *ex insula Coa et Chia.*

5 De emptione aliter dico adque fiet] *De emptione aliter atque de ovibus dico* Iucundus, *de emptione aliter dico atque fit* Victorius 'hoc intellectu, ut ostendat se contra consuetudinem hominum sentire, qui sanas capras stulte promittant, cum illae sanae ne puncto quidem temporis sint'.

Mamilibus scriptum reliquit] *Mamilibus* AB et ipsum archetypum, ut videtur, non *manilibus*, quod Politianus habet lectione principis editionis *Manilius* non satis accurate correcta, *mamillius* m, *manibus* codex Florentinus, *manulibus* Caesenas. item II 5, 11 *mamili actiones* et II 7, 6 *in mamili actionibus* in archetypo scriptum erat et de ling. lat. VII 105 *mamilius scribit* in Florentino codice, ubi *Manilius* Pomponius Laetus correxit. idem vitium reperitur in manu scriptis libris Ciceronis de orat. I 58, 246 *Manilianas venalium vendendorum leges ediscere*, ib. 48, 212 *M.' Manilium.* est enim M.' Manilius consul a. 605, cuius actiones vel leges venalium vendendorum magna auctoritate apud iurisconsultos fuisse scimus.

Illas capras hodie recte esse et bibere posse habere-

que licere] *Illasce capras* ex coniectura Pontederae p. 425, *habereque recte licere* ex Aldina editione receptum est. nam ita in reliquis formulis scriptum est.

Quod etiam archelaus scribit] *Quod etiam, ut Archelaus scribit* Schneiderus coniecit. Alcmaeoni eam rem tribuit Aristoteles hist. anim. I 11, 45 *Ἀλκμαίων γὰρ οὐκ ἀληθῆ λέγει φάμενος ἀναπνεῖν τὰς αἶγας κατὰ τὰ ὦτα.* Archelaus praeterea apud Varronem appellatur III 11, 5 et 12, 4.

6 *Id, ut pleraque, lapide aut testa substerni oportet, caprile quo minus sit uliginosum.* ita haec recte ab editoribus distincta erant. nam neutro genere pronominis *id* significatur illud in quo pecus stabulatur. id igitur, sicut pleraque stabula, lapide aut testa substernendum est, ne caprile uliginosum sit. *item ut pleraque — substerni oportet caprile, quominus* etc. coniecit Heidrichius Varronian. I p. 36 coll. II 5, 16 de vitulis *item his, ut fere in omnibus stabulis, lapides substernendi.* similis pronominis usus reperitur in his, I 3 *ars id an quid aliud,* 31, 5 *id solet vincire,* 42 *id seritur ita,* III 11, 1 *si id non,* I 2, 26 *eoque unguere corpus,* III 16, 28 *ex eo factas offas adponunt;* item in relativo pronomine I 29, 3 *quod est inter duos sulcos elata terra dicitur porca,* I 8, 6 *quod antiqui vocabant cestum,* III 7, 2 *quod alii vocant peristerona.*

Substerni uirgultis Politianus, *substernimus uirgultis* A, *substerni gultis* plurima apographa, et hoc videtur in archetypo scriptum fuisse, postea correctum *substerni virgultis.*

Quod tamen habent sua propria quaedam] *Habet* edita inde a principe editione exemplaria. incluso pronomine *quod* pluralem numerum, *tamen habent,* restitui.

7 A carpendo caprae nominatae] Paul. exc. Fest. p. 48, 14 *Caprae dictae, quod omne virgultum carpant.* — deinde *capram natum,* quod habent apographa, in archetypo scriptum erat; *capra natum* in principe editione Politianus non correxit.

Harum enim dentes inimici sationis] Scribendum erat potius *inimici sationi:* I 13, 2 *quibus caelum pluvium inimicum,* I 41, 1 *aqua recenti insito inimica.*

Sunt duo haedi et capra non longe a tauro deleri voluit Ursinus tamquam translata ex II 1, 8. hunc secuti Gesnerus et Schneiderus verba incluserunt.

8 Exigunt a grege in campos hircos in caprilia item ut in arietibus dictum] *In campos* apographa omnia et impressa inde ab Iuntina editione exemplaria, *in campo* editio princeps a Politiano non correcta, *e campis* Aldina, ubi Ursinus *a grege e campis* delevit. restitui principis editionis lectionem *in campo,* quae Merulae coniecturae debetur. nam a grege caprarum, qui in campo pascitur, hirci separandi et in caprilia exigendi sunt. de secernendis arietibus dictum est II 2, 13.

Post quartum mensem reddit] *Post quintum mensem* Ursinus collatis iis quae de capris scripta sunt apud Aristotelem hist. anim. VI 19, 130 *κύει δὲ πέντε μῆνας καὶ πρόβατον καὶ αἴξ*, in geoponicis XVIII 9, 1 *κυοφορεῖ δὲ ε μῆνας, ὥσπερ τὰ πρόβατα*, apud Plinium VIII 200 *concipiunt Novembri mense, ut Martio pariant.* idem docet Varro, cum post quartum mensem capras parere dicit.

9 Quae se congregent ac condensent] *Quae se congregant et condensant* editio princeps, ubi Politianus *congregent* correxit, *condesent* in margine adscripsit. *et condensent* codex Caesenas, *ac condensent* reliqui et editio Victorii.

IV 1 Sed qui se portu post italico prodit] *Sed quis e portu* ex Aldina editione receptum est. nam Italicus portus, de quo interpretes dubitaverunt, dicitur propterea, quod post ea, quae de ovibus et capris ab Epirotis, h. e. ab Attico et Cossinio, qui in Epiro pecuarias habebant (II 1, 2. 2, 1), disputata erant, iam de suillo pecore disputatio Italico homini tribuitur. inepta autem sunt quae olim ad corrigendam scripturam inventa erant: *sed quis Epirota post ita ilico prodit* coniecit Scaliger, *sed quis e porculatoribus Italicis prodit* Gesnerus, quod Schneiderus recepit, *sed quis expertus post ista alia prodit* Trillerus observ. IV 27 p. 468.

Nec me esse ab eum aeuo ortum] Interpolatam Aldinae editionis lectionem *nec me esse ab atavis eius cognominis ortum* correxit Victorius, *nec me esse ab Eumaeo ortum.*

Licinio Neruae praetori] A. Licinius Nerva inter praetores a. 587 appellatur apud Livium XLV 44, 11.

2 Dixit celeriter se illos ut scrofa porcos disiecturum] Nominativum *scrofa* post accusativum *se* positum defendit Lachmannus in Lucret. p. 176.

3 *Ab initio fit studiosus* apographa Italorum, et ita in archetypo scriptum fuisse videtur, *ab initio fastidiosus* codex Florentinus. *fui studiosus*, quod in principe editione Politianus non correxit, Merulae coniectura videtur inventum esse.

Potius ab laniario] *Lanario* apographa recentiora, sed *laniario* A m, neque Politianus hoc in principe editione correxisse videtur.

Praeterquam pedibus capite] *Pedibus et capite* Iucundus, quod Schneiderus recepit. asyndeton in huius modi descriptionibus et praeceptis admittendum putavi, III 9, 14 *qua de clunibus habere coeperint pinnas, e capite, e collo eorum crebro eligendi pedes*, I 6, 5 *prata ibi herbosa, putatio arborum tolerabilior*, et in adiectivis I 9, 5 *prata retorrida muscosa*, II 3, 2 *videndum ut sint firmae magnae*, in verbis I 2, 26 *pedes solent dolere, in fronte contrahere rugas*, I 13, 2 *aliquot res conficiuntur, cibus paratur ac capitur.* alia, quae haud dubie corrupta erant, addita copula correxi, I 41, 6 *genera ficorum chiae ac chalcidicae et lydiae et africanae*, I 58 *faba et legumina*, II 3, 3 *in Sauracti et Fiscello*, II 9, 14 *muscae et ricini et pulices*, III 16, 23 *melle et propoli.* similiter *et* in archetypo omissum erat I 6, 6 *et ad colendum*, 27, 3 *et glacie*, II 7, 2 *et fere omnium*, 9, 2 *et eo venisset*, III 1, 10 *et parum putasses*, 2, 16 *et spero*, 5, 13 *et exteriores* . *atque* addidi I 17, 4 *qui litteris atque aliqua sint humanitate imbuti.*

Unicoloris potius quam uarias] *Unicoloris potius quam varii* Merula, *unius coloris potius quam varii* Iucundus. archetypi scripturam Victorius restituit. *unicolores* scripsi. nam nec *uni coloris* genetivo casu a Varrone dictum esse credendum est, quamquam I 16, 6 dativo casu *uno operario* scriptum est et I 2, 19 genetivo *alii dei*, neque accusativo casu *unicoloris.* sed in his accusativi formis vitiose scripta sunt haec, I 44, 4 *praegnationis* et II 5, 11 *actionis*, in comparativis I 18, 4. I 20, 1. III 2, 13 *maioris* et *minoris*, quae ipsa quoque errori potius librarii, quam Varroni tribuenda esse puto, sicut in ablativo I 51, 1 *sublimiori.* restant praeter adiectiva in *is* terminata haec, quae ex archetypo recepi, I 1, 4 *Consentis*, 6, 5 et III 17, 3 *pluris*, I 13, 6 *praesepis*, II 1, 12 *partis*, III 1, 6 *collis*, 12, 6 *Alpis*, 13, 1 *cicuris*, 16, 10 *locupletis*, 16, 22 *primoris*, 17, 4; 7 *piscis*. II 7, 4 *congruentis* coniecit Heidrichius Varronian. I p. 39.

4 Progenie et regione caeli] *Caeli* deleri voluit Pontedera p. 425, inclusit Schneiderus.

Si potius ex his locis ubi nascuntur amplas quam exilis parari semi solent sicuihasce sues] *Si potius ex his locis, ubi nascuntur ampli, quam exiles. parari et emi solent sic, illasce sues* edita ante Victorium exemplaria, quae in hunc modum Ursinus correxit, *si potius ex his locis, ubi nascuntur amplae, quam exiles, paratae. emi solent* sqq. *si potius ex his locis, ubi nascuntur amplas quam exilis pararis. emi solent* sqq. Victorius. in his accusativos *amplas* et *exilis* ab ordine verborum alienos esse monuit Schneiderus. itaque scripsi *si potius ex his locis, ubi nascuntur amplae quam exiles, pararis.* scrofae boni seminis esse cognoscuntur, si quis eas ex iis locis potius, ubi amplae nascuntur, paraverit, quam ex iis, ubi exiles. *exilis* autem, quod in archetypo scriptum erat, in corrupta codicis scriptura non satis auctoritatis habere videtur. praeterea nominativo casu plurali scripta erant *praegnatis* II 7, 11, *omnis* III 2, 5 et manifesto vitio *sermonis* II 5, 2, recte *Aeolis* III 1, 6 et III 12, 6 ex graeco *Αἰολεῖς*.

5 Perfunctas esse a febri et a foria] *Foria* neutro genere dixit Nonius p. 114, 9 *Foria stercora liquidiora: Pomponius Macco 'conforisti me Diomedes', Laberius in panilicis 'foriolus esse videris, in coleos cacas'. foriolus qui foria facile emittat, soluti scilicet ventris.* inde *forire* ductum est et *forica* apud Iuvenalem et in scholiis Iuvenalis 3, 38. apud Varronem *soria* coniecerat Reinesius syntagm. inscript. p. 932, quod pro *suria* dictum de suriendo vel subando interpretatus est.

8 Quae enim illorum requies] *Quod est illarum requies* Iucundus, *quae est illorum requies* Angelius et deinde reliqui editores. de coniunctione *enim* cum relativo pronomine posita dixi I 13, 4.

Verris octo mensum incipit salire permanet et ut id recte facere possit ad primum deinde id retro quoad peruenit ad lanium] *Permanetque et ut* Merula. *permanetque, ut id recte facere possit, usque ad quartum annum, deinde castratur saginaturque, quoad perveniat ad lanium* Iucundus ex Columella VII 9, 4 *mares vel cum primum ineunt semestres, aut cum saepius progeneraverunt, trimi aut quadrimi castrantur, ut*

possint pinguescere. archetypi scripturam Victorius restituit, sed *permanet ut* et *deinde it retro* scripsit. *ad trimum* Scaliger. ceterum Varro secutus est Aristotelem, qui de generatione suum uberius disputavit hist. anim. V 14, 50 sqq. *ὗς δ' ὀχεύει μὲν καὶ ὀχεύεται πρῶτον ὀκτάμηνος, τίκτει δ' ἡ θήλεια μὲν ἐνιαυσία· οὕτω γὰρ συμβαίνει ὁ χρόνος τῆς κυήσεως· ὁ δ' ἄρρην γεννᾷ μὲν ὀκτάμηνος, φαῦλα μέντοι πρὶν γενέσθαι ἐνιαύσιος. οὐ πανταχοῦ δέ, ὥσπερ εἴρηται, ὁμοίως συμβαίνουσιν αἱ ἡλικίαι. ἐνιαχοῦ μὲν γὰρ αἱ ὕες ὀχεύονται μὲν καὶ ὀχεύουσι τετράμηνοι, ὥστε δὲ γεννᾶν καὶ ἐκτρέφειν, ἑξάμηνοι. ἐνιαχοῦ δ' οἱ κάπροι δεκάμηνοι ἄρχονται ὀχεύειν, ἀγαθοὶ δὲ μέχρι ἐπὶ τριετές.* ib. 55 *κάπρος δ' ἀγαθὸς μὲν ὀχεύειν μέχρι ἐπὶ τριετές, τῶν δὲ πρεσβυτέρων χείρω τὰ ἔκγονα.*

9 Sus graece dicitur uys olim thysus dictus ab illo uerbo quod dicunt *ΘΥΕΙΝ*] *Olim θῦς ὗς dictus* Scaliger, *olim thys est dictus* Casaubonus in Athen. IX p. 401, *olim θῦς dictus* Pontedera p. 425 et Schneiderus. originem nominis cum ipsa forma propter eam inventa tradiderunt Athenaeus IX p. 401 *οἱ δὲ σῦν εἰρῆσθαι οἱονεὶ θῦν τὸν εἰς θυσίαν εὔθετοῦντα* et Clemens Alexandrinus strom. II p. 484 *λέγεται γοῦν τινα τῶν φιλοσοφούντων ἐτυμολογῆσαι τὴν ὗν θῦν εἶναι φάναι ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον.*

Ab suillo enim genere pecore immolandi initium primum sumptum uidetur] *Ab suillo enim genere pecoris* Victorius. *ab suillo genere* olim scripsi deleto *pecore,* ut II 5, 6 *in bubulo genere;* sed *suillum pecus* postea § 10, item II 9, 1 *in suillo pecore.* quare *ab suillo enim pecore* scripsi, *genere* inclusi.

10 Dignum insigni nuptiarum] *Insigne* ex principe editione recepi. *dignum in signum nuptiarum* m et editio Aldina. deinde *pecu* adnotatum esse a Politiano Gesnerus nescio quo errore rettulit. — *ab natura* A et codex Florentinus, *a natura* apographa recentiora et editio princeps a Politiano non correcta.

Animam datam esse proinde ac salem quae seruaret] *Proinde* libri manu scripti et editio Victorii, *proin̄* Politianus adnotavit, non *proin,* ut apud Gesnerum scriptum est. *animam datam pro sale qui servaret* impressa ante Victorium exemplaria. III 8, 1 *proinde magnum ac multitudinem alere velis.* item II 1, 27

proinde ut non aliquotiens dicatur Romae peperisse mula, III 16, 30 *proinde ut milites faciunt,* 17, 4 *proinde ut sacri sint,* et diversa, ut apparet, significatione, h. e. ea ratione ut, I 2, 19 *proinde ut capite darent poenas,* I 48, 1 *proinde ut grani apex sit gluma et arista.* nusquam *proin,* sed *dein* bis in archetypo scriptum fuit, I 28, 5 et 34, 2: nam II 5, 8 *deiñ* videtur scriptum fuisse. II 11, 1 *dein caprinum* scripsi, ubi *in caprinum* in libris est. *exin* legitur bis et *exinde* item bis, ut dixi I 20, 4. ex aliis Varronis libris exempla dederunt Kettnerus observ. crit. in Varron. a. 1868 p. 5 et Reiterus quaest. Varron. gramm. p. 66.

Pernae comatinae et cauarae et petasiones] *Petasones* codex Caesenas, *petasiones* reliqui. *pernae tomacinae et taniacae et petasiones* edita inde a principe editione exemplaria. tomacinas pernas Scaliger putabat esse eas quae tomacula dicerentur apud Iuvenalem 10, 355 *candiduli divina tomacula porci,* quamquam haec aliter explicantur a scholiasta, 'pinguia quaedam viscera'. pro *taniacae* idem scripsit *taeniacae* hac addita interpretatione, 'taeniacae sunt oblongae offae a figura dictae, eo modo quo portulaca, pastinaca. eas Graeci vocant *σχελίδας καὶ πλευρίδας*'. *comacinae* (ex coniectura Pelisserii) *et sequanicae* Turnebus advers. 4, 6 a Comacis in provincia Narbonensi apud Plinium III 36 et a Sequanis, de quibus Strabo IV p. 192 dicit *ὅθεν αἱ κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατακομίζονται.* de pernis Gallicis non plane constat. sed ut Cavarae certe a Cavaribus in Gallia Narbonensi dictae erant, ita Comacinae a regione videntur nomen habuisse. itaque scripsi *pernae Comacinae et Cavarae et petasones.*

11 Cato scribit his uerbis in italia inscrobes terna atque quaterna milia aulia succidia uere sus usque adeo pinguitudine crescere solet] Catonis verba in archetypo et in impressis exemplaribus corrupta multi emendare studuerunt; neque tamen certa emendatio inventa est. *in Italia Insubres terna atque quaterna millia succidias habere, sus usque adeo* sqq. Turnebus advers. 4, 6, *in Italia Insobreis terna atque quaterna millia a vila Succi Duuvirei sus usque adeo,* id est in Italia in agro Insubrensi — a villa Succi duumviri, Scaliger coniecit argute, ut solet: nam de veritate ipse dubitavit. *in Gallia verres terna atque quaterna millia habent succidia, sus vero*

usque adeo Ursinus, *insalita in scrobes, terna atque quaterna millia, Gallia succidias habere, sus usque adeo* Popma, *in Gallia Insubres terna atque quaterna millia lautia succidia habere. sus usque adeo* Pontedera p. 426, *in Italiam Insubres terna atque quaterna milia succidiarum advehere; sus usque adeo* Iordanus Caton. fragm. p. 11, *in Gallia Insubres terna atque quaterna milia saliunt succidiarum: sus usque adeo* Peterus histor. Roman. rel. v. I p. 62. Insubres in Italia habitantes scripserat Cato, qui regionem Italiae nomine comprehensam, non originem gentis spectabat: Serv. in Verg. Aen. X 13 (Caton. fragm. orig. IV 11 ed. Iordan). eosdem Varro suae aetatis morem secutus Galliae tribuit. deinde de saliendis pernis haec dicta esse probabiliter Peterus coniecit. itaque deleto v. *aulia,* quod ex repetitione praecedentis vocabuli *milia* ortum esse videtur, scripsi *in Italia Insubres terna atque quaterna milia succidiarum sallere, sus usque adeo pinguitudine crescere solet.*

Siquis quo traicere uolet] *Velit* Merula, *vult* Victorius. pro hoc *volt* scribendum esse vidit Iordanus l. c. deinde *ulteriore* post *Lusitania* inepte repetitum, quod inclusi, Iucundus deleverat.

Volumnio ex codice m in principem editionem receptum neque a Politiano mutatum est, *ualumnio,* quod habent apographa, in archetypo scriptum erat.

12 Scio me esse spectatum suem] *Scio esse spectatam suem* Iucundus. *scio isse spectatum* ex 'vetere codice' adnotavit Ursinus. archetypi lectionem Victorius restituit, quam deinde grammatici pro exemplo deponentis verbi ponere consueverunt. *scio me isse spectatum* scripsi.

In uineta factum] Corruptum esse nomen regionis Victorius et Scaliger adnotaverunt, *in Venetia* iidem coniecerunt.

13 Quam porculationem appellabant] *Appellant* Ursinus. simili vitio II 6, 2 *emebant* pro *emant* scriptum est.

Secundo ea cum iam pasci possunt secernunt] *Sed eos cum* Merula et deinde reliqui editores. *secundum ea* vel etiam *secundo ea* de tempore dictum *μετὰ ταῦτα* vel *ἐπὶ τούτοις* Ursinus et Scaliger defenderunt idque in geoponicis XIX 6, 8 expressum esse putaverunt, *τὰ δὲ τικτόμενα διὰ χειμῶνος λειπόθηλα γίνεται διὰ τὴν δυσκρασίαν τοῦ ἀέρος καὶ τὸ μὴ μεταλαμβάνειν γάλακτος ἱκανῶς τῶν μητέρων αὐτὰ διωθου-*

μένων διὰ τὸ τὰς θηλὰς σπανιζούσας γάλακτος βίᾳ θλιβομένας ὑπὸ τῶν ὀδόντων ἑλκοῦσθαι. ἐπειδὰν δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν τέκωσιν, ἐάσαντες ταῦτα μετὰ τῶν μητέρων δίμηνον, μετὰ ταῦτα χωρίζουσιν. Varro porcos ipso secundo mense, cum iam pasci possunt, a matribus secerni dicit. itaque deleto pronomine *ea* scripsi *secundo, cum iam pasci possunt, secernunt.* nam *secundum ea* pro *postea* dictum, quod Schneiderus probavit, latinum non est.

Quod matres aspernantur propter exsiguitatem lactis quod dentibus sauciantur propterea mammae] *Quod matres eos aspernantur* Pontedera p. 426. *et quod dentibus sauciantur* Iucundus, quod Victorius et deinde reliqui editores receperunt. sententiam verborum aperiunt ea quae supra ex geoponicis adscripta sunt. matres enim aspernantur porcos propterea, quod ab illis propter exiguitatem lactis mammae sauciantur dentibus.

Scrofa in sua quaeque hora suos alat oportet porcos quo alienos aspernantur et ideo si conturbati sunt in fetura fit deterius] *Scrofa* libri manu scripti et Politianus, non *scrofas,* ut apud Gesnerum scriptum est. *hara* et deinde *quae alienos aspernatur* Merula, *quoniam alienos aspernatur* Iucundus, *quo alienos aspernatur* Angelius, *quo alienos aspernantur* ex codice Victorius, *quo alienos spernant* Scaliger, quod ita interpretatus est, 'id est separent: spernere enim apud veteres separare, secernere, spargere. vult igitur singulas scrofas suis haris separari, ut ne alieni porculi immisceantur'. *quo alieni spernantur* Pontedera p. 426. *quia alienos non aspernatur* Schneiderus: nam ita voluit, *aspernantur* ipso invito in editione relictum est. *quod alienos non aspernantur* Reiterus quaest. Varron. gramm. p. 103. scrofas non aspernari alienos porcos, nisi illi separentur, docent geoponica XIX 6, 11 καὶ ἑκάστην δὲ χοῖρον τίκτουσαν ἐν ἰδιάζοντι συφεῷ ἐμβλητέον, ὥστε μὴ μίγνυσθαι ἀλλήλοις τὰ παρὰ διαφόρων τικτόμενα πρός τε τὰς μητέρας τὴν γονὴν καὶ τὰ χοιρίδια συνεθίζεσθαι ταῖς τεκούσαις. ἐὰν γὰρ ἀλλήλοις συναναμιγῇ, ἀδύνατον διαγνῶναι αὐτὰ τὰς τεκούσας. βέλτιον δέ, εἰ ἑκάστη τρέφῃ τὰ ἴδια. similiter Columella VII 9, 11 *facillime porci, si evaserint haram, miscent se et scrofa, cum decubuit, aeque alieno ac suo praebet ubera.*

itaque porculatoris maxime officium est ut unam quamque cum sua prole claudat. ad eandem sententiam Schneiderus post pravam Scaligeri coniecturam Varronis praecepta revocavit. sed praeterea necessario scribendum erat *fit deterior.* nam scrofa, si alienos porcos praeter suos alit, deterior fit: II 2, 14 *neque non ipsae fiunt deteriores,* 6, 4 *remissione laboris fit deterior,* 8, 3 *quae ex eo concipiuntur fiunt deteriora.* itaque scripsi *quod alienos non aspernatur et ideo, si conturbati sunt in fetura, fit deterior.* nam pluralem numerum *aspernantur,* qui in archetypo erat, post singularem *scrofa alat* sequente item singulari *fit deterior* a Varrone scriptum esse credendum non est, quamvis multa in hoc genere admiserit, de quo dictum est I 31, 4.

14 Natura diuisus eorum annus] *Natura divisus est eius annus* Iucundus. *earum* ex Victorii editione receptum est. nam de scrofis haec dici apparet, non de omni genere suum.

Nequi porcellus] *Nequi* libri manu scripti et editio Victorii, *nequis* impressa ante Victorium exemplaria, quod Politianus non correxit.

Altum palmipedale] *Altum* deleri voluit Ursinus, inclusit Gesnerus.

15 Totiens harenam inicere oportet aut quid item quod exsugat umorem in singulas haras inicere debet] *Toties in singulas arenam iniicere oportet aut quid aliud, quod exugat humorem* Iucundus, quod Schneiderus recepit, *toties arenam aut quid item, quod exugat humorem, iniicere debet* Ursinus, *toties arenam iniicere oportet, aut quid aliud quod exugat humorem in singulas iniicere debet* Victorius, ubi extrema verba *in singulas iniicere debet* Pontedera p. 426 delevit, Gesnerus inclusit. *totiens harenam aut quid item quod exsugat umorem in singulas haras inicere debet* olim conieci. verum tamen neglegentior verborum compositio, quae interpretes offendit, non aliena a sermone Varronis iudicanda erat. deinde *peperit,* quod libri manu scripti habent, in archetypo scriptum erat; *pepererit* in principe editione Politianus non correxit.

In quibus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare solent quodque cum depublicant] *Quodque conduplicant* Merula, *et hoc quoque conduplicant* Iucundus. pro hoc *quod quidam duplicant* scripsi. praeterea praepositionem *in*

ante relativum pronomen delevi. nam ad scrofas quae pepererunt pronomen pertinet plurali numero post singularem posito, ut saepius, non ad haras: Colum. VII 9, 13 *atque eae quibus partus summittitur cocto sunt hordeo sustinendae, ne ad maciem summam perducatur et ex ea ad aliquam perniciem.*

16 Deliti appellantur] *Delici* Merula. gloss. latino-graec. v. II p. 42, 9 *delitum ἀπογαλακτισθέν,* ubi *delicum* scripsit Vulcanius not. in gloss. latino-graec. p. 30: gloss. latin. v. IV p. 328, 52 *delictus depulsus,* quod correxit Loewius gloss. nomin. p. 115: Cat. 2, 7 *armenta delicula, oves deliculas.* deinde corruptam in editis exemplaribus distinctionem verborum in hunc modum correxi, *cum insanum quem putat, ut pietur, in Epidamno interrogat.*

Vinacea ac scopei ex uuis] *Scopi* Angelius. sunt autem scopi uvarum, in quibus acina haerent, I 54, 2 *scopi cum folliculis,* item de asparagis Pallad. III 24, 8 *incendamus in scopis* et IV 9, 12 *scopos eius incendes,* ubi *scopas* est in editionibus. eosdem alii scopiones dicunt, Cato 112, 3 *decarpito de scopione,* Columella XI 3, 46 *scopiones ita uti sunt in suo loco perurendi sunt,* XII 39, 3 *sine scopionibus in dolium coicito,* 45, 2 *separatis scopionibus.*

17 Amisso nomine lactantes dicuntur nefrendes] *Lactantis* Merula, et rectius genetivo casu haec dici apparet. poterit tamen nominativus ita defendi, ut lactantes porci qui adhuc dicebantur, cum depulsi sunt a mamma, eo nomine amisso iam dicantur nefrendes. ceterum *lactentis* et supra *neque iam lactentes dicuntur* in Commeliniana editione coniectura Sylburgii, ut videtur, expressum et deinde in reliquas editiones propagatum est. *porcis lactentibus* postea § 21 est in libris manu scriptis et editis: item *lactantes* II 5, 16. 7, 12. 11, 5, sed *lactentibus* II 11, 5. quae sic ut in archetypo scripta erant exhibui. nam quae olim a grammaticis de his vocabulis praecepta sunt usu scriptorum, si manu scriptos libros sequimur, non confirmantur. aliorum scriptorum exempla indicavit Hertzius in vindiciis Gellianis p. 48 et in Gell. IV 6, 2. apud Ovidium quoque art. am. II 375 *catulis lactantibus* et metam. X 227 *lactantes vitulos* in optimis codicibus scriptum est.

Id est frangere tamquam postea addita deleri voluit Heinsius

adversar. p. 524. eadem explicatione verbi *frendere* usus est Ateius apud Festum p. 162.

Porcus graecum est nomen antiquum sed obscuratum quod nunc eum vocant choeron] A Graecis nomen ductum esse Varro de ling. lat. V 97 adnotavit, *inde porcus, nisi si a Graecis, quod Athenis in libris sacrorum scriptum est porcoe* (*porcae porco* codex Florentinus, *κάπρῳ καὶ πόρκῳ* vulgo). ea quae hoc loco scripta sunt olim Nauckius Philol. v. II (a. 1847) p. 154 ita interpretatus est, ut Varro pravo etymologiae studio ductus nomina *porcus* et *χοῖρος* copulaverit et in graeco *χοῖρος* nihil nisi antiquum *porcus* deflexum liberius et obscuratum inesse crediderit.

In eorum petu scrofae bis die ut bibant curant] *In eorum foetu* ex Victorii editione receptum erat. *in eorum partu* potius scribendum esse apparet ex iis quae deinde de pariendo praecipiuntur. similia sunt ea quae de asinis scripta sunt II 6, 4 *in partu eadem fere observant quae in equis* et II 1, 27 *admissuram et parturam.* nam *fetus* de matribus dicitur, quae pullos vel quid aliud pariunt, aut ipsi pulli qui nascuntur vel fructus dicuntur *fetus. fetu vitulorum* legitur II 5, 3, sed de fecunditate terrae, in qua multi vituli nascuntur.

Parere nunc oportere porcos quod mammas habeat si minus pariat fructuariam idoneam non esse] *Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat* edita inde ab Aldina editione exemplaria. restituto infinitivo *oportere,* quem ratio sermonis postulat, scripsi *parere dicunt oportere porcos.* porcis suam cuique mammam a matribus destinari narrat Plinius XI 233. itaque scrofam dicunt oportere tot porcos parere, quot mammas habeat, eam quae eum numerum non expleat fructuariam idoneam non esse. temere autem Nettleship annal. philol. Cantabrig. a. 1877 p. 174 numeri indicium post *minus* excidisse suspicatur.

18 Quod portenderit factum tricesimum annum ut labinienses condiderint oppidum alba] *Triginta annis ut Lavinienses conderent oppidum Albam* Iucundus. *condiderint* ex archetypo Victorius restituit. *post tricesimum annum* pro *triginta annis,* quod vulgo receptum erat, scripsi, h. e. exacto anno tricesimo: II 3, 8 *post quartum mensem reddit.*

Huius suis ac porcorum etiamnunc uestigia appa-

rent iamne] *Apparent Lavinii* scripsit Victorius facili sane coniectura. sed probabilius visum est corruptam archetypi scripturam *iamne* ex eo quod et antecedit et sequitur *etiamnunc* consueto in his libris vitio librarii ortum esse.

19 Nutricari octonos porcos paruulos primo possunt] *Nutricare* ex principe editione receptum est: *nutricat* supra § 14 et passiva notione *nutricantur* I 23, 5 et II 2, 17. sed forma deponentis III 3, 4 *nutricere saginesque,* ubi *nutricare* in archetypo fuit.

Quod neque mater potest sufferre lac] *Quod nec mater sola potest sufferre lac* Merula, ubi *neque* dedit Iucundus, *quod mater potest sufferre lac* Victorius, *quod mater neque potest sufferre lac* editio Commeliniana. *sufficere lac* coniecit Gesnerus. restitui lectionem archetypi, in qua *sufferre* de scrofis dictum est, sicut *suppeditare* postea § 21 *si scrofa lac non potest suppeditare.*

Ut crebro reditu lacte alere possint porcos] *Lacte,* quod in antiquissimis editionibus omissum erat, Scaliger et Ursinus tamquam glossema deleri voluerunt, inclusit Gesnerus. deinde *possit* ex Aldina editione adhuc receptum erat. restitui pluralem numerum, quo etiam praecedente singulari universum genus significatur.

20 Cum creuerunt capiuntur sequi matrem pastum domique secernunt a matribus ac seorsum pascunt ut desiderium ferre possint parentis nutrices] *Cum creverint, cupiunt sequi matrem pastum, domique secernunt a matribus ac seorsum pascunt, ut desiderium ferre possint parentis. Nutrices* Merula, *cum creverunt, cupiunt sequi matrem, tum domi secernunt a matribus ac seorsum pascunt, ut desiderium ferre possint parentis* Iucundus, qui *nutrices* delevit. *pastum domique* Victorius ex codice restituit, reliqua ex Aldina editione repetivit. in scriptura archetypi, quam Victorius adnotaverat, *capiuntur sequi* (nam *cupiuntur* errori Gesneri tribuendum est) frustra laboraverunt Turnebus advers. 8, 8 et Scaliger, qui *capiuntur* de impetu naturae dici posse sibi persuaserunt, ut esset 'naturali motu impelluntur' vel 'cupiunt expetunt desiderant'. contrario modo idem verbum interpretatus est Fruterius coniectan. III 4 (Gruter. lamp. v. V p. 358), 'prohibentur et inter-

cipiuntur matrem persequi in pastionem', et similiter Pontedera 'impediuntur sequi matrem pastum'. *patiuntur* Varronem scripsisse ex iis quae modo dicta erant, *sinunt exire pastum,* intellegi poterat. eodem verbo usus est de pullis asinarum II 6, 4 *proximo anno noctibus patiuntur esse cum his* et de canibus II 9, 10 *morticinae ovis non patiuntur vesci carne.* — pro *domique* Sauppius ind. lect. Gotting. aest. a. 1886 p. 16 *denique* scribendum esse coniecit, ut tres essent gradus pascendi et secernendi porcos, primus, cum domi retinentur, dum matres in propinquo loco villae pascuntur, secundus, cum una cum matribus pastum prodeunt, tertius, cum seorsum ab illis pascuntur. quod si Varro voluisset, certe *tum denique secernunt* scribere debebat. sed hoc potius praecepit, porcos, cum creverunt, interdiu cum matribus in pascua prodigendos, noctibus, cum domi stabulis coercentur, ab illis secernendos et seorsum pascendos vel alendos esse, ut paulatim carere nutrimento, quod matres praebent, earumque desiderium ferre consuescant. — *parentis nutricis* Scaliger, *nutricis* omisso *parentis* Fruterius l. c., *parentis nutricum* I. F. Gronovius apud Schneiderum, ut nutrices dicerentur ubera scrofarum. verum esse puto quod Scaliger coniecit *parentis nutricis:* nam recte haec coniunguntur, propterea quod nutriendo scrofae desiderium porcorum excitant.

Quamuis in aceruos positum] *Quam si id in acervos positum est* Iucundus, *quam si in acervos positum* Angelius. *quam si in acervo positum* scripsi, quod et res ipsa et usus sermonis postulat. nam neque pluralis numerus aptus est, neque cum accusativo casu praepositio poni poterat.

Ad duodecim conuenire dicuntur] *Ad duodecim* in archetypo scriptum fuisse Politiano credendum est, quamquam *duodecem* habent apographa praeter Caesenatem codicem, *ad duodecem* B, *ab duodecem* Am et codex Florentinus. *ad buccinam* Ursinus recte. nam numeri indicatio hic locum non habet. III 13, 1 *vidisti ad bucinam inflatam certo tempore apros et capreas convenire ad pabulum.*

22 Greges maiorum inaequabiles habent] *Greges maiores* edita inde a principe editione exemplaria, quod a nemine explicatum esse video. archetypi scripturam a Politiano adnotatam ita defendit Schneiderus, ut greges maiorum dicerentur scro-

farum verrium maialium, qui distinguerentur a gregibus porcorum, quos separatim pascendos esse supra dictum erat. quamquam porcorum greges non minus inaequabiles esse quam maioris pecoris ex iis quae deinde de porcis scripta sunt apparet. itaque omisso genetivo *maiorum*, qui ex eo quod sequitur *maiores* videtur ortus esse, scripsi *greges inaequabiles habent.* nam de magnitudine gregum eadem fere praecipiuntur, quae de ovibus scripta sunt II 2, 20 *relinquitur de numero, quem faciunt alii maiorem, alii minorem: nulli enim huius moduli naturales;* et de bubus II 5, 18 *quidam habent aut minorem aut maiorem numerum.*

Aliquod maiores faciunt] *Aliquot* non addito nomine praeterea legebatur III 7, 5 *ut hoc optimum esse scripserint aliquot* et III 7, 11 *cum aliquot supra centum milium sestertium habeant instrumentum,* ubi pro *aliquod,* quod libri manu scripti habent, *aliqui* scripsi. idem hoc loco restituendum fuit. nam *aliquot* cum nominibus coniunctum saepissime in his libris legitur; sine nomine non videtur dictum esse.

Gregis numerum pastor ab sua utilitate constituit non ut quod uerres habeat id enim ab natura sumendum] *Ad suam utilitatem* editio princeps, ubi *ab* et *utilitate* Politianus e codice adnotavit, *suam* reliquit. *ab sua utilitate,* quod apographa habent, haud dubie in archetypo fuit. deinde *non utique quot verres habeat* scripsi. *non ita* vel *non item* Gesnerus coniecerat. numerum gregis pastor ab sua utilitate constituit; in constituendo verrium numero, qui a natura sumendus est, suam utilitatem sequi nequit.

V 1 Sinepirotae inquit charete et uarronem nostrum inquid poemenalaon scrofam enim mane salutaui] Pravo iudicio usus Gesnerus accusativum *Varronem nostrum* ita defendit, ut aposiopesin salutatoriam hanc esse diceret. non magis probari potest quod Schneidero placuit a Brenckmanno, ut ait, inventum in observationibus miscellaneis Belgicis v. VI p. 579 *en Varronem nostrum,* quod Schneiderus ita interpretatur: Lucienum post communem omnium salutationem, cum Varronem quoque adesse vidisset, hunc ut primarium et praecipuum adloqui et simul de Scrofa, ne praetereundo tacitus eum offenderet, hoc addere, se illum iam mane vidisse et salutasse. ut iustus rerum

et verborum ordo restitueretur, *Scrofam enim* ante *et Varronem nostrum* posui et verbum *inquit*, quod post haec ex superioribus, ut videtur, repetitum erat, delevi, *Synepirotae, inquit, χαίρετε, Scrofam enim et Varronem nostrum, ποιμένα λαῶν, mane salutavi.* nam praeter Scrofam et Varronem reliqui qui aderant, sicut in initio sermonis II 1, 2 dictum erat, in Epiro pecuarias habebant. itaque illi in salutatione Lucieni simul nominantur; ceteri communi Synepirotarum nomine comprehenduntur.

Hoc adferam meum corium et flagra] *Huc afferam* Beroaldus et deinde reliqui editores. *hoc* pro *huc* praeterea in archetypo scriptum erat III 5, 8 *hoc coieceris.* interpretationem verborum temptavit Victorius var. lect. 24, 18, 'ostendere enim voluit qui ea protulit, se aequum hominem esse ac paratum omnem poenam perpeti, si peccasset'. iocatur autem Lucienus, cum amicis conviciantibus, quod sero venisset, respondet se, cum iusta pro reditu peregisset, iam ad eos rediturum et tergum suum cum flagris adlaturum esse, ut poenas solveret verberibus. ceterum haud scio an rectius *mecum* scribatur, quam *meum,* ut corio lora e corio facta significentur, non tergum hominis: Plaut. Poen. 138 *heri in tergo meo tris facile corios contrivisti bubulos.*

Dum asses soluo palibus] *Palilibus* edita inde ab Aldina editione exemplaria, quod qui defendunt sermones de re pecuaria tamquam Palilibus habitos fingi putant. Ursinus *Palilibus* postea additum esse existimavit, ut indicaretur qui dies is esset, quo asses solverentur. *Pali* coniecit Schneiderus. scripsi *Laribus.* nam his asses dari solitos esse Varro de vita populi Romani narrat apud Nonium p. 531, 8. iisdem sacra fieri pro reditu scimus. discedit igitur Lucienus una cum Murrio a reliquis, ut asses pro reditu solvat Laribus, ut videtur, compitalibus.

2 Atticus murrio narrasti inquit eadem qui sermonis sint habiti] In Aldina editione haec et quae sequuntur ita mutata erant, *Vaccius Murio, Narra isti inquit eadem — in quo quidem meae partes — si quis scit, ubi nunc labar observet. Menas. Vide quid agas inquam Vacti.* archetypi scripturam cum certa Iucundi emendatione *narra isti* Victorius restituit. *eadem* autem ablativo casu pro adverbio dictum est, h. e. eadem ratione vel simul.

Nunc ubi labar olim in editionibus erat; *nuncubi* legendum

esse Ursinus adnotavit, quod Schneiderus recepit: III 2, 4 *nuncubi hic vides citrum.*

3 Ut scribit Timaeus] Gell. XI 1 *Timaeus in historiis, quas oratione graeca de rebus populi Romani composuit, et M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum terram Italiam de graeco vocabulo appellatam scripserunt, quoniam boves graeca vetere lingua ἰταλοί vocitati sint, quorum in Italia magna copia fuerit, bucetaque in ea terra gigni pascique solita sint complurima.*

Ut diceretur italus] *Qui diceretur Italus* ex Aldina editione Schneiderus restituit.

4 Agris homogyros] *Argis ὀνόγυρος* edita inde ab Aldina editione exemplaria. Homogyri Argivi mentionem fecerat Varro in libris de gente populi Romani, e quibus petita sunt haec apud Augustinum de civ. dei XVIII 6, quae Kettnerus stud. Varron. a. 1865 p. 67 secundo libro tribuit, *Argus quoque post obitum deus haberi coepit templo et sacrificiis honoratus, qui honor eo regnante ante illum delatus est homini privato et fulminato cuidam Homogyro, eo quod primus ad aratrum boves iunxerit.* eodem pertinere quae hoc loco scripta sunt et quae Pausanias VII 24, 2 de Iove homagyrio narrat Carolus Frickius de fontibus Augustini (Hoexter a. 1886) p. 17 adnotavit.

Noui inqui diue maiestatem] *Novi inquit Menas maiestatem* Iucundus. *inquit ille* Victorius.

Bysycon bupaeda bolimon] Paul. exc. Fest. p. 32, 10 *Bulimum Graeci magnam famem dicunt assueti magnis et amplis rebus praeponere bu, a magnitudine scilicet bovis. hinc est quod grandes pueri bupaedas appellant et mariscam ficum busycon.* quae a Varrone petita esse Victorius adnotavit.

5 Filius neptuni a menalippa] *E Menalippa* Victorius. simili brevitate dicta sunt haec, in quibus *ab* praepositio ad originem rerum vel hominum indicandam nominibus addita est, II 2, 1 *pastores a Pergamide Maledove,* II 11, 2 *lac melius est a valentibus,* de ling. lat. V 31 *Asia dicta ab nympha, a qua et Iapeto traditur Prometheus.*

Nasci dulcissimas apes mellis matres a quo eas graeci bugones appellant] *Nasci apes dulcissimi mellis matres* legendum vel *apes* delendum esse Ursinus coniecit. — *βουγόνας*

appellant Iucundus, quod temere probaverunt editores, quasi a nominativo *βουγόνη* dictum esset. *βουγενεῖς* Scaliger. idem vitium correctum est in geoponicis XV 2, 14 *αἱ βουγενεῖς μιᾷ καὶ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ ζῳογονοῦνται*, ubi *βουγονεῖς* erat in libris.

Et hunc plautium locutnm esse latine quam hirrium praetorem renuntiatum romam in senatum scriptum habemus] *Hirrium* plurima apographa et ex archetypo, ut videtur, Victorius; *Hirtium* in principe editione Politianus non correxit, *hyrtium* codex Florentinus, *hircium* Caesenas. *et hinc Plautium locutum esse latine. cum Hirtium praetorem renuntiatum Romam in senatum scriptum habere* Merula, quem deinde reliqui editores secuti sunt. de Plautio et Hirrio nihil, quod huc videatur referri posse, memoriae proditum est. itaque corruptam archetypi scripturam repraesentavi.

Quam qui bugoniam scripsit] Bugoniam Eumeli carmen esse tradit Hieronymus in Euseb. chron. a. 1250 p. 81 ed. Schoen., *Eumelus, qui bugoniam et Europiam, et Arctinus, qui Aethiopidam composuit et Iliupersin, agnoscitur.* nihil compertum esse de scriptore carminis Varro indicat. de generatione autem apum ex bubus scriptum fuisse carmen probabiliter coniecerunt Scaliger in Euseb. chron. l. c. et Salmasius in Solin. p. 859. nam qui ad ipsorum boum generationem rettulerunt idque Varronis verbis effici voluerunt, Marckscheffelius Hesiod. fragm. p. 239 et Bergkius mus. Rhenan. a. 1842 p. 365, facetias sermonis Varroniani parum perspexerunt. hoc enim dicit Vaccius, se sua disputatione de dignitate et praestantia boum Varroni non minus satisfacturum esse, quam eum qui bugoniam scripserit.

6 Bouum nouello] *Nouello* plurima apographa, *nouellorum* in principe editione Politianus non correxit. *nouello* in archetypo videtur scriptum fuisse, deinde correctum *nouellorum. bouum* hoc uno loco in archetypo scriptum fuit, praeterea *boum* supra 4 et 5 et deinde 7, 6; *bovom* in codice Florentino Varronis de ling. lat. IX 33.

Quae sterilis est uacca taura appellata quae praegnas horda ab eo in fastidies hordicalia nominantur quod tum hordae boues immolantur] *Appellatur* editiones ante Victorium, qui *appellata* ex codice recepit. *infastidies* apographa, *in fastis dies* in principe editione Politianus non cor-

rexit. *nominatur* ex 'vetere codice' Ursinus. de taura Varronis testimonio usus erat Verrius, Fest. p. 352, 15 Paul. exc. p. 353, 1 *Tauras vaccas steriles dici existimatur hac de causa, quod non magis pariant, quam tauri.* item de horda Paul. exc. Fest. p. 102, 15 *Horda praegnans, unde dies, quo gravidae hostiae immolabantur, hordicidia,* ubi Muellerus *hordicidia* apud Varronem scribendum esse adnotavit. fordicidia eadem dixit Varro de ling. lat. VI 15 *fordicidia a fordis bubus: bos forda quae fert in ventre. quod eo die publice immolantur boves praegnantes in curiis compluris, a fordis caedendis fordicidia dicta.* itaque scripsi *ab eo in fastis dies hordicidia nominatur.* poterat etiam omisso *dies* scribi *ab eo in fastis hordicidia nominantur.*

7 Potius ad fructos ferendos integrae quam iam exparte] *Expertae* edita ante Gesnerum exemplaria. *expartae* Scaliger adscripta glossa, quam postea Vulcanius in glossis Isidori edidit, 'veteres glossae, quas penes me habeo, *exparta partu vacua*'. eadem in glossis Vaticanis glossar. latin. v. IV p. 68, 34 leguntur. *expartae* Gesnerus dedit.

Ut sint bene compositae ut integris membris] *Ut sint bene compositis et integris membris* Ursinus. *ut sint bene compactae* olim conieci Columellam secutus, qui compactos boves dicit VI 1, 2 *Etruria et Latium compactos, sed ad opera fortis.* sed bene compositae vaccae dicuntur quae apta memborum iunctura conspicuae sunt. hoc enim in asinis laudatur II 5, 2 *firmos, omnibus partibus honestos* et in equis II 7, 4 *formosos nulla parte corporis inter se non congruentis.* idem vocabulum de equo legitur in rhetoricis ad Herennium IV 46, 59 *neque equus indomitus, quamvis bene natura compositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates, quae desiderantur ab equo.* ceterum formae boum similiter descriptae sunt in geoponicis et Magone auctore apud Columellam: geop. XVII 2 *δαμάλεις ἐκλεκτέον εὐπαγεῖς τοῖς σώμασι, περιμήκεις εὐμεγέθεις εὐκέρωτας πλατυμετώπους μελανοφθάλμους, γνάθους συνεσταλμένας ἐχούσας, ἐνσίμους μὴ κυρτάς, ἀνεπτυγμένας τὰς ῥῖνας ἐχούσας, αὐχένα μακρὸν καὶ παχύν, εὐστέρνους, χείλη μελανίζοντα ἐχούσας, βαθυπλεύρους πλατυνώτους, ὀφθαλμὸν ἐχούσας μέγαν, οὐρὰν προμήκη ψαύουσαν τῶν πτερνῶν πολύτριχα, βραχίονας βραχεῖς, σκέλη ὀρθὰ στερεὰ παχύτερα μᾶλλον ἢ μακρότερα, μὴ παρα-*

τριβόμενα πρὸς ἄλληλα, πόδας ἐν τῷ βαδίζειν μὴ πλατυνομένους ἄγαν μηδὲ χηλὰς διεσταλμένας, τοὺς ὄνυχας τελείους καὶ ἴσους, βύρσαν εὐαφῆ καὶ μὴ ἀπεξυλωμένην. δοκιμάζουσι δὲ ἀρίστας τὰς τοῖς χρώμασι ξανθιζούσας καὶ τὰ σκέλη μέλανα ἐχούσας ὡς εὐγενεῖς. Colum. VI 1, 3 *parandi sunt boves novelli quadrati grandibus membris, cornibus proceris ac nigrantibus et robustis, fronte lata et crispa, hirsutis auribus, oculis et labris nigris, naribus resimis patulisque, cervice longa et torosa, paleraribus amplis et paene ad genua promissis, pectore magno, armis vastis, capaci et tamquam inplente utero, lateribus porrectis, lumbis latis, dorso recto planoque vel etiam subsidente clunibus rutundis, cruribus conpactis ac rectis, sed brevioribus potius quam longis, nec genibus inprobis, ungulis magnis, caudis longissimis et setosis, pilo totius corporis denso brevique coloris robii* (*colore rubii* cod. Sangerm.) *vel fusci, tactu corporis mollissimo.*

Compressis malis subsimi ne gibberi spina leuiter remissa apertis naribus] *Compressis malis subsimisve, gibberi spina leviter remissa* sqq. Iucundus, *compressis malis, subsimae, ne gibberae, sed spina leviter remissa* Ursinus, *compressis malis, subsimis, ne gibberis, pinna leviter remissa apertis naribus* Gesnerus coniecit, pinnam de septo narium interpretatus, *compressis malis, subsimi, ne gibberi, sed spina leviter remissa* Schneiderus, ubi Georges Philol. v. 32 p. 697 *ne gibbera spina sed leviter remissa* scribendum coniecit. feminino genere, quod scriptum est supra, *compositae, oblongae, amplae,* haec quoque efferenda esse Ursinus intellexit; neque audiendus est Schneiderus, qui masculinum genus, quod est in codicibus, *subsimi ne gibberi,* ita defendit, ut primum de vitulis diceretur et feminis et castratis, postea de maribus. nam cum ad parandos armentorum greges haec omnia pertineant, primum formae describuntur vaccarum, deinde breviter dicitur de tauris. idem ordo est in geoponicis; masculino genere usus est Columella de eligendis bubus ad laborem aptis scribens. itaque scripsi *subsimae, ne gibberae, spina leviter remissa.* in quibus *subsimae* ad conformationem oris et narium, *gibberae* ad dorsum pertinet. nam in membris corporis describendis plane certum ordinem Varro secutus non est. praeterea *leniter* potius quam *leviter* scribendum erat.

8 A collo corpore apoleo demissa bene costatos] *Demissa* libri manu scripti, *demisso* in principe editione Politianus non correxit. *a collo palearibus demissis, corpore amplo bene costato* Iucundus ex Columella l. c., ubi Victorius *costatos* ex codice dedit. *demissa,* quod erat in archetypo, restitui; reliqua ita emendavi, *a collo palea demissa, corpore bene costato.* nam *palea,* pro quo *palearia* dixit Columella, de simili re dictum est in gallis Varr. III 9, 5 *palea rubra subalbicanti* et Colum. VIII 2, 9 *paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent,* ubi in Sangermanensi codice *galeae* scriptum est.

Inferiorem partem frequentibus pilis subcrispis] *Subcrispam* ex Aldina editione receptum est: II 7, 5 *iuba crebra fusca subcrispa subtenuibus saetis* et deinde *coda ampla subcrispa.*

Neque ingredientibus qui displudantur nec cuius ungulae diuarent] II 9, 4 *qui ingredienti ei displodantur,* ubi *displorantur* in archetypo scriptum erat. similiter Lucretius IV 710 *explaudentibus alis.* deinde *divaricent* edita inde a principe editione exemplaria. retinui quod in archetypo scriptum erat *divarent.* est enim a varando dictum *divarare* et *obvarare,* quod Ennii exemplo adscripto Nonius testatur p. 147, 17 *Obvarare pervertere depravare, dictum a varis.*

Torium atactu non asperum] *Corium attractu non asperum* Merula. *attactu* Iucundus. pro hoc *tactu* scripsi, quod est apud Columellam l. c. *tactu corporis mollissimo* et in geoponicis *βύρσαν εὐαφῆ.*

Colore potissimum nigro deinde robeo tertio theluo] *Deiñ,* h. e. *deinde,* in archetypo fuisse videtur. nam *deinde* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, *deiñ* Florentinus, *dein* AB et editio Victorii. *theluo* libri manu scripti et Politianus, non *thelus,* ut Gesnerus adnotavit. *rubeo tertio helvo* Merula. *rubro* edidit Beroaldus. *robeo* defendit Scaliger adposita inscriptione CIL v. VI 826, ubi *vitulo robio* scriptum est. idem vocabulum de colore boum praeter Columellam l. c., quem Palladius IV 11, 2 secutus est, legitur Paul. exc. Fest. p. 264, 10 *Robum rubro colore et quasi rufo significari, ut bovem quoque rustici appellant, manifestum est,* Iuvenal. 8, 155 *robumque iuvencum,* Gell. IV 6, 2 *siquid succidaneis opus esset,*

robiis succideret. item de asino Pallad. IV 14, 3 *nigri vel murrini maxime coloris aut rubei,* de gallinis Colum. VIII 2, 8 *sint ergo matrices robii coloris,* de mure Serv. in Verg. georg. I 181 *mus agrestis robeus.* idem autem color, qui olim dicebatur robeus vel robius, postea vulgo rubeus dictus est. utrumque legitur in codice Bobiensi Sacerdotis gramm. lat. v. VI p. 462, 1 *coloris erat rubei,* 3 *piscis robeus.*

9 De mediis duobus prior quam posterior in eo prior utrique plures quam nigri et albi] *De mediis duobus prior quam posterior melior, utrique pluris quam nigri et albi* edita inde a principe editione exemplaria, ubi Gesnerus nigros et albos intellegendos esse varios seu maculosos adnotavit; *utrique ad laborem pluris* coniecit Pontedera p. 430, *utique pluris,* i. e. certe nigris et albis praestat, Schneiderus. archetypi scripturam a Victorio indicatam *prior quam posterior in eo prior* argute defendit Scaliger, 'ludit facetus senex: de mediis, inquit, duobus coloribus, robo et helvo, prior, hoc est robus, est quoque prior non solum loco, sed et bonitate'. sed his omnibus fraudi fuit genetivus *pluris* pro nominativo *plures* ex principe editione receptus. apparet enim non de dignitate, sed de numero boum, qui in uno quoque ex quattuor coloribus inveniuntur, haec scripta esse. veram verborum sententiam indicavit Zahlfeldtius quaest. crit. in Varron. rer. rust. libr. p. 32, qui *prior quam posterior crebrior, utrique plures* scribendum esse coniecit, et similiter Vahlenus ib. *prior quam posterior numero prior, utrique plures.* deletis verbis *in eo prior,* quae ex prava praecedentis vocabuli repetitione videntur orta esse, scripsi *de mediis duobus prior quam posterior, utrique plures quam nigri et albi.* robei boves sunt numero plures quam helvi, utriusque coloris plures quam nigri et albi.

Neque non praeterea ut mari seminis boni sunt quorum et forma est spectanda et qui ex his orti sunt respondent ad parentum speciem et praeterea quibus regionibus nati sunt refert] *Mari* Politianus cum apographis, non *maris,* ut Gesnerus adnotaverat, quod Lachmannus in Lucret. p. 56 in exemplis nominativi pluralis is terminati posuit. *ut mares seminis boni sint* Merula. deinde *et qui ex his orti sunt ut respondeant* Iucundus. plura novavit Ursinus, qui *neque non,*

ut mares boni seminis sint, filiorum est forma spectanda, quod qui ex his orti sunt, respondent ad parentum speciem scribendum coniecit, et similiter Schneiderus *neque non ut mares boni seminis sint, et qui ex his orti sunt, eorum forma est spectanda, si respondent ad parentum speciem.* restitui lectionem archetypi *et qui ex his orti sunt respondent.* nam cum bonitas seminis in maribus ex tribus rebus cognoscatur, sicut de subus dictum erat II 4, 4 *a facie et progenie et regione caeli,* cum prima parte, quae est de forma, neglęgentius coniuncta est secunda, *et qui ex his orti sunt* sqq., deinde adiecta tertia de regionibus. — coniunctivum *nati sint* pro indicativo *nati sunt,* qui adhuc in editis exemplaribus erat, C. F. W. Muellerus ephem. gymnas. Berol. a. 1865 p. 872 restituit.

Nugatori ligusti] *Iugatorii ligustici* ex Aldina editione receptum erat, *nugatorii Ligusci* Scaliger. parvos in Liguria boves esse ait Columella III 8, 3 *armentis sublimibus insignis Mevania est, Liguria parvis.* hos Varro nugatorios dicit, ad opus faciendum minus aptos quam Gallicos. utrumque autem genus Italiae tribuit, propterea quod opponitur transmarino boum generi. *nugatori* retinui, ut I 1, 5 *necessari.* Liguscus ager dicitur I 18, 6 et Ligusci montes III 9, 17.

10 Transmarini epirotici non solum meliores totius graeciae sed etiam quam italiae] *Sed etiam Italiae* edita inde a principe editione exemplaria. archetypi lectionem *sed etiam quam Italiae* Hauptius opusc. v. I p. 200 defendit. neque reicienda videtur haec dicendi brevitas, quod ad utramque sententiae partem comparativus *meliores* refertur, cum in priore parte potius superlativus gradus scribendus esset: ex transmarinis bubus Epirotici non solum meliores boves totius Graeciae sunt, sed etiam meliores quam Italiae boves. quamquam apparet non plane eiusdem generis esse versum Ennii, de quo Hauptius l. c. disputavit, apud Ciceronem de div. I 31, 66 (Enn. Alexandr. v. 41 ed. Ribb.) *mater optumarum multo mulier melior mulierum.* nam in hoc et nomen *mulier* additum et *melior,* ut monuit Woelfflinus de comparatione p. 69, propter allitterationem positum est. itaque apud Varronem olim aequabilitatis orationis causa scripseram *meliores quam totius Graeciae.*

De italicis quos propter amplitudinem praestare

dicunt ad uictimas faciunt] *Farciunt* Iucundus. *faciunt* Schneiderus restituit; idem praepositionem *ad* ante *victimas* delendam esse coniecit. hunc secutus scripsi *victimas faciunt,* nisi potius scribendum erat *ad victimas faciunt pingues:* II 1, 20 *boves altiles ad sacrificia publica saginati dicuntur opimi.*

Non tam frequentes quamquam in thracia] *Quam qui in Thracia* edita inde a principe editione exemplaria inepte interposito pronomine. itaque deleto *quam* scripsi *quam in Thracia.*

11 Paulo uerbosius haec qui mamili actionis secuntur lanii qui ad cultrum bouem emunt qui ad altaria hostiae sanitatem non soluent stipulari] *Manilii actiones* et deinde *non solent* Merula. *et qui ad altaria* Iucundus, quod a Victorio receptum et deinde ad reliquas editiones propagatum erat. quo commotus est Scaliger ut prava distinctione in hunc modum verba dirimeret, *paulo verbosius haec, qui Manilii actiones sequuntur. lanii, qui ad cultrum bovem emunt, et qui ad altaria* sqq. hunc Gesnerus et Schneiderus secuti sunt. deleto *et,* quod non fuit in archetypo, verba sic, ut in antiquioribus editionibus expressa erant, exhibui, *paulo verbosius haec, qui Manili actiones secuntur lanii, qui ad cultrum bovem emunt: qui ad altaria* sqq. in emptione boum lanii, qui Manilii actiones secuntur, verbosius stipulari solent; ii qui ad altaria bovem emunt sanitatem non solent stipulari.

Hieme cum hibernant secundum mare aestu abigantur in montes frondosos] *Cum hibernant* tamquam orta ex interpretatione v. *hieme* deleri voluerunt Scaliger et Ursinus, incluserunt Gesnerus et Schneiderus. *abiguntur* recte Merula. si hieme greges hibernandi causa secundum mare pascuntur, aestate in montes frondosos abigi solent. nam *hieme* ad tempus indicandum additum est propter illud quod sequitur *aestu.*

13 Significat discensu taurus cum init si quod si mas est in dexteriorem partem abit] *Cum iniit, siquidem si mas est* edita inde a principe editione exemplaria, quamquam *siquidem* hoc modo a Varrone dictum non est. nam diversum est II 11, 1 *si quidem, inquam, adieceritis.* itaque deleto *si* priore loco veterem lectionem restitui, in qua *cum init* de tempore ineundi vel admissurae dictum est. taurus tum, cum init, descensu significat, utrum mas an femina concepta sit. Varronem

videtur secutus esse Columella VI 24, 3 *qui ubi iuvencam supervenit, certis signis conprendere licet, quem sexum generaverit, quoniam, si parte dextra desiluit, marem seminasse manifestum est; si laeva, feminam.* eadem res narratur a Plinio VIII 176 et in geoponicis I 17, 6.

Aristolem plurima apographa, *Aristotelem* in principe editione Politianus non correxit. in archetypo *aristolem* videtur scriptum fuisse, postea correctum *aristotelem.* de generatione marium et feminarum Aristoteles de generat. animal. VI 1 sqq. disputavit.

Pleraeque pariunt in decem annis quaedam etiam plures] *In decem annis* libri manu scripti omnes, *in decimo anno* Politianus in principe editione non correxit. *in decem annos, quaedam etiam in plures* ex Aldina editione receptum erat, repetita contra fidem librorum praepositione. *in* cum accusativo de tempore dictum est II 2, 12 *faciunt in annum segetes meliores.*

A dulpini eamortu usque ad dies quadraginta aut paulo plus] *A delphini exortu* Merula. geopon. XVII 10, 3 *ὥρα δὲ πρὸς ὀχείαν [τετραπόδων] ἡ ἀπὸ δελφῖνος ἐπιτολῆς, τουτέστι περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ Ἰουνίου μηνός, ἕως ἡμερῶν μ'.* dicitur autem exortus delphini vespertinus, de quo Columella XI 2, 45 scribit *IV idus Iunias delphinus vespere exoritur.* falsa de eadem re Plinius VIII 177 rettulit, *coitus a delphini exortu a. d. pridie nonas Ianuarias diebus triginta,* quo die delphinum matutino exoriri Plinius XVIII 234 scribit.

14 Exemptis testiculis si statim admiseris statim concipere] *Si statim amiseris concipere* m, *si statim admiseris concipere* ex Aldina editione Victorius receperat. nomen *taurum* desiderari Scaliger adnotavit; idem nomen in 'vetere codice' post *admiseris* scriptum esse adnotavit Ursinus, quod Schneiderus probavit. itaque pro *statim,* quod bis scriptum est in manu scriptis libris, posteriore loco *taurum* scripsi, *si statim admiseris taurum, concipere:* Aristot. de generat. anim. I 4, 11 *καὶ ἤδη ταῦρός τις μετὰ τὴν ἐκτομὴν εὐθέως ὀχεύσας ἐπλήρωσε διὰ τὸ μήπω τοὺς πόρους ἀνεσπάσθαι,* Colum. VI 26, 3 *formam servat maris, cum generandi vim deposuit, quam tamen ipsam non*

protinus amittit. nam si patiaris eum a recenti curatione feminam inire, constat ex eo posse generari.

14 Itaque quod eas aestate tabani concitare solent et bestiolae quaedam minutae sub cauda alii ne concitentur aliqui solent includere septis] *Aliqui* Merula omiserat. hoc restituto Iucundus *alii* delevit, quae lectio ex Aldina editione in reliquas propagata est, *itaque quod eas aestate tabani concitare solent et bestiolae quaedam minutae sub cauda, ne concitentur, aliqui solent* sqq. in quibus *et bestiolae quaedam minutae sub cauda* non addito verbo dici non poterat. quare archetypi scripturam in hunc modum emendavi, *sub cauda ali, ne concitentur, aliqui solent.* nam de vermiculis, qui ex ovis tabanorum sub cauda boum nascuntur, haec videntur scripta esse. quamquam *ali* insolentius dicitur de rebus quae per se nascuntur et crescunt, sicut adnotavi I 12, 2.

15 Aestate ad aquam appellandum bis hieme semel] *Appellendum* Merula. *bis die, hieme semel* coniecit Heidrichius Varronian. I p. 38.

17 Quibus non satis praebent matres] *Non satis lactis praebent* Iucundus, quod Schneiderus recepit.

18 De sanitate sunt complura quae exscripta de magonis libris armentarium meum crebro ut aliquid legat curo] *Ut aliquid de eo legat curo* Merula, *ut legat curo* coniecit Gesnerus. *armentarium meum habere, crebro ut aliquid legat, curo* olim conieci, propterea quod *scripta habere* de eadem re saepius legitur II 1, 23. 2, 20. 7, 16. 10, 10. nolui tamen lectionem archetypi mutare, in qua accusativus *armentarium meum* cum verbo *curo* coniunctus est, *aliquid* autem adverbii loco positum, cuius usus exempla apud Ciceronem Halmius in Cicer. p. Sest. 4, 10 indicavit.

Minorem aut maiorem numerum gregum] *Gregum* delendum esse Popma adnotavit, incluserunt Gesnerus et Schneiderus. nam de numero taurorum haec dici apparet, non de numero gregum, qui postea definitur.

Nam apud eum duo tauri in septuaginta matribus sunt] *Apud Atticum* ex coniectura Ursini recepi. nam et Atticum et ipsum Vaccium, qui haec loquitur, duos tauros habere ad septuaginta matrices dictum erat supra § 12.

VI 1 *Murrius,* quod habent apographa Italorum et editio Victorii, in ipso archetypo videtur scriptum fuisse, non *murius,* quod in principe editione Politianus non correxit et ex manu scriptis libris habent A et m.

2 Quod faciunt peloponnesi cum potissimum eos ex arcadi emebant] *Ex Arcadia* Merula, quod Politianus non correxit, *ex arcadi* vel *ex archadi* apographa. *Peloponnenses* Iucundus, *Peloponnesii* Victorius. *Peloponnesi* de loco dictum esse, non de hominibus, ex eo quod sequitur *in Italia* intellegi poterat. deinde *emant* editio Basileensis a. 1521, quod Gesnerus et Schneiderus receperunt. vitium veteris scripturae *emebant* cognoverat Ursinus, qui *ut potissimum eos ex Arcadia emant* vel *cum potissimum eos ex Arcadia emunt* scribendum coniecit. cum coniunctivo modo praesentis temporis *cum* ponitur in definitione rei, quae accuratius describitur vel confirmatur, I 57, 2 *triticum conspargunt, cum addant in circiter mille modium quadrantal amurcae,* II praef. 2 *nec putant se habere villam, si non multis vocabulis retineant graecis, cum vocent particulatim loca,* III 5, 2 *testudo — fit magna, in qua milia aliquot turdorum ac merularum includere possint, quidam cum eo adiciant praeterea aves alias,* 14, 3 *vitam diu producunt, cum ad eam rem pauca laurea folia intericiant et aspergant furfures,* 16, 32 *favorum foramina obducta videntur membranis, cum sint repleti melle,* et similiter cum coniunctivo perfecti temporis III 7, 7 *interficere solent duabus virgis viscatis —, cum inter eas posuerint obligatum animal.*

Murenae optimae elutae sunt in sicilia] *Flutae* Merula: Macrob. Saturn. III 15, 7 de murenis Siculis et de anguillis *utraeque ex illo loco graece plotae vocantur, latine flutae —. et si enumerare velim, quam multi magnique auctores murenas e freto Siculo nobilitarint, longum fiat. sed dicam, quid M. Varro in libro qui inscribitur Gallus de admirandis dixerit his verbis, 'in Sicilia quoque' inquit 'manu capi murenas flutas, quod eae in summa aqua prae pinguedine flutentur'.* eaedem *plautae* dicuntur apud Columellam VIII 17, 8 *item plautas quae maxime probantur murenas:* nam ita ibi in manu scriptis libris legitur. *flutae* autem dictae sunt graeco nomine πλωτή ad similitudinem latini verbi *fluere* transformato.

3 Unum ferum quos uocant onagros in phrygia et lycaonia sunt greges multi] De gregibus ferarum supra II 1, 5 scripta sunt haec, *genera pecudum ferarum sunt aliquot, ab ovibus, ut in Phrygia, ubi greges videntur conplures.* hinc *ut,* quod omitti non poterat, addidi, *onagros, ut in Phrygia.*

Eligendi et mas et femina cum dignitate ut sit] *Sint* ex Aldina editione receptum erat; *sit* ex archetypo restitui.

4 Quod remissione laboris sic deterior] *Fit deterior* edita inde a principe editione exemplaria, quod comprobatur exemplis eius dictionis supra II 4, 13 adscriptis. archetypi lectionem Scaliger defendit; *hic deterior* Victorius coniecerat.

In pastu eadem obseruant] Veteri emendationi debetur quod in codicibus A et m legitur *in partu.* idem vocabulum restitui II 4, 17. de partu equorum pauca scripta sunt 6, 11.

5 Quorum greges non sane fiunt niestei qui onera portent ideo quod plerique diducuntur ad molas] *Diducuntur,* quod optima apographa habent, in archetypo fuisse videtur. nam *deducuntur* errori Politiani minus accurate lectionem principis editionis *deducantur* corrigentis tribui poterit. *nisi ei qui onera portent* Merula, ubi *ii* ex Aldina editione receptum erat. *nisi ex eis qui onera portant* scripsi.

VII 1 E quis feminasque modius equiculus uir fortissimus etiam patre militari iuxta ac mares habere solebat] *Commodius Equiculus* Iucundus, quod ille ex corrupta codicis m scriptura *feminas cōmdius equiqulus* effecerat. *Q. Modius Aequicolus vir fortissimus etiam in re militari* sqq. 'ex vetere codice' Ursinus. *Q. Modius Equiculus* Victorius. de Q. Modio nihil memoriae proditum est. quare lectionem archetypi *etiam patre militari* exhibui. olim ex coniectura Ursini *etiam in re mititari* recepi, propterea quod non videbatur omitti posse equas etiam ad militarem usum aptas haberi.

Qui habere uoluerunt] *Voluerint* ex Aldina editione receptum erat. *qui habere volunt* scripsi, quod et sententia verborum postulat et usus Varronis, II 3, 1 *qui caprinum gregem constituere vult,* 4, 3 *qui suum gregem vult habere idoneum,* 6, 2 *asinorum gregem qui facere vult bonum,* III 9, 2 *qui ornithoboscion instituere vult,* 11, 1 *qui autem volunt greges anatium habere.*

Primum spectare oportet aetatem quam praecipiunt uidemus ne sint minores trimae maiores decem annorum] *Primum oportet spectare aetatem, quam praecipiunt. videndum ne sint* Iucundus, qui in his quoque scripturam codicis m secutus erat. *primum oportet spectare aetatem, ne sint minores trium, maiores decem annorum* Ursinus. restitui lectionem archetypi, sed post *praecipiunt* addidi *sic,* quod in hac verborum conformatione omitti non poterat, *primum spectare oportet aetatem, quam praecipiunt sic: videmus* sqq. olim, ut aptior verborum coniunctio fieret, *quam praecipi ita videmus* scribendum conieci.

2 Aetas cognoscitur et equorum fere omnium qui ungulas indiuisas habent et etiam cornutarum quod equus triginta mensibus primum dentes medios dicitur amittere] *Equorum aetas et fere omnium cognoscitur* m, *aetas cognoscitur et equorum et fere omnium* Merula, *aetas cognoscitur equorum et fere omnium* edita inde ab Aldina editione exemplaria. *et fere omnium quae ungulas indivisas habent et etiam cornutorum* Pontedera apud Gesnerum et Schneiderus. archetypi scripturam *et equorum fere omnium* Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 20 ita defendit, ut praecepta de dentibus quae sequuntur non de omnibus equis, sed de plurimis valere dicerentur et his adderentur cornutae pecudes. in quo et illud perversum est, quod praecepta ad omnes fere equos, non ad totum genus pertinere dicuntur, et inepte de equis addita sunt haec, *qui ungulas indivisas habent.* itaque lectionem principis editionis, quae vetere emendatione inventa erat, restitui. mutatio autem generis masculini et feminini, *et equorum et fere omnium qui ungulas indivisas habent et etiam cornutarum,* eo defendi poterit, quod in priore genere, quod ungulas indivisas habet, praeter equos sunt muli et asini, in altero, quod cornua gerit, pecudes. hae igitur, cum divisas habeant ungulas, in definienda aetate eandem legem sequuntur atque equi et reliqui fere omnes, qui indivisas ungulas habent. de dentibus boum Aristoteles hist. anim. VI 21, 145 dixit *τοὺς δ' ὀδόντας βάλλει βοῦς διετὴς καὶ οὐκ ἀθρόους, ἀλλ' ὥσπερ ἵππος,* de dentibus et aetate equorum ib. 150 *ἔχει μὲν οὖν ὀδόντας τετταράκοντα, βάλλει δὲ τοὺς μὲν πρώτους τέτταρας, τριακοντάμηνος, τοὺς*

μὲν δύο ἄνωθεν τους δὲ δύο κάτωθεν. ἐπειδὰν δὲ γένηται ἐνιαυτός, βάλλει τὸν αὐτον τρόπον τέτταρας, δύο μὲν ἄνωθεν δύο δὲ κάτωθεν, καὶ πάλιν ὅταν ἄλλος ἐνιαυτὸς γένηται, ἑτέρους τέτταρας τὸν αὐτὸν τρόπον. τεττάρων δ' ἐτῶν παρελθόντων καὶ ἓξ μηνῶν οὐκέτι βάλλει οὐδένα, et deinde 154 *ἀκμάζει δὲ καὶ ἵππος καὶ ἡμίονος μετὰ τοὺς βόλους. ὅταν δὲ πάντας ὦσι βεβληκότες, οὐ ῥᾴδιον γνῶναι τὴν ἡλικίαν, διὸ καὶ λέγουσι γνώμην ἔχειν, ὅταν ἄβολος ᾖ· ὅταν δὲ βεβληκώς, οὐκ ἔχειν. ὅλως δὲ μάλιστα γνωρίζεται ἡ ἡλικία μετὰ τοὺς βόλους τῷ κυνόδοντι· τῶν μὲν γὰρ ἱππαστῶν γίνεται μικρὸς διὰ τὴν τρῖψιν (κατὰ τοῦτον γὰρ ἐμβάλλεται ὁ χαλινός), τῶν δὲ μὴ ἱππαστῶν μέγας μέν, ἀλλ' ἀπηρτημένος, τῶν δὲ νέων ὀξὺς καὶ μικρός.* haec a Varrone expressa, sed quaedam alio auctore adhibito ab eo addita vel mutata sunt. post Varronem de iisdem rebus scripserunt Columella VI 29, 4 et Plinius XI 168, ex quibus ea quae huc pertinent postea adscribam. ex Varronis praeceptis plurima translata sunt in excerpta Apsyrti quae feruntur in geoponicis XVI 1. ex his nunc adscribam haec, 1, 12 *τὸν δὲ χρόνον καὶ τὴν ἡλικίαν τῶν ἵππων καὶ πάντων τῶν μονωνύχους τὰς ὁπλὰς ἐχόντων σχεδὸν καὶ τῶν κερασφόρων γνωσόμεθα ἀπὸ τῆς τῶν ὀδόντων ἐκβολῆς. λ' μὲν γὰρ μηνῶν γενόμενος ὁ πῶλος πρωτοβολεῖ τῶν ἐμπροσθίων, οὓς καλοῦμεν τομεῖς, τοὺς μέσους δύο κάτωθεν καὶ ἄνωθεν δύο ἀποβάλλων. ἀρχόμενος δὲ τοῦ τετάρτου ἔτους ἐκβάλλει πάλιν ἄλλους δύο κάτωθεν ἐξ ἑκατέρου μέρους καὶ ἄνωθεν ὡσαύτως. φύειν δὲ δοκεῖ τότε καὶ τοὺς κυνόδοντας. τελειώσας δὲ τὰ δ' ἔτη καὶ τοῦ ε' ἐπιλαβόμενος τοὺς λοιποὺς ἐκβάλλει κάτωθεν καὶ ἄνωθεν ἐξ ἑκατέρου ἕνα, τοὺς δὲ φυομένους κοίλους ἔχει. ἐμβὰς δὲ εἰς τὸ ἕκτον ἔτος ἀναπληροῦται τῶν πρώτων τὰ κοιλώματα. ἐπιλαβὼν δὲ τοῦ ζ' πάντας ἔχει συμπεπληρωμένους καὶ οὐδὲν ὅλως ἔχοντας κοίλωμα. τούτου δὲ συμβάντος οὐκέτι ῥᾴδιον ἐπιγινώσκειν τὰ ἔτη.* similia sunt quae eiusdem Apsyrti nomine praescripto leguntur in Hippiatricis a Simone Grynaeo editis Basileae a. 1537 p. 226, *Ἄψυρτος Μενεκράτει Κλαζομενίῳ χαίρειν. βούλομαί σε εἰδέναι ἐν τοῖς ἵπποις καὶ ἄλλοις ὅσα μώνυχας ὁπλὰς ἔχει τὰς τῶν ὀδόντων ἐκφύσεις καὶ τῶν ἐτῶν προσθέσεις* sqq.

3 Quinto anno incipiente item eodem modo admitterem bimas cum canos habeat tum renascentes eis sexto anno impleri septumo omnes habere solet relatos et completos] *Quinto anno incipiente item eodem modo amittere binos, quos caninos habent, tum renascentes eis, sexto anno impleri: septimo omnes habere solent renatos et completos* Merula, ubi *incipienti* Victorius edidit, *quos cavos habent tum renascentes eis, sexto anno implere* Schneiderus. *caninos,* quod ex principe editione reliqui editores receperunt, petitum erat ex Columella VI 29, 4 *annorum notae cum corpore mutantur. nam dum bimus et sex mensum est, medii dentes superiores et inferiores cadunt. cum quartum annum agit, his qui canini appellantur deiectis alios adfert. intra sextum deinde annum molares superiores et inferiores cadunt. sexto anno quos primos mutavit exaequat. septimo omnes explentur aequaliter, et ex eo cavatos non* (*non* deest in libris) *gerit.* apud Varronem *cavos* restituit Schneiderus ex geoponicis l. c. τοὺς δὲ φυομένους κοίλους ἔχει. nam canini dentes sunt qui ibi dicuntur κυνόδοντες. hos *columellares* dicit Varro et eum secutus Plinius XI 168 *equo sunt numero quadraginta: amittit tricesimo mense primores utrimque binos, sequente anno totidem proximos, cum subeunt dicti columellares; quinto anno incipiente binos amittit, qui sexto anno renascuntur; septimo omnes habet et renatos et inmutabiles.* praeterea pravam verborum coniunctionem, quae in editionibus fuit, correxi et restituto ex archetypo singulari numero *habeat* et *solet,* in quo editores offendere non debebant, pro *eis* scripsi *ei,* h. e. dentes, *quinto anno incipiente item eodem modo amittere binos, cum cavos habeat tum renascentes, ei sexto anno inpleri, septumo omnes habere solet renatos et conpletos.* quinto anno incipiente equus item binos dentes amittere solet, et cum eos qui tum renascuntur cavos habeat, hi sexto anno inpleri solent, septimo autem anno omnes habere solet dentes renatos et conpletos.

Hoc maiores qui sunt intellegi negant posse praeterquam cum dentes sint facti brocchi et supercilia cana et sub ea lacuni sex obseruatu dicunt eum equorum habere annos sedecim] *His maiores qui sunt, negant intelligi posse: praeterquam cum dentes sunt facti brochi et supercilia cana et sub ea lacunae, ex observatu dicunt eum*

equum habere annos XVI Merula. *intelligi negant posse* Iucundus, *sint facti brocchi* Victorius ex manu scriptis libris dederunt. praeterea *hoc maiores,* i. e. septimo anno maiores, ex archetypo restitui, reliqua ita emendavi, *cum dentes sint facti brocchi et supercilia cana et sub eis lacunae, ex eo observatu dicunt eum equom habere annos sedecim.* Varronem secutus est Plinius XI 169 *absumpta hac observatione senectus in equis et ceteris veterinis intellegitur dentium brocchitate, superciliorum canitia et circa ea lacunis, cum fere sedecim annorum existimantur;* item Columella VI 29, 5 post ea quae supra adscripsi, *nec postea quot annorum sit manifesto conprehendi potest. decimo tamen anno tempora cavari incipiunt et supercilia nonnumquam canescere et dentes prominere.* accuratius Apsyrtus in hippiatricis p. 227 *καὶ οὐκ ἔστι ῥᾴδιον ἐπιγινώσκεσθαι τῶν ἐτῶν τὸν λοιπὸν χρόνον. λέγεται δὲ ὅταν τοὺς ὀδόντας ἔχων φανῇ προπεπτωκότας, ἔχῃ δὲ καὶ τὰς ὀφρῦς πολιὰς καὶ τὰ ὑποκάτω τῶν ὀφρύων κοιλότερα καὶ τοὺς ὀφθαλμούς *, παρατηρεῖσθαι πᾶσιν, ὅτι ἐστὶν ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ ἔτει ὁ ἵππος.* brocchi dentes sunt qui in hippiatricis dicuntur *προπεπτωκότες*, apud Columellam prominentes, apud Aristotelem in iis quae ex hist. anim. VI 21, 154 supra adscripsi de canino dente equorum *ἀπηρτημένος*. eodem vocabulo de dentibus canum usus est Varro II 9, 3 *superioribus directis potius quam brocchis.* de dentibus hominum interpretatur Nonius p. 25, 21 *Bronci sunt producto ore et dentibus prominentibus: Lucilius satirarum lib. III broncu' Bovillanus dente adverso eminulo hic est, Rhinoceros.* Nonii interpretatio repetita est in glossa apud Loewium gloss. nomin. p. 144. idem saepius in glossis legitur de iis qui labrum tumidum habent, Loew. prodr. gloss. p. 391. praeter Lucilium eo nomine usus est Plautus apud Festum p. 375, 21.

4 Forma esse oportet magnitudine modica quod nec uallos nec minutos decet esse equas clunibus ac uentribus latis equos admissura quos uelis habere lege oportet amplo corpore formosos] *Forma esse oportet magnitudine media: nec vastos nec minutos decet esse. equas clunibus ac ventribus latis. equos ad admissuram quos velis habere legere oportet amplo corpore formosos* Merula, ubi *media quod* Iucundus, *modica quod* Angelius restituit. *forma esse oportet magni-*

tudine media, quod nec vastas nec minutas decet esse equas: clunibus ac ventribus latis Schneiderus auctore Pontedera p. 433 coll. geopon. XVI 1, 1 *τὰς θηλείας ἵππους, ἐξ ὧν πωλοτροφήσομεν, εἶναι χρὴ εὐπαγεῖς καὶ μέγεθος ἐχούσας ἱκανὸν καὶ ὡραίας ἰδεῖν πλάτος τε ἔχειν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κοιλίας καὶ κατα τὰς λαγόνας. de forma esse oportet magnitudine modica, quod nec vastos nec minutos decet esse, equas clunibus ac ventribus latis. equos, ad admissuram quos velis habere* sqq. scripsi. de usu praepositionis *de,* quam addidi, dixi II 3, 2. *vastus* de figura animalium dixit Cicero de nat. deor. I 35, 97 *elephanto beluarum nulla prudentior; at figura quae vastior?* Columella VI 1, 2 de bubus *vastos et albos,* ib. 3 *armis vastis* et VII 3, 7 de ovibus *eliges bimam vasti corporis.* masculinum autem genus *nec vastos nec minutos,* pro quo femininum genus in geoponicis est, Gesnerus defendit. nam primum de forma universi generis equorum, deinde separatim de equabus et de equis admissariis praecipitur.

Nulla parte corporis inter se non congruenti qualis futurus sit equus epulio coniectari potest] *Congruenti qualis* editio princeps a Politiano non mutata, *congrue nti qualis* A, *congrue nu qualis* B, *congruenn qualis* codex Florentinus, *congrue inequalis* Caesenas, *congruos uñ qualis* m. *nulla parte corporis inter se non congruente. unde qualis futurus sit equus, e pullo coniectari potest* Iucundus, ubi Victorius *unde* delevit. *nulla parte corporis inter se non congruenti* num dici potuerit pro eo quod accuratius dicendum erat 'omnibus partibus corporis inter se congruentibus', dubito. itaque *congruentes* scripsi, sicut de vaccis scriptum est II 5, 7 *ut sint bene compositae.* de forma equorum apud Columellam et in geoponicis praecepta sunt haec, quae adscribam, propterea quod his auctoribus editores abusi sunt ad corrigenda ea quae apud Varronem leguntur, Colum. VI 29, 2 *corporis vero forma constabit exiguo capite, nigris oculis, naribus apertis, brevibus auriculis et adrectis, cervice molli lataque nec longa, densa iuba et per dextram partem profusa, lato et musculorum toris numeroso pectore, grandibus armis et rectis, lateribus inflexis, spina duplici, ventre substricto, testibus paribus et exiguis, latis lumbis et subsidentibus, cauda longa et setosa crispaque, mollibus atque altis rectisque cruribus, tereti genu parvoque neque introrsus spectanti, rutundis clunibus, femi-*

nibus torosis ac numerosis, duris ungulis et altis et concavis rutundisque, quibus coronae mediocrs superpositae sunt. geopon. XVI 1, 9 *τὴν κεφαλὴν ἔχει μικράν, ὄμμα μέλαν, ῥῖνας μὴ συμπεπτωκυίας, ὦτα προσεσταλμένα, τράχηλον ἁπαλόν, χαίτην βαθεῖαν οὐλοτέραν βραχύ, κεκλιμένην ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῦ αὐχένος, στῆθος εὐρὺ μεμυωμένον, ὠμοπλάτας μεγάλας, βραχίονας ὀρθούς, κοιλίαν εὔογκον, διδύμους μικρούς, ῥάχιν μάλιστα μὲν διπλῆν, εἰ δε μή γε, μὴ κυρτήν, οὐρὰν μεγάλην οὐλότριχον, σκέλη ὀρθά, μηροὺς μεμυωμένους, ὁπλὴν εὐπερίγραφον καὶ πάντοθεν ὁμαλῶς συμπεπηγυῖαν, βάτραχον μικρόν, ὄνυχα στερεόν.*

5 Naribus non angustis auribus adplicatis angusta iuba crebra] *Non angusta iuba* pro *angusta iuba* Merula, quod deinde a reliquis editoribus receptum est. Ursinus haec et quae sequuntur ex Columella et geoponicis l. c. in hunc modum transformanda coniecit, *naribus non angustis, auribus applicatis, cervice molli, non angusta, iuba crebra, subcripsa, inclinata in dexteriorem partem cervicis.* unde Schneiderus *cervice molli,* quod apud Columellam legitur, recepit, *naribus non angustis, auribus applicatis, cervice molli, non angusta, iuba crebra.* apparet tamen angustam vel non angustam neque iubam apte dici neque cervicem. quare deleto *angusta,* quod ex superioribus vitiose repetitum erat, scripsi *naribus non angustis, auribus adplicatis, iuba crebra.* apud Columellam autem et in geoponicis multa in his descriptionibus addita esse, quae apud Varronem non legebantur, facile intelleget quicumque haec inter se comparaverit. non magis probandum est, quod postea Schneiderus geoponicorum descriptionem secutus verba in hunc modum transponenda et mutanda esse coniecit, *scapulis latis, humeris rectis, ventre modico, lumbis deorsum versum pressis, spina maxime duplici.*

Cruribus rectis aequalibus intro uersus potius figurata genibus rutundis ne magnis ungulis duris] *Nec magnis* m et Merula. *cruribus rectis et aequalibus, genibus rotundis, nec magnis nec introrsus spectantibus, ungulis duris* Iucundus, quae Victorius recepit, sed *ne magnis* e codice dedit. *cruribus rectis aequalibus, potius figura altis, genibus rotundis, nec magnis nec introversus spectantibus, ungulis duris* Schnei-

derus. scilicet haec quoque editores ad Columellae rationem revocare studuerunt. restitui scripturam archetypi, sed *figuratis* scripsi pro eo quod in illo erat *figurata.*

Toto corpore ut habeat uenas quae animaduerti possunt quod huiuscemodi sit et cum est aeger ad medendum adpositus corpore multo] *Quae animadverti possint, quod huiuscemodi sint* Merula, *quae animadverti possint, quod qui huiuscemodi sit, et cum est aeger ad medendum est appositus, corpore multo* Iucundus. *corpore multo* aut spuria aut alieno loco collocata esse auctore Pontedera p. 434 Schneiderus adnotavit. et possunt haec ex eo quod supra scriptum erat *toto corpore* repetita esse. praeterea *et,* nisi quae exciderunt, quo pertineat non intellegitur. nam venas, quae animadverti possint, habere equum volunt, propterea quod tum, cum aeger est, venae feriri possunt et sanguis demitti. quare deleto *et* scripsi *toto corpore ut habeat venas, quae animadverti possint, quod qui huiusce modi sit, cum est aeger, ad medendum adpositus. de stirpe* sqq.

6 Itaque ad hoc nobiles a regionibus dicuntur in graecia thessalici equi a terra apuliabrosea roseani] Lacunam, qua haec corrupta in manu scriptis et editis exemplaribus ferebantur, ita supplevit Ursinus, *in Graecia Thessalici, in Italia Appuli ac Roseani,* similiter Pontedera p. 434 *in Graecia Thessalici equi, a terra Appulia Appuli, ab Rosea Roseani.* praeterea *ab hoc* scribendum esse apparet, non *ad hoc,* sicut scriptum est infra § 16 *itaque ab hoc in Graecia potissimum medici pecorum ἱππίατροι appellati.* hoc igitur restituto et lacuna suppleta scripsi *itaque ab hoc nobiles a regionibus dicuntur, in Graecia Thessalici equi a Thessalia, in Italia ab Apulia Apuli, ab Rosea Roseani.*

In primis progreditur] *Praegreditur* edita inde ab Aldina editione exemplaria, *progreditur* ex archetypo restitui.

7 Equinum pecus pascendum in pratis potissimum herba in stabulis ac praesepibus arido feno cum pepererunt hordeo adiecto bis die data aqua] *Data* manu scripti libri omnes; *danda,* quod in principe editione Politianus non correxit, Merulae coniectura inventum et deinde in reliquas editiones receptum est. ablativo autem casu dictum est *data aqua,* sicut *hordeo adiecto.* equi in stabulis arido faeno et, cum

pepererunt, adiecto ad faenum hordeo aqua bis die data pascendi sunt.

Horum feturae initium admissionis facere oportet ab aequinoctio uerno et solstitium] *Ad solstitium* Merula. *de horum foetura* Pontedera p. 434, quod Schneiderus probavit. idem dicendi genus est II 9, 11 de canibus, *feturae principium admittendi faciunt veris principio,* ubi *de fetura* inde ab Aldina editione receptum erat. *feturae* autem si verum est, dativo casu dictum rem significat, propter quam admissiones fiunt, h. e. ad feturam, II 4, 7 *ad feturam verres duobus mensibus ante secernendi.* deinde neglegentiae dicendi tribuendum est, quod initium admissionis fieri dicitur ab aequinoctio ad solstitium, cum omne tempus admittendi dicatur: II 11, 4 *caseum facere incipiunt a vergiliis vernis exortis ad aestivas vergilias.*

8 Admittere oportet cum tempus anni uenerit bis die mane et uespere peroriga misit appellatur quiqui admittit] *Admittere oportet — vespere . peroriga enim appellatur quisquis admittit* Merula . *admittere oportet — vespere perorigam . sic appellatur* etc. coniecit Victorius, 'ut *perorigam* cum superiore parte haereat'. *admittere oportet — vespere perorigam. is ita appellatur, quiqui admittit* Scaliger. *per origam* scribendum esse vidit Pontedera p. 434, quod Schneiderus recepit. *origa* pro *auriga,* ut scriptum est postea § 9, legitur de eadem re II 8, 4 *itemque ut ineat equas per origas curamus.* praeterea Plinius VIII 156 hac forma videtur usus esse in eadem re, *aequa ex causa in Reatino agro laceratum origam invenimus* ubi *prorigam* in libris manu scriptis legitur. inanem operam autem olim Varronis et Plinii interpretes in corrupto vocabulo explicando vel corrigendo consumpserunt, cum *perorigam* vel *prorigam, prurigam, praeorigam* proprio nomine appellari putarent eum qui equos admittit. non maior fides eiusdem vocabuli est apud Tertullianum de monogamia c. 1, *inter alienos spadones et aurigas tuos tantundem quereris de domestico obsequio, quantum de fastidio extraneo,* ubi pro *aurigas* Rigaltius *perorigas* scripsit. — *bis in die* in editione Commeliniana coniectura Sylburgii, ut videtur, editum, deinde a reliquis editoribus receptum erat, *bis die* libri manu scripti et editiones antiquiores, quod restitui. praeterea *qui admittit* scripsi, *admittere oportet, cum*

tempus anni venerit, bis die, mane et vespere, per origam: sic appellatur qui admittit.

Eo enim adiutante equa alligata celerius admittuntur] *Equae alligatae celerius admittuntur* Merula, *equa alligata celerius admittitur* Iucundus. Merulae coniecturam Victorius receperat. restitui lectionem archetypi. nam adiutante auriga, cum equa alligata est, celerius equi admittuntur.

9 Cum equus matrem salire cum adduci non posset eum capite obuoluto auriga adduxisset et coegisset matrem inire′cum descendenti demsisset ab oculis et ille impetum fecit] *Demsisset* A, *dēssisset* codex Florentinus, *demisisset* B et Caesenas. principis editionis lectionem *cum equus matrem ut saliret adduci non posset, cum capite obvoluto auriga adduxisset et coegisset matrem inire, cum descendenti dempsisset ab oculis, ille impetum fecit* neglegentius correxit Politianus, cum *salire cum* pro *saliret* et *eum* pro *cum* ante *capite* adnotaret, reliqua relinqueret. *cum equus matrem ut saliret adduci non posset et eum capite obvoluto peroriga adduxisset et coegisset matrem inire, cum descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit* Iucundus. perturbatam in archetypo compositionem verborum transposito ab initio sententiae *cum* et deleto *et* ante *ille* emendavi, *equus matrem salire cum adduci non posset, cum eum capite obvoluto auriga adduxisset et coegisset matrem inire, cum descendenti dempsisset ab oculis, ille impetum fecit.* nam *adduci* cum infinitivo coniunctum editores offendere non debebat. *demere* autem non addita re, qua caput obvolutum erat, dictum est, ut multa in hoc genere verborum. rem ipsam alio auctore narravit Plinius l. c., similem Aristoteles hist. anim. IX 47.

Itaque in stabulis et umore prohibere oportet umum] *Itaque in stabulis ab humore prohibere oportet humum* edita inde ab Aldina editione exemplaria. *et umore* restitui, ubi *et* pro *etiam* dictum, prohibere autem cum ablativo casu coniunctum est.

11 Alternis qui admittant diuturniores equos meliores pullos fieri dicunt itaque ut restibiles segetes esset exuctores sic quod annis quae praegnatis fiant] *Esset* in archetypo fuisse consensu apographorum constat, *essent*

in principe editione Politianus non mutavit. *exactores* et *praegnans fiat* m. *alternis qui admittunt, diuturniores equos et meliores pullos fieri dicunt. itaque ut restibiles segetes essent exuctiores, sic quot annis quae praegnantes fiant* Merula, ubi *praegnans fiat* ex codice m recepit Iucundus, *molliores pullos* editio Commeliniana. *admittant* ex libro Politiani, *equas* ex coniectura Pontederae p. 435 Schneiderus restituit. itaque scripsi *alternis qui admittant, diuturniores equas, meliores pullos fieri dicunt,* h. e. siqui alternis annis equos admittant, his equas diuturniores, pullos meliores fieri dicunt, mutato nimirum subiecto in altera parte sententiae, cuius generis exempla in relativis pronominibus dedi I 44, 4. femininum genus autem *equas* cum res ipsa tum illud quod sequitur *quae praegnates fiant* postulat. — *exuctiores,* quod post Merulam ab omnibus receptum erat, quin verum esset dubitari non debebat. *exsucciores* I. F. Gronovius apud Schneiderum. exucti segetes sunt qui remotis succis macri facti sunt, ut Iuvenal. sat. 8, 90 *ossa vides rerum vacuis exucta medullis.* sed coniunctivum *essent* in hac dictione locum non habere vidit Gesnerus, qui concinnius videri *sint* adnotavit. pro hoc infinitivum *esse* posui, nisi potius deleto *esset* scribendum erat *ut restibiles segetes exuctiores, sic quotannis quae praegnates fiant.* sententiam Varronem ab Aristotele hist. anim. VI 22, 156 accepisse Victorius adnotavit, *ὅταν δὲ τέκῃ ἡ ἵππος, οὐκ εὐθὺς μετὰ τοῦτο πίμπλαται, ἀλλὰ διαλείπει χρόνον καὶ τίκτει ἄμεινον τετάρτῳ ἢ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὸν τόκον. ἕνα δ' ἐνιαυτὸν καὶ πάμπαν ἀνάγκη διαλείπειν καὶ ποιεῖν ὥσπερ νειόν.*

In decem diebus secundum partum cum matribus in pabulum prodigendum ne ungulas commurat stercus tenebat] De Politiano falsa rettulit Gesnerus: nam *cōmurat stercus tenebat,* non *tenellas uerebat,* Politianus ex codice adnotavit, *comburat stercus tenellas* ex sua coniectura adscripsit. *ne ungulas comburat stercus cavendum* ex Aldina editione receptum erat. *ne ungulas comburat stercus cavendum tenellas* Schneiderus. in scriptura archetypi, quam editores corruperant, primum ante *decem* praepositionem *in,* quae in hac temporis definitione locum non habet, delevi, deinde *teneras* scripsi et pravam verborum collocationem correxi, *decem diebus secundum*

partum cum matribus in pabulum prodigendum, ne ungulas teneras conburat stercus. inde a decimo die post partum pulli cum matribus in pascua prodigendi sunt, ne stercus in stabulis ungulas eorum comburat. brevius de eadem re praecepit Columella VI 27, 12 *paulatim deinde producendus erit providendumque ne stercore ungulas adurat.*

Edent] *Edunt* Merula, *edint* Heinsius in Verg. Aen. XII 801. futuri temporis usus quam late pateat in praeceptis, ex his apparebit exemplis, I 12, 1 *contra ventos qui saluberrimi in agro flabunt,* ib. 2 *siqua erunt loca palustria,* 17, 6 *qui praestabunt,* 19, 3 *quae agri colendi causa erunt,* 22, 1 *quae nasci poterunt,* 31, 5 *si prata irrigua habebis,* ib. *quae insita erunt,* 45, 2 *si loca erunt frigidiora,* ib. *si erunt imbres secuti,* 47 *et eorum molliora erunt natura cacumina,* 54, 1 *uva cum erit matura,* ib. 2 *quae calcatae uvae erunt,* 55, 2 *quae manu tangi non poterunt,* ib. *qui quatiet,* II 7, 14 *si frigus erit,* III 9, 8 *cum parturient,* ib. 15 *cum iam pinnas habebunt,* 16, 35 *quae crebrius inter se pugnabunt.*

14 Ab undecimo die usque ad quartum decimum dandum hordeum cottidie adicientem minutatim] *Adiiciendo* ex principe editione vulgo receptum erat, *adiicientem* Schneiderus restituit. de accusativo participii post gerundia posito dixi I 23, 3. deinde *quod decimo quarto die feceris* coniecit Ursinus, quod Schneiderus probavit.

Ab eo tempore mediocriter extriendum] *Exercendum* Merula. *exercere* de labore equorum dixit Columella VI 27, 11 *neque opere neque cursu exerceantur,* item de pecore Varro II 1, 22 *propter nimium laborem aut contra nullam exercitationem aut si, cum exercueris, statim sine intervallo cibum aut potionem dederis.* ineptum autem est quod Salmasius in Solin. p. 40 coniecit *strigandum.*

15 Equis quod alii sunt ad rem militarem idonei] *Equi* ex codice m Iucundus dedit. *e quis* Victorius coniecit et sic saepe loqui Varronem adnotavit: similiter dictum *e quis* in his libris legitur II 1, 20 *e quis qui puri sunt,* I 5, 3. I 16, 2. III 1, 9. hinc olim Victorii coniecturam probavi; sententiae magis convenire videtur *equi,* quod inde ab Aldina editione receptum erat.

Alios eligit adque alit ac docet aliter quadrigarius adesultor] *Adesultor* plurima apographa, *addesultor* codex Caesenas, *ac desultor* Politianus in principe editione non correxit. *aliter docet* pro *alit ac docet* scribendum coniecit Gesnerus.

Neque idem qui uectorios facere uult ad ephippium aut ad praedam quod ut ad rem militarem quod ibi ad castra habere uolunt acres sic contra in uiis habere malunt placidos] *Ibi habere ad castra volunt acies. Sic contra* Merula. *neque idem, qui vectarios facere vult. neque eodem modo parantur ad ephippium, ut ad praedam, quod ut ad rem militarem, quod ibi ad castra habere volunt acres. Sic contra in viis habere malunt placidos* Iucundus, ubi Ursinus *rhedam* pro *praedam* scribendum et deinde *quod ibi ad castra* delenda esse adnotavit. archetypi lectionem Victorius restituit, sed pravam vocabuli formam *vectarios* ex Aldina editione retinuit. *neque item* voluit Gesnerus; deinde correcta prava verborum distinctione, quae inde a principe editione erat, et verbis *ad rem militarem* tamquam glossa notatis edidit *quod ut [ad rem militarem, quod] ibi ad castra habere volunt acres, sic contra* sqq. interpolatam Aldinae editionis lectionem, sicut solet, Schneiderus probavit, qui haec ita edidit, *neque item, qui vectarios facere vult; neque eodem modo parantur ad ephippium aut ad rhedam: quod ut [ad rem militarem, quod] ibi ad castra habere volunt acres, sic contra* sqq. *vecturarios* idem in adnotatione coniecit. transposita *ut* particula scripsi *neque idem qui vectorios facere vult ad ephippium aut ad raedam, quod ad rem militarem, quod ut ibi ad castra habere volunt acres, sic contra in viis habere malunt placidos.* quamquam probabilius fuerit *quod qui ad rem militarem.* qui equos vectorios vel ad ephippium vel ad raedam facere vult non idem facit, quod is qui eosdem ad rem militarem idoneos facere vult, propterea quod ut in bello ad castra acres habere volunt equos, ita ruri in viis placidos habere malunt.

Demptis enim testiculis fiunt quietiores et ideo quod semine carent ii cantherii appellati] *Appellati* apographa, non *appellantur,* quod in principe editione Politianus non correxit. *et ideo quod semine carent, ii canterii appellati* Iucundus et deinde reliqui editores, quasi a carendo canterii appellati essent. deleto *et* distinctionem verborum quae in antiquissimis

editionibus fuit restituit Pontedera p. 436, *fiunt quietiores, ideo quod semine carent. ii canterii appellati.* hunc Schneiderus secutus est.

Gallis gallinaceis capi] *In gallis* edita ante Victorium exemplaria. Charis. p. 103, 26 *Capo dicitur nunc, sed Varro de sermone latino 'iterum', ait, 'ex gallo gallinaceo castrato fit capus'.*

VIII 1 Sacrificarentur] *Sacrificarent* Merula. *sacrificarentur* Victorius restituit: II 11, 5 *solent sacrificari.* alia Varronis exempla adnotavit Nonius p. 480, 1.

Vos ante ire non patiar antequam mihi reddideritis] *Vos ire* edita inde a principe editione exemplaria.

Non suo ope genere] *Non suopte genere* Merula: III 7, 1 *suapte sponte.*

Ex equo et asina hinnius] *Hinulus* Merula, *hinnus* Iucundus, sicut in libris scriptum est infra 6 *hinnus qui appellatur. hinnulus* probat Hauptius opusc. v. II p. 39. ceterum quae apud Nonium p. 122, 2 leguntur, sed vitio grammatici corrupta, *Hinnos vel hinnas sub quo sensu accipere debeamus, Varro designat: ait enim ex equis et hinnulis (et in nullis* codices, *et asinis* Mercerus, *et asinabus* Hauptius) *qui nascantur hinnos vocari,* ex alio Varronis libro videntur petita esse. nam secundum et tertium librum rerum rusticarum Nonius vel is quem ille auctorem secutus est non legit.

2 Uterque eorum ad usum utilis partu fructus neuter] *Ad usum utilis, partu, fructu, ventre* Iucundus, *ad usum utilis, ad fructum neuter* Ursinus. manu scriptorum librorum scripturam Angelius restituit, post hunc Victorius. *ad usum utilis, partu fructuosus neuter* scripsi. nam ad usum rerum rusticarum utiles sunt hinni et muli, partu pullorum neuter fructum fert domino.

Quod id lacte quam asininum at alia omnia dicunt esse melius] *Ac omnia alia* Merula, *ac alia omnia* Iucundus, *at* (h. e. *ad*) *alimonia* Lachmannus in Lucret. p. 352. eodem vocabulo Varro usus est I 8, 7 *in partu et alimonio,* III 16, 15 *a mellis alimonio,* I 44, 3 *de nutricationibus atque alimoniis,* II 1, 24 et 5, 16 *in alimoniis.*

Matri suppositiciae quoque inseruiunt quo equa ad ministerium lactis cibum pullo praebere possit] *Ad* et *cibum* redundare Gesnerus adnotavit. *ministerium praebere* quid

sit, apparet ex iis quae de apibus scripta sunt III 16, 25 *duplex ministerium praeberi, ut e faba apiastro cucurbita brassica ceram et cibum* sqq. saepius legitur verbum *ministrare,* I 31, 2 *ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare sucum,* II praef. 6 *quo facilius sumptibus multa poscentibus ministres,* II 11, 11 *fructum ut ovis e lana ad vestimentum, sic capra e pilis ministrat ad usum nauticum,* III 17, 2 *lymphae aquam piscibus nostris villaticis ministrant* et *Neptunus et aquam et piscis ministrat.* item I 13, 4 *cohors — fit ministra fundo.* similiter igitur ministerium lactis praebere dicitur equa, quae pullo lac ministrat vel praebet tamquam cibum, *matri suppositiciae quoque inserviunt, quo equa ministerium lactis cibum pullo praebere possit.*

2 Hic ita eductus a primo potest admitti] *Educatus* et in margine *al. eductus* codex Caesenas. *ab uno* m, *a bimo* Beroaldus, *ab initio* Iucundus, *a trimo* Ursinus. eandem aetatis definitionem habet Columella VI 37, 9 *sed ei non oportet minori quam trimo feminam admitti,* geoponica XVI 21, 8 *ὄνοι δὲ πρὸς ὀχείαν ἀπὸ γ' ἐτῶν ἕως ί χρήσιμοι* et similiter hippiatrica p. 56, Aristot. hist. animal. V 14, 53 *ὄνος δὲ τριακοντάμηνος ὀχεύει καὶ ὀχεύεται· οὐ μέντοι γεννῶσι γε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀλλ' ἢ τριετεῖς ἢ τριετεῖς καὶ ἑξάμηνοι.* apud Varronem idem scripturae vitium fuit in archetypo II 4, 8 *ut id recte facere possit ad primum,* quod Scaliger correxit: II 1, 13 *a bima aut trima fructum ferre incipit,* 5, 17 *castrare non oportet ante bimum,* 7, 13 *melius post trimum.* sed praeterea *educatus* scribendum esse ex iis quae praecedunt *educant eum paleis* cognosci poterat. neque *educere* de alendo Varro dixit, sed *educare,* infra 4 *educamus* et 6 *educant,* II 9, 12 *educentur,* item Columella VI 37, 8 *quamvis materno lacte sit educatus.* similiter Colum. III 10, 16 de surculo vitis scribendum est *velut altricis uberibus educatus,* ubi *eductus* est in libris: Colum. IV 27, 4 *quo commodius singulos alumnos educent.*

3 Asinarium admissarium] *Asinum admissarium* Beroaldus.

De asinis quem amplissimum formosissimumque possunt eligunt] *De asinis quenque amplissimum et formosissimum quem habere possunt eligunt* Iucundus, *de asinis quam amplissimum et formosissimum eligunt* Ursinus, *de asinis quam amplissimum formosissimumque possunt eligunt* Schneiderus.

Tricenis ad quadringentis milibus admissarii aliquod uenierunt] *Tricenis ac quadringentis* Merula, *tricenis ac quadrigenis* Iucundus, *trecenis ac quadrigenis* Ursinus, quod Gesnerus et Schneiderus receperunt. de pretio asinorum praeter hunc locum scripsit Varro II 1, 14 *hoc nomine enim asini Arcadici in Graecia nobilitati, in Italia Reatini, usque eo ut mea memoria asinus venierit sestertiis milibus sexaginta et unae quadrigae Romae constiterint quadringentis milibus* et III 2, 7 *asinum tuum, quem mihi quadraginta milibus emptum ostendebas.* ex quibus ea quae in tertio libro scripta sunt mutato numero Plinius VIII 167 repetivit, *asinum CCCC milibus nummum emptum Q. Axio senatori auctor est Varro, haud scio an omnium pretio animalium victo.* numerum a Plinio traditum Ursinus not. in Varr. II 1, 14 tribus locis apud Varronem temere mutata manu scriptorum librorum scriptura restitui voluit. nam II 1, 14 scribendum coniecerat *asinus venierit sestertiis millibus quadringentis et unae quadrigae Romae constiterint XII HS* et III 2, 7 *quadringentis millibus emptum.* sed Plinius parum accurate videtur rettulisse, quae apud Varronem scripta invenerat. quare hoc loco dedi quod in codice m ex vetere emendatione, ut videtur, scriptum est *tricenis ac quadragenis;* in reliquis duobus locis lectiones archetypi retinui.

4 Et id ante admissuram et largius facimus ut cibo suffundamus uires ad feturam] *Ante admissuram largius* edita inde a principe editione exemplaria. *et* ex archetypo restitui, h. e. etiam largius facimus. *suffulciamus* coniecit Georges coll. Columell. VI 24, 4 *nec forda simul operis et uteri gravetur onere. quae cum partum edidit, nisi cibis fulta est, quamvis bona nutrix labore fatigata nato subtrahit alimentum,* Senec. epist. 95, 22 *vino fulcire venas cadentes.*

Eodem tempore quo equos adducentes idemque ut ineat equas per origas curamus] *Iidemque ut ineant* Iucundus, *iidem ut ineant* Schneiderus coniecit. *per perorigas* Sylburgius in editione Commeliniana p. 755. in singulari numero post pluralem *hos pascimus* et *equos* posito editores offendere non debebant. sed pronomen *idem* de asino admissario non recte dicitur. pro hoc *item* scripsi, *itemque ut ineat equas per origas curamus.* eodem tempore, quo equi adducuntur ad equas,

etiam asinus adducitur eodemque modo per origas curatur ut equas ineat.

Cum pepererit equa] *Cum peperit* ex principe editione recepi: II 2, 15 et 5, 15 *cum parere coeperunt,* 4, 15 *cum peperit.*

5 Alterum ut uecturis sufferre labores possint] *Alterum in uecturis* m . *alterum ut in vecturis* scripsi. neque enim 'labores sufferre vecturis' dici poterat sic, ut de nutricatu scrofarum scriptum est II 4, 19 *quod neque mater potest subferre lac.* 'labores sufferre' legitur Columell. I praef. 12 *viridem aetatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideret.*

6 Hinnus qui appellatur est ex equo et asina minor quam mulus corpore plerumque rubicundior auribus ut equinis iubam et caudam similem asini] *Ex equo et asina* deleri voluit Pontedera p. 437 tamquam repetita ex iis quae de hinno supra scripta erant, *contra ex equo et asina hinnus.* — *auribus ut equis* m. inde *auribus ut aequis* edidit Iucundus. *equinis* Victorius restituit. *auribus ut equi, ita iuba et cauda similis* (vel *similior*) *asini* coniecit Schneiderus. aures ut equinae sunt aures equinis auribus similes. accusativos autem *iubam et caudam* non puto ita defendi posse, ut Gesnero visum est, quod in descriptionibus variari casus membrorum soleant. cuius generis multa exempla sunt; sed in longioribus descriptionibus hoc fieri solet neglegentia quadam dicendi, quae ab hoc loco aliena est. itaque scripsi *iubam et caudam habet similem asini.* nam probabilius hoc visum est, quam quod olim conieci *iuba et cauda similis est asini.* deinde *educant* habent omnia apographa, non *educunt,* quod in principe editione Politianus non correxit.

IX 1 Relinquitur inquit atticus de quadripedibus quod ad canes attinet maxime ad nos qui pecus pascimus lanare] *Quod ad omnes attinet* coniecit Ursinus; idem tamen prava licentia usus, ut solet, ita legi posse adnotavit, *relinquitur, inquit Atticus, de canibus, quod attinet maxime ad nos.* lacuna potius corrupta esse videntur quae in archetypo scripta erant. eam in hunc modum supplevi, *quod ad canes attinet, quod pertinet maxime ad nos.* ex iis quae de quadripedibus praecipienda sunt (nam de pastoribus postea dicitur) relinquitur ea pars, quae est de canibus, quae disputatio maxime ad eos qui pecus lanare pascunt pertinet.

Canes enim ita custos pecoris et eius qui eo comite indiget ad se defendendum] *Custos pecoris* omnia apographa, *custos est pecoris* in principe editione Politianus non correxit. *canis enim ita custos est pecoris. ovis, quod eo comitetur, indiget ad se defendendum* Merula, *canis enim ita custos est pecoris, ut eius, quod eo comite indiget ad se defendendum* Iucundus, ubi in Iuntina editione *est* deletum et *qui eo* ex codicibus restitutum est. *canis enim ita custos pecoris, ut eius, quod eo* sqq. Victorius. probabilis emendatio corruptae scripturae inventa non est. nam latinum non est quod Scaliger temptavit, *canis enim ita custos pecoris, ut enim, quod eo comite indiget,* quod graece interpretatus est ἅτε δὴ δέον αὐτῷ τῆς αὐτοῦ βοηθείας. ex iis autem quae deinde de pecudibus, quae ab impetu ferarum se ipsae defendunt, scripta sunt apparet haec de eo genere pecoris, quod ad se defendendum custodia canis indiget, dici. ad quam sententiam in hunc modum verba conformavi, *canis enim custos pecoris eius quod eo comite indiget ad se defendendum.* nam *canes,* quod fuit in archetypo, propter corruptam codicis scripturam nominativo singulari Varroni tribuere nolui, quamquam *faeles* scriptum est III 11, 3 et *faelis aut maelis* III 12, 3, et similiter *famis* II 5, 15 et *verris* II 4, 4; 8.

In suillo pecore tamen sunt quae se uindicent sues uerres maiales scrofae] *Sues,* quod Pontedera p. 438 tamquam insiticium notavit, inclusi. neque enim cum verribus maialibus scrofis tamquam ab his diversi appellari poterant sues. deinde quae sequuntur *prope enim haec apris* condonanda sermoni Varronis putavi, quamquam insolenter positum est adverbium *prope* cum dativo casu *apris:* haec quae modo dicta sunt in suillo pecore similitudine naturae propinqua sunt apris.

2 Cum sciam mulorum gregem cum pasceretur eo uenisset lupus ultro mulos circumfluxisse et ungulis caedendo eum occidisse et tauros solere diuersos adsistere clunibus continuatos et cornibus facile propulsare lupos] *Eoque venisset* edita inde a principe editione exemplaria. pro hoc *et eo venisset* scripsi. de compositione verborum dixi I 2, 8. nam verbo *sciam* additum est accusativo casu nomen *gregem,* quod ad subiectam potius enuntiationis partem pertinebat, cum grex mulorum pasceretur. facilius procederet

oratio, si deleto *mulos* scriberetur *cum sciam mulorum gregem, cum pasceretur —, ultro circumfluxisse.* sed ineptum est *tauros solere diversos adsistere,* qui clunibus continuati stant. itaque *adversos* scripsi. nam muli circumsistunt lupum, ut ungulis caedant, tauri adsistunt adversi et continuati clunibus, ut cornibus eum propulsent.

Quare de canibus quoniam genera duo unum uenaticum et pertinet ad feras bestibus assiluestribus assiluestres alterum quod custodiae causa paratur et pertinet ad pastorem dicam de eo ad formam artis expositam in nouem partes] *De canibus quorum genera duo* Marklandus epist. crit. p. 13 non intellecta vi et usu praepositionis *de,* qua universum genus, ad quod distributio pertinet, indicatur. — *ad feras bestias ac siluestres* edita inde ab Aldina editione exemplaria, ubi *ac* coniunctionem, quae corrupta archetypi scriptura non commendatur, delevi. — *ad formam artis dispositam* Merula et Schneiderus. forma artis in novem partes exposita dicitur quae supra II 1, 12 sqq. exposita et in novem partes distributa erat.

3 Magnitudine ampla oculis nigrantibus aut rabis] *Magnitudine ampli* coniecit Schneiderus. *oculis nigricantibus aut ravis* dedit Hauptius opusc. v. III p. 347 de ravo colore disputans et similiter apud Columellam VIII 2, 7 *ravidi vel nigricantes oculi,* ubi *nigrantes* est in libris. de canibus similia scripta sunt apud Columellam VII 12 et in geoponicis XIX 2. ex quibus ea quae ad hanc partem pertinent ex geoponicis adscribam, 1 *τῶν κυνῶν ἐγκρίνουσι τῶν μὲν ἀρρένων τοὺς μεγαλοφυεῖς τοῖς ὠσὶ καὶ τοῖς ὄγκοις, μελανοφθάλμους, μυκτῆρα ὁμόχρουν ἔχοντας, χείλη μελανοῦντα ἢ ὑπέρυθρα καὶ ὀδόντας ὀξεῖς, μεγαλοκεφάλους πλατυστέρνους μακροκώλους, βραχίονας στερεοὺς καὶ παχεῖς ἔχοντας, σκέλη ὀρθά, εἰ δὲ μή, σκαμβότερα μᾶλλον ἢ βλαισά, πόδας μεγάλους, ἐν δὲ τῷ ἐπιβαίνειν πλατυνομένους, δακτύλους διηρθρωμένους, ὄνυχας κεκυρτωμένους, ῥάχιν εὐθεῖαν ἕως τῆς οὐρᾶς, τὴν δὲ οὐρὰν παχεῖαν ἀπὸ τῆς ἐκφύσεως μειουρίζουσαν ὅλην, ὕλαγμα ἔχοντας βαρύτατον, χρώμασι λευκοὺς καὶ μάλιστα τοὺς ἀκολουθοῦντας τοῖς ποιμνίοις χαροποὺς τοῖς ὄμμασι καὶ λεοντοειδεῖς, ἄν τε δασεῖς τυγχάνωσιν ὄντες, ἄν τε ψιλοί. ἐγκρίνουσι δὲ καὶ τοὺς μέγα το χάσμα ἔχοντας, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς πολυαύχενας καὶ παχυ-*

τραχήλους. et deinde 4 *τῶν δὲ θηλειῶν δοκιμάζουσι τὰς κεκοσμημένας τοῖς προειρημένοις πλεονεκτήμασι, προσέτι δὲ καὶ μεγαλομάσθους τάς τε ἐπ' αὐτῶν θηλὰς ἰσομεγέθεις ἐχούσας.*

Nec penduli subtus] *Nec penduli* omnia apographa, *neque pendulis* in principe editione Politianus non correxit.

4 Cruribus ac collo internodis rectis et potius uariis quam uatiis pedibus magnis et altis qui ingredienti ei displorantur] *Et potius* libri manu scripti et Victorius, *ac potius* edita ante Victorium exemplaria, quod in principe editione Politianus non correxit. *magnis et altis* libri manu scripti, *magnis altis* editio princeps a Politiano non correcta. *ac collo internodis,* quae ex superioribus repetita erant, Merula delevit. deinde *varis* pro *variis* ex sua coniectura dedit Victorius: nam quod de codicis scriptura adnotavit, ad *vatiis* pertinet, pro quo *uaciis* in editionibus antea impressis inveniebat. vara crura autem sunt distorta et distantia pedibus introrsum retortis: Horat. sat. I 3, 47 Porphyr. in Hor. l. c. Non. p. 26, 7. vatia sunt in interiorem partem conversa distantibus pedibus, unde cognomen Vatia ductum est: Varr. de ling. lat. IX 10 *siquis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vatias coeperit, hos corrigi oportere si concedat, contra siquis in consuetudine ambulandi iam factus sit vatia aut conpernis, si eum corrigi non concedat,* Plin. XI 254 *namque et hinc cognomina inventa Planci Plauti Pansae Scauri, sicut a cruribus Vari Vatiae Vatinii, quae vitia et in quadripedibus.* glossas eodem pertinentes dedit Loewius prodrom. gloss. p. 388. deinde altos non posse dici pedes canis intellexit Schneiderus, qui transpositis verbis *et altis* ad crura haec referri voluit, *cruribus rectis et altis et potius varis quam vatiis, pedibus magnis qui* sqq., idque confirmari putavit iis quae ex geoponicis graecis supra scripsi. sed in his non accurate Varronis verba expressa esse apparet. Varro autem quid scripserit, ex iis quae supra de bubus scripta erant, II 5, 8 *pedibus non latis neque ingredientibus qui displudantur,* intellegitur. itaque scripsi *pedibus magnis et latis, qui ingredienti ei displodantur.*

Selone ut corneo ne nimium duro sed ut fermentato ac molli a feminibus summis corpore sup-

presso] *Solo nec ut corneo nec nimium duro* Victorius. *ne* ex archetypo restitui. *solum* de homine dictum est I 47 *solum enim hominis exitium herbae.* deinde *ac feminibus* editum erat errore eorum qui Victorii editionem repetiverunt. nam et ipse Victorius et antiquiores omnes *a feminibus,* ut in manu scriptis libris legitur, dederant, quod Schneiderus restituit. forma autem canum describitur haec, ut corpus a superiore parte feminum suppressum, in reliqua parte pendente ventre auctum habeant.

Latrato graui hiatu magno] *Latratu* edita inde a principe editione exemplaria, *latrato* defendit Kettnerus observ. crit. in Varron. p. 16.

Colore potissimum albo quod in tenebris specie leonina] Lacuna haec corrupta esse vidit Ursinus collatis iis quae apud Columellam VII 12, 3 de colore canum scripta sunt, *sit autem coloris unius, isque magis eligitur albus in pastorali, niger in villatico: nam varius in neutro est laudabilis. pastor album probat, quoniam est ferae dissimilis, magnoque opus interdum discrimine est in propulsandis lupis sub obscuro mane vel etiam crepusculo, ne pro bestia canem feriat.* unde Ursinus, adhibitis etiam iis quae supra ex geoponicis adscripsi, apud Varronem legendum coniecit ita, *quo in tenebris eos a lupis pastor discernat, radiantibus oculis etiam in tenebris specie leonina.* similiter Conradus Gesnerus histor. animal. l. I p. 261 post *tenebris* haec fere addenda adnotavit, *a lupis et aliis feris facilius dignoscantur.* simpliciore ratione usus in hunc modum lacunam supplevi, *quod in tenebris facilius agnoscuntur, specie leonina.*

5 Ut boni seminii sint] *Seminii* Politianus cum apographis, non *seminiis,* ut Gesnerus adnotavit. *seminis* dederat Merula, *seminii* Iucundus restituit. seminium de stirpe animalium dictum est II 1, 14. 3, 3. 6, 1; 2. 8, 3. III 9, 6.

Salamentini] *Sallentini* Victorius, quod recepi, quamquam de Sallentinis canibus nihil memoriae proditum est, sicut de Laconibus et Epiroticis.

Eaque consuetudo firmior quae sit ad pastores] *Quae fit* scripsi. nam neque coniunctivus in relativa sententia locum habet, et *fieri* aptius dicitur quam *esse* post verbum *adsuescit.*

6 Pastores ut dedurent in metampinos saltus et

traclepore] *Ut deduxerunt* m et edita ante Victorium exemplaria, *ut deducerent* apographa quaedam Italorum et Victorius. *in Metapontinos saltus et Heracleae emporium* ex principe editione receptum est. *ad Heracleae forum* coniecit I. F. Gronovius apud Schneiderum. greges ea condicione venierunt, ut canes sine pastoribus accederent, pastores autem ex Umbria in longinquas regiones ad Metapontum et Heracleam greges deducerent. deinde *quid ad locum,* quod plurima apographa habent, in archetypo fuit, *qui ad locum* Merula, quod in principe editione Politianus non correxit.

7 Sed quod quarum de emptione fit alterius cum a priore domino secundo traditum est] *Sequitur quartum de emptione, id fit alterius, quod a priore domino secundo traditum est* Iucundus, *sequitur quartum de emptione, fit alterius, cum a priore domino secundo traditum est* Victorius, *sed, quod quartum de emptione, fit alterius* sqq. Pontedera. emendationem Iucundi a reliquis editoribus probatam quamvis incertam, *sequitur quartum,* retinui. nam scientiae pastoralis pars quarta est de emptione, II 1, 15 *quarta pars est de iure in parando.* numerus autem, qui in reliquis partibus omissus est, addi poterat, propterea quod *ad formam artis in novem partes expositam* de canibus se dicturum esse Atticus promiserat. praeterea pro neutro genere *traditum* posui masculinum *traditus,* quod ratio sermonis postulat, *sequitur quartum de emptione: fit alterius, cum — traditus est.*

Nisi quod hic utiliter exceptum est] Formula stipulationis de sanitate pecoris scripta est II 2, 6. in hac quae pro utilitate venditoris et emptoris excepta sunt ad emptionem canum non pertinent.

Ut solent bini agni oues] *Ovis* Merula: II 2, 5 *ut agni cordi duo pro una ove adnumerentur.*

8 Cibatus canis proprior hominis quam ouis pascitur enim ecuria et ossibus] *Proprior* apographa omnia, *propior* Merula, quod in principe editione Politianus non correxit. *pascitur enim carne* m. *e culina* edita inde a principe editione exemplaria, *iure* Ursinus, *ligurria* Popma. certa emendatio corruptae scripturae inventa non est. nam inepte Pontedera p. 440 *e curia* defendit cenaculum curialium dici existimans. coniecturae debetur *carne,* quod ex codice m olim recepi. pro hoc *eduliis*

scripsi, quo omne genus ésculentorum significari poterat. cibatus canis propior est hominis cibatui quam ovis, quoniam iis rebus quibus homines vescuntur et ossibus pascitur.

9 Nisi si ut quidam putant etiam illuc peruenerint prouerbium ut tollunt anticum uel etiam ut *ΜΥΘΟΝ* aperiant de actaeone adque in dominum adferant dentes] *Ut tollant* m et codex Caesenas, ut videtur: nam Politiano falso id tribuit Gesnerus. *nisi ut quidam putant et illuc pervenerint, proverbium attollunt antiquum, vel etiam ut aperiant de Actaeone* Merula, *nisi si, ut putant quidam, etiam illuc pervenerint, proverbium ut tollunt antiquum, βουλιμιᾷ κύων, aperiant de Actaeone* Iucundus, *nisi etiam illuc pervenerint, μῦθον ut tollant antiquum vel etiam ut aperiant* Ursinus. archetypi scripturam Victorius restituit. *ut tollant* ex Ursini coniectura Gesnerus edidit. in reliquis non erat cur de veritate lectionis dubitaretur. nam de proverbio antiquo de canibus inanes sunt editorum coniecturae. Varro quod proverbium dixerit ipse indicavit de ling. lat. VI 31 *canis caninam non est.* itaque de cibariis diligenter providendum est, quibus si carent canes, eo pervenire possunt, ut aut antiquo proverbio, quod est 'canis caninam non est', sublato ipsi inter se comedant, aut in dominum, sicut est in fabulis de Actaeone, impetum faciant.

10 Nec non ita panem hordeacium dandum ut non potius eum in lacte des intritum] Hordeacius panis canibus dandus est ita, ut intritus potius lacti quam sine lacte detur. neglegentiae autem et brevitati dicendi tribuendum est, quod in altera parte sententiae ante *potius* repetitum est *non*, de quo dixi I 2, 23.

A pecore non cito descunt] *Deserunt* m, *desciscunt* ex Iuntina editione Victorius et post hunc reliqui receperunt. *descere*, quod pro *dehiscere* vel *deiscere* dictum legitur in glossis latinis v. IV p. 50, 17. 329, 33; 37, ab hoc loco alienum est.

Dant etiam ius ex ossibus] *Ius* in archetypo scriptum fuisse consensus apographorum persuadet, quamquam *iis* adnotavit Politianus, minus accurate, ut videtur, scriptura codicis indicata.

11 Quae cum admissae pariunt circiter solstitio] *Quae tunc admissae* Ursinus. *quae tum admissae* scripsi: geopon. XIX 2, 6 *βιβάζειν δὲ χρὴ ἔαρος ἀρχομένου, ὅπως ὁ τοκετὸς*

περὶ τροπὰς γένηται θερινάς. deinde *circiter solstitium* dedi ex emendatione Reiteri quaest. Varron. gramm. p. 69, qui *circiter* cum accusativo in definitione temporis dictum esse in his libris adnotavit, I 39, 2 *circiter solstitium,* II 2, 11 *circiter meridianos aestus,* 11, 7 *circiter hordeaceam messem,* III 5, 7 *circiter aequinoctium autumnale,* 8, 3 *circiter messem.* adverbii loco est in his, de ling. lat. VII 76 *huius ortus significat circiter esse extremam noctem,* Non. p. 451, 8 *Varro Marcipore, repente noctis circiter meridie,* sicut Plaut. Mostell. 579.

12 Acus aut quit item aliut quod molliore cubili facilius educentur] *Molliore* plurima apographa et editio Victorii, *meliore* codex Florentinus et edita ante Victorium exemplaria. principis editionis lectionem *meliore cubiculo* Politianus non correxit. *aut quid aliud* editiones antiquissimae, *aut quid item aliud* ex manu scriptis libris Angelius restituit. *aut quid item* legitur II 4, 15 et II 5, 16, *aut quid aliud* II 6, 5. III 9, 15. III 13, 1, *sic quid aliud* I 10, 2, *aut quam aliam* I 9, 1, *aut qua alia re* II 2, 16.

Inritant ad pugnandum quo fiunt acriores neque defatigari patiuntur quo fiant segniores] *Fiant* utroque loco ex principe editione vulgatum erat. *quo fiunt segniores* vel *ne fiant segniores* Ursinus. indicativum *fiunt,* qui priore loco in archetypo fuit, posteriore propter sententiam verborum postulabatur, utroque loco posui. ceterum in geoponicis XIX 2, 11 de his rebus paulo aliter scripta sunt haec, *καὶ συγκροτοῦσιν εἰς μάχην πρὸς ἀλλήλους, καταβαρεῖσθαι δὲ οὐκ ἐῶσι χάριν τοῦ μὴ δειλιᾶν μηδὲ καταπτώσσειν, ἀλλὰ κατατολμᾶν ἐν τοῖς πόνοις μηδὲ ὑπείκειν κατὰ μηδέν. δεσμοῖς δὲ συνεθίζουσι τὸ μὲν πρῶτον ἱμάντι, εἶτα κατὰ μέρος σιδήρῳ.*

13 Leuibus uinclis] *Levibus numellis* Merula ex Paul. exc. Fest. p. 172, 4 *Numella genus vinculi, quo quadrupedes deligantur.* archetypi scripturam Victorius restituit.

Cubilia substernenda fronde aut pabulo] *Fronde aut acubus* vel *fronde aut fabuli* Schneiderus coniecit, ubi *fabuli* a faba derivatum esse volebat, quod potius *fabali* dicendum erat. idem huc rettulit ea quae in geoponicis scripta sunt XIX 2, 8 *στρωννύουσι δὲ αὐτοῖς ἄχυρα, ὥστε κοίτην μαλακὴν ἔχειν καὶ συνθάλπεσθαι· δυσχείμερον γάρ ἐστι καὶ τοῦτο τὸ ζῷον.* aptius erat *palea.* sed pabulum dixit Varro de iis quae pabuli

causa pecori dantur, I 31, 4 *omne pabulum, primum ocinum farraginem viciam, novissime faenum secari.*

15 Ne uulnerentur a bestiis imponuntur bis colloria quae uocantur melium id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis capitatis quae intra capita insuitur pellis mollis] *Imponuntur his collaria, quae vocantur melium* Merula. *mellium* m, *melium* reliqui codices, *mellum* Iucundus, *maelium* Victorius. millus eadem res dicitur Paul. exc. Fest. p. 151, 4, *Millus collare canum venaticorum factum ex corio confixumque clavis ferreis eminentibus adversus impetum luporum: Scipio Aemilianus ad populum 'vobis', inquit, 'reique publicae praesidio erit is quasi millus cani'.* unde *millum* probavit Schneiderus. deinde *quibus intra insuitur* coniecit Ursinus, *cui infra capita insuitur* Schneiderus. canibus imponuntur collaria ex corio firmo facta et clavulis ferreis capitatis, qui in exteriore parte tamquam stimuli eminent, confirmata. intra capita autem clavulorum, quae in interiore parte eius cinguli sunt, ne collum canis ferro laedatur, pellis mollis insuitur. similia de ea re praecepta sunt in geoponicis XIX 1, 2 *φυλακτέον δὲ τοὺς τῶν ποιμένων φύλακας κύνας, ὠμὴν βύρσαν τοῖς τραχήλοις αὐτῶν περιθέντας καὶ τὸν λαιμὸν καὶ πᾶσαν τὴν φάρυγγα ἀσφαλιζομένους κέντρα τε σιδηρᾶ ἀπ' αὐτῆς ἀναστήσαντας. τούτων γάρ τι τῶν μερῶν εἰ θηρίον ἅψαιτο, ἀναιρήσει τὸν κύνα. ἐὰν δέ τι ἕτερον μέρος δάκῃ, τραῦμα ποιήσει μόνον.*

16 De quo numero alius alium modum constituit quod si sunt regiones ubi uestiae sint multae] *Ubi bestiae sunt* m. *numero* delendum esse olim conieci, ut *de quo* neutro genere dictum esset. deinde verba, quae ab editoribus prava distinctione separata erant, in hunc modum coniunxi, *de quo numero alius alium modum constituit, quod, si sunt regiones ubi bestiae sint multae, debent esse plures.*

Ita enim sunt adsiduiores quod cum altero idem fit acrior et si alter uidem fiter aeger est ne sine cane grex sit] *Et si alter indesinenter aeger est* edita inde a principe editione exemplaria. archetypi scripturam Victorius indicavit et de emendatione adnotavit haec, 'ut quid de hoc loco sentiam libere loquar, suspicor aut *identidem* pro *indesinenter*

legendum esse, aut verba illa deformata vacare, quod negligenter librarius aliquis superiores voces hic etiam non suo loco scripsisset et eas etiam mendose et corrupte scripsisset, intelligo illas, *Altero idem fit acrior'*. nihil autem profecerunt qui post Victorium in corrigendis verbis perperam repetitis operam consumpserunt: *et si alter itidem uter aeger est*, h. e. si alteruter itidem, coniecit Scaliger, *et si alter quidem fetura aeger est* Popma, *et si alter videlicet aeger est* Pontedera p. 440, *et si alteruter, ut interdum fit, aeger est* Nettleship annal. philol. Cantabrig. a. 1877 p. 174. sed ea quoque quae ante haec scripta sunt corrupta esse apparet: nam pronomen *idem* non habet quo referatur. itaque scripsi *quod cum altero item alter fit acrior, et si alteruter aeger est, ne sine cane grex sit.*

X 1 Ad maiores pecudes aetate superiores ad minores etiam pueros ut utroque horum firmiores qui in callibus uersentur quam eos qui in fundo cotidie ad uillam redeant] *Etiam pueros et utroque horum firmiores, qui in collibus versantur, quam eos qui in fundo et quotidie ad villam redeunt* Iucundus. archetypi scripturam Victorius restituit, sed *et utroque* ex Aldina editione retinuit. hoc ita defendit Gesnerus, ut ad maiores et minores pecudes referretur. pastores potius dici ex pronomine *horum* intellegi poterat. itaque *utrosque* scripsi et *ut* particulam delevi, *ad maiores pecudes aetate superiores, ad minores etiam pueros, utrosque horum firmiores qui in callibus versentur* sqq., nisi potius *utique utrosque horum* scribendum fuit, quod legitur postea § 11 *utique uterque horum ut secum habeat equos.* accusativo autem casu, in quo offendebat Schneiderus, haec dicta sunt, non relata ad ea quae antea scripta erant, *habendi pastores,* sed coniuncta cum his quae post interpositam sententiam *itaque in saltibus licet videre—pascant* subiecta sunt, *eos cogere oportet.* eandem explicationem habent coniunctivi modi *versentur* et *redeant,* pro quibus Iucundus indicativos *versantur* et *redeunt* substituerat. primum enim de aetate et de genere pastorum praecepta ponuntur: alios enim ad maiores pecudes parare oportet, alios ad minores, horum utrosque alios qui in callibus montium versentur, alios qui in fundo pascentes cotidie ad villam redeant. deinde, si plures greges sint, quem ad modum in pascuis pastores habendi sint, praecipitur:

nam interdiu omnes communiter pascere, noctu ad suum quemque gregem pernoctare oportet.

2 Quod is qui aetate et scientia praestat animo aequiore reliqui parent] *Quod is qui — praestat* plurima apographa et editio princeps a Politiano non correcta, *quod iis qui — praestant* ex codice m in Aldinam editionem receptum, ex hac ad reliquas propagatum erat. restituto singulari numero *praestat*, qui in archetypo fuit, scripsi *quod ei qui aetate et scientia praestat,* quod ipsum commendatur iis quae sequuntur *ita tamen oportet aetate praestare, ut — possit.*

4 Neque basculus neque turdulus idonei galli appositis si maxime ad iumenta] *Appositissimi* Victorius, consueto in his libris usu vocabuli, I 7, 5 *ad vitem adpositus,* 9, 5 *ad serendos surculos — adpositus,* 23, 1 *alia enim loca adposita sunt ad faenum,* II praef. 5 *ad id pecus adpositum,* 7, 5 *ad medendum adpositus,* III 8, 3 *ad saginandum adpositissimum tempus,* 9, 9 *adpositissimae ad partum.* praeterea *Vastulus* scripsi pro eo quod adhuc in editionibus erat *Basculus.*

Aut si in iure cessit cui potius cedere] *Cui potuit cedere* edita inde ab Aldina editione exemplaria, *qui potis cedere* Scaliger. *qui potuit cedere* dedi ex coniectura Gesneri.

5 In horum emptione solet accedere peculium aut excipiet stipulatio intercedere sane eum esse] *Aut si excipiet stipulatio intercedere, sanum eum esse* Merula, *aut si excipi et stipulatio, intercedere sanum eum esse* Iucundus, ubi *aut si excipiet stipulatio* Victorius dedit. correcta prava verborum distinctione scripturam archetypi *aut excipi et stipulatio intercedere* Arnaldus var. coniect. p. 320 restituit. deinde *sanum esse* scripsi, *aut excipi et stipulatio intercedere, sanum esse.* exempla stipulationum in venditione mancipiorum composuit Hertzius, Gellii quae ad ius pertinent capita quattuor ind. lect. Vratislav. hib. a. 1868 p. 14.

Cibus eorum debet esse interdius separatim unius cuiusque gisues gregis uespertinus in cena qui sunt sub uno magistro communis] *Cibus eorum debet esse interdiu separatim unius cuiusque gregis. vespertinus in coena qui sit sub uno magistro communis* Merula, ubi Politianus *qui sit* non mutavit, *communis* autem superscripta *e* littera super *i*

correxit, ut esset *communes*, non *commune*, ut Gesnerus adnotavit. *que sunt sub uno magistro communi* m, *qui sunt sub uno magistro communis* apographa Italorum, quod Iucundus restituit. in prioribus Victorius de scriptura archetypi haec adnotavit, 'locus valde mendosus, *unius cuiusque gisues gregis*. haec enim satis est indicare propter auctoritatem librorum'. in corrigenda corrupta scriptura *gisues*, quae una cum emendata lectione *gregis* in codice fuit, frustra post Victorium interpretes laboraverunt. *in suo grege* coniecit Heidrichius Varronian. I p. 41. *communes* autem errori Politiani tribuendum est: nam in codice videtur *communis* scriptum fuisse. interdiu in uno quoque grege separatim debet esse pastorum cibus, vesperi in cena communis eorum qui sub uno magistro sunt.

Alii pro iis qui aliut] *Qui* plurima apographa, *quid* in principe editione Politianus non correxit. *qui* in archetypo videtur scriptum fuisse, deinde correctum *quid*.

6 Qui autem sunt in saltibus et siluestribus locis pascunt]. Delevi *sunt*, quod ex littera *s* praeter ordinem interposita videtur ortum esse, *qui autem in saltibus et silvestribus locis pascunt*. nam eadem sunt silvestria loca et saltus, in quibus ipsis pastores greges pascunt.

7 Quae in opere multis regionibus non cedant uiris] *Quae in opere, ut in multis regionibus non cedant viris* Iucundus et deinde reliqui editores, *quae in operè multis regionibus non cedunt viris* Ursinus.

8 De nutricatu hoc dico easdem fere et nutrices et matres semel simul aspicit ad me] *Semel* delevit Merula. *easdem fere et nutrices et matres. Tremellius simul aspicit ad me* edita inde ab Aldina editione exemplaria, ubi *matres esse, simul aspicit* Ursinus, *matres esse melius, simul aspicit* Scaliger coniecit. verum viderat Merula: nam in archetypo cum emendata lectione *simul* scripta erat corrupta *semel*.

Pueros quos alerant alias singulos alias binos quae ostenderunt fetas nostras quae in conopiis iacent dies aliquot esse leuuncidas] *Alerant* et deinde *ostenderunt* apographa. parum accurate Politianus archetypi scripturam adnotavit: nam *alerent* et *ostendunt* in principe editione non mutavit. *pueros quos alerent — quae ostenderent* edita inde ab Aldina

editione exemplaria. *alerent,* quod Merulae coniecturae debetur, retinui; indicativum *ostenderunt*, in quo editores offendere non debebant, ex codice restitui. *eiuncidas* ex emendatione Victorii Schneiderus edidit.

9 Praegnax saepe cum uenit pariendi tempus non longe ab opere discedere ibique enixam puerum referre] *Praegnantem* ex principe editione receptum erat, pro quo *praegnatem* scripsi. archetypi scripturam Zahlfeldtius quaest. crit. in Varron. rer. rust. libr. p. 15 defendit, quasi oratione sic instituta, ut finito modo sequeretur *discedit* et *refert*, deinde substituto infinitivo *enixam* scriptum esset. sed cavendum est ne omne genus neglegentiae Varroni potius quam erroribus librariorum tribuamus.

Quibus mos eorum nonne denegauit — filios habere] *Nonne* et deinde *habere* in archetypo fuisse consensu apographorum constat: neglegentius Politianus principis editionis lectionem correxit. *non denegavit* Merula. ceterum forma sermonis parum accurate ab editoribus expressa est. nam hoc quoque apud Illyrios institutum esse narrat Varro, ut virgines, quibus mos eorum id non denegavit, ante nuptias succumberent quibus vellent iisque incomitatis vagari et filios habere liceret. post Varronis interpellationem Cossinius, cui haec pars tributa erat, in disputatione instituta de pastoribus pergit.

10 Quae ad ualitudinem pertinent hominum ac pecoris et sine medico curari possint magistrum scripta habere oportet] *Hominum ad pecoris* errore eorum qui Victorii editionem repetiverunt expressum est: nam ipse Victorius *hominum ac pecoris* ediderat. *ut sine medico curari possint* ex Aldina editione receptum erat. pro hoc scripsi *et sine medico curari possunt.* nam post indicativum *pertinent* coniunctivus *possint* locum non habet. duo esse genera morborum, alterum in quo medico opus est, alterum quod sine medico curari potest, dictum erat II 1, 21.

11 Greges ouium sed magnum quos miliarios faciunt quidam facilius de summa hominum detrahere possit quam de minoribus] *In gregibus ovium, sed magnis, quos miliarios faciunt quidam, facilius de summa hominum detrahere possunt, quam de minoribus* edita inde ab Aldina editione

exemplaria, ubi Ursinus ex 'vetere codice' *greges ouium sed magni* adnotavit. de numero pastorum ii qui magnos ovium greges habent facilius detrahere possunt, quam qui minores habent greges. ad hanc sententiam corruptam archetypi scripturam in hunc modum conformavi, *greges ovium si sunt magni, quos miliarios faciunt quidam, facilius de summa hominum detrahere possis, quam de minoribus.*

Ut sunt et ait tici et mel septingenari enim me tu opinor octingenarius habuisti nec tamen non ut nos arietum decumam partem] *Ut sunt et Attici et mei. septingenarii enim mei, tu opinor, octingenarios habuisti* Victorius: nam *ut sunt et Attici* in editione dedit, *ut sunt Attici Tremellius* edita ante Victorium exemplaria. septingenarios greges se habere dicit Cossinius, Varronem, ad quem haec dicta sunt, habuisse octingenarios, sed tamen, sicut et ipse habeat et Atticus, decimam partem gregum arietes. similiter in gregibus caprarum numerus hircorum definitus est II 3, 10, in gregibus ovium autem II 2 de arietibus nihil praeceptum, sed de numero pastorum dictum est ibidem 20.

Utique uterque horum ut secum habeat equas domitas singulas in his regionibus in quibus stabulari solent equas abigere ut in apulia et in lucaniis accidit saepe] *Stabularii* ex codice m Iucundus et in prima editione Victorius, *stabulari* Victorii editio secunda, quod Gesnerus per graecismum, ut ait, et enallagen casus inepte interpretatus est 'in quas stabulatum solent equas abigere'. *et in iis regionibus, in quibus stabulari solent, et in iis, quo aestivatum aut hibernatum solent abigere* Ursinus. describitur potius mos qui videtur fuisse in nonnullis regionibus, ut greges equarum interdiu in campis pascerentur, noctu in stabula abigerentur, cuius rei causa equae domitae pastoribus adduntur. itaque scripsi *in quibus in stabula solent equas abigere;* nisi potius *stabulatum* pro *stabulari* scribendum erat. — *in lucaniis,* quod optima apographa habent, in archetypo fuit, non *in lucanis,* quod Politianus in principe editione non correxit. pro hoc *in Lucania* scripsi.

XI 1 Siquidem inquam adieceritis de extraordinario pecudum fructu praedictum est de lacte in eo et tonsura lanae est omnium rerum quas cibili causa ca-

pimus liquentium maxime alibile et id ouillum in caprinum] *Sed inquam quid adieceritis? de extraordinario pecudum fructu praedictum est, de lacte in eo et tonsura lanae. est enim lac omnium rerum quas cibali causa cupimus liquentium maxime alibile, et id ouilum inde caprinum* Merula, *sed inquam si quid adieceritis de extraordinario pecudum fructu, et de lacte in eo, et tonsura lanae. est enim lac omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile, et id ovillum, inde caprinum* Iucundus. archetypi scripturam Victorius restituit, sed *ut praedictum est* scripsit, *cibi causa* et *inde caprinum* ex Aldina editione recepit. *si quidem adieceris, inquam, de extraordinario pecudum fructu, ut praedictum est, de lacte, inquam, et tonsura lanae. lacte est omnium rerum quas cibali causa capimus, liquentium maxime alibile* Ursinus 'ex vestigiis veteris scripturae'. *ut praedictum est de lacte caseo et tonsura. lacte, ait, omnium rerum quas cibali causa capimus* Pontedera p. 443. de extraordinario pecudum fructu dictum erat supra II 1, 28 *extraordinariae fructum species duae accedunt magnae, quarum una est tonsura, — altera, quae latius patet, de lacte et caseo.* ad haec referuntur ea quae hoc loco scripta sunt, *si quidem, inquam, adieceritis de extraordinario pecudum fructu, ut praedictum est, de lacte in eo et tonsura.* nam *in eo,* de quo dubitandum non erat, quid sit, apparebit ex iis quae de ea formula dixi I 17, 3. deinde de lacte sequuntur haec, *lacte est omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile, et id ovillum, dein caprinum*, ubi pro *lanae* ex Pontederae coniectura dedi *lacte.* nam lanae tonsura non est, sed ovium. *cibi causa* recte dederat Iucundus. denique pro *in caprinum,* quod olim tamquam spurium et ortum ex eo quod sequitur *tum caprinum* notaveram, *dein caprinum* scripsi. nam maxime alibile est ovillum lac, post hoc caprinum. tributa autem est haec disputatio de lacte et tonsura Cossinio, cuius sermo bis ab ipso Varrone interpellatus est, 5 *non negarim inquam — lactantes a lacte* et 10 *omnino tonsores — barbam magnam.* personae indicium excidisse suspicatus erat Gesnerus.

2 Horum sunt discrimina quaedam et a pastionibus et a pecudum natura et a motu a pastionibus quod fit ab ordeo et stupla et omnino arido et firmo cibo pe-

cude pasta ad perpurgandum ea quae auuridipas eo magis fuisse ex herba quae ipso sumptae perpurgare solent corpora nostra] *Magis fuisse* Politianus et apographa, *magis si ussae* parum accurate Victorius ex codice adnotavit. *et mulctu* pro *et a motu* dedit Merula, *et a mulctu* Iucundus, quem reliqui editores secuti sunt. *ab ordeo et stipula* edita inde a principe editione exemplaria. *ad perpurgandum ea quae viridi pascuo magis flusse ex herba quae ipsa sumpta perpurgare corpora nostra solet* Merula. *quod fit ab ordeo — pecude pasta, id alibile ad perpurgandum, id quod a viridi pascuo, et eo magis fluxe ex herba, quae eadem ipsa sumpta perpurgare corpora nostra solet* Iucundus, quae Victorius repetivit, sed *eadem* omisit. *pastu* pro *pascuo* ex 'vetere codice' Ursinus adnotavit, reliqua ita legenda esse coniecit, *et eo magis si usae eis herbis, quae eaedem ipsae sumptae perpurgare corpora nostra solent.* lectionem archetypi a Victorio adnotatam Scaliger in hunc modum correxit, *quod fit ab ordeo — pecude pasta. ad perpurgandum ea quae ab viridi pascuo eo magis, si ex herba, quae ipsa sumpta perpurgare solet corpora nostra,* ubi Pontedera apud Gesnerum *eo magis si usa est herba* coniecit. hoc recepto Schneiderus scripsit *quod fit ab ordeo — pecude pasta, id alibile. ad perpurgandum id, quod ab viridi pascuo, et eo magis si usa est ea herba, quae ipsa sumta perpurgare corpora nostra solet.* tria sunt genera discriminum in lacte, quae postea accuratius definiuntur, primum a pastionibus, quia interest, utrum arido pabulo an viridi pecus pascatur, alterum a pecudum natura, quia aliud est lac a valentibus, aliud a veteribus, tertium a mulgendo atque ortu, sicut infra scriptum est, quod melius est lac quod proximo tempore post partum sumitur. itaque *ab ortu* scripsi. gravius corrupta sunt ea quae de pastionibus scripta sunt. in quibus cum manifesto duo genera lactis discernantur, alterum ad alendum utile, quod optimum fit a pecude arido pabulo pasta, alterum ad purgandum aptum ab ea pecude, quae viridi pabulo pascitur, prioris generis definitionem in libris imperfectam esse apparet, quod viderat Iucundus. in altero genere verba vitiose in archetypo scripta erant; sententiam emendationes Scaligeri et Ursini aperuerunt. nam ad perpurgandum utile esse dicitur lac quod fit a pecude quae viridi pasta sit, maxime si eae herbae,

quibus aluntur, ipsae quoque corpora purgare soleant. itaque expleta lacuna corruptam archetypi scripturam in hunc modum correxi, *a pastionibus, quod ad alendum utile quod fit ab hordeo et stupla et omnino arido et firmo cibo pecude pasta; ad perpurgandum ab ea, quae a viridi pasta, eo magis, si fuerit ex herbis, quae ipsae sumptae perpurgare solent corpora nostra.* similia praecepta de natura lactis sunt apud Dioscoridem de mater. med. II 75 *πᾶν δὲ γάλα κοιλίας καὶ στομάχου ἀνατρεπτικόν, ὅπου ἐστὶ νομὴ σκαμμωνία ἢ ἐλλέβορος ἢ λινόζωστις ἢ κληματίς, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Οὐεστίνοις ὄρεσιν ὑφ' ἡμῶν ἱστόρηται.* *stupla* ex archetypo restitui. eadem vocabuli forma est in menologio rustico CIL v. I p. 359 XXII B, 15 *stuplae*, ib. XXII A, 14 *stupulae.* *viride* de pabulo legitur I 31, 4 *ex fabali segete viride sectum,* ib. 5 *pabuli causa viride.*

A mulgendo adque ortu optimum est id quod neque enim cum longe abest a mulso neque a partu continuo est sumptum] *Quod neque emunctum longe abest* Iucundus. sententiam demonstravit coniectura Ursini, *a mulgendo, quod optimum est id, quod neque longe abest neque a partu continuo est mulctum.* verba facili emendatione egebant, *a mulgendo atque ortu optimum est id quod neque nimium longe abest a mulso neque a partu continuo est sumptum.* mulsum autem propter dulcedinem dicitur lac quod a partu primum est: Plin. X 52 de iecore anseris *exemptum quoque lacte mulso augetur.*

3 Et etiam est discrimen] *Est etiam discrimen* Iucundus. *et etiam* legitur I 17, 2 *et etiam nunc sunt in Asia,* 48, 1 *aristam et etiam, primitus spica cum oritur, vaginam,* 59, 3 *punica mala — matura et etiam inmatura,* II praef. 5 *disciplinam — pecoris pascendi et etiam villaticae pastionis,* 7, 2 *aetas cognoscitur et equorum — et etiam cornutarum,* III 9, 9 *quae ante aut post nata sunt et etiam prima eo tempore non supponenda.* contra *etiam* per se in iungendis verbis positum est I 47 *omne iumentum etiam hominem,* II 4, 10 *prisci quoque Latini etiam Graeci,* III 12, 1 *iugera quadraginta — etiam hoc maius.*

4 Tamen si loca propter et pabulum disparile non usque quaque idem fit lactis duos congios addunt coagulum] *Tametsi propter loca* edita inde a principe editione exemplaria. postpositae post nomen praepositionis *propter* alia exempla

in frequenti eius praepositionis usu apud Varronem non sunt; neque tamen illud in hac verborum compositione, *loca propter et pabulum*, a Varronis sermone videtur alienum esse. — *lactis duobus congiis addunt* Iucundus, *in lactis duobus congiis addunt* deleto verbo *fit* Ursinus, *in lactis duos congios addunt* Victorius: I 57, 2 *cum addant in circiter mille modium quadrantal.*

Alii pro coagulo addunt de fici ramo lac et acetum aspargunt item aliis aliquod rebus quodquod graeci appellant ali opon ali dracuan] *Item aliis aliquot rebus, quod Graeci appellant alii opon, alii draconon* Merula, ubi *alii ὀπόν*, *alii δρακόντιον* Iucundus dedit. *alii ὀπόν*, *alii δάκρυον* Victorius. ordinem verborum in hunc modum mutari voluit Schneiderus, *lac, quod Graeci appellant alii ὀπόν*, *alii δάκρυον*, *et acetum. aspergunt item aliis aliquot rebus.* omne genus suci, qui ex ramis arborum vel plantarum effluit, *ὀπόν* vel *δάκρυον* dici docet Theophrastus hist. plant. I 2, 3 *τὸ μὲν οὖν ὑγρὸν φανερόν, ὃ δὴ καλοῦσί τινες ἁπλῶς ἐν ἅπασιν ὀπόν, ὥσπερ καὶ Μενέστωρ, οἱ δ' ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἀνωνύμως, ἐν δέ τισιν ὀπὸν καὶ ἐν ἄλλοις δάκρυον*, et de caus. plant. VI 11, 16 *καλοῦσι δὲ τὰ μὲν ὀπούς, τὰ δὲ δάκρυα. κοινότερον δὲ ὀπός, διαφέρει δὲ ἴσως οὐδέν, ἐπεὶ τό γε κοινότατον ἀνωνύμως λεγόμενον ἡ ὑγρότης ἡ οἰκεία καθ' ἕκαστον πέψιν ἔχουσα.* ex his generibus suci maxime illud quod de fico sumitur ad coagulandum lac utile esse ait idem de caus. plant. I 16, 7 *καίτοι γε τῆς τῶν ἡμέρων θερμότητος ἐκεῖνο φέρεται σημεῖον, ἡ τῶν ὀπῶν δύναμις. ὁ μὲν γὰρ τῆς συκῆς τὸ γάλα πήγνυσιν, ὁ δὲ τοῦ ἐρινεοῦ οὐ πήγνυσιν ἢ κακῶς.* apud Varronem autem quae de graecis vocabulis scripta sunt, neglegentius ad coagulum, cui eae res inserviunt, relata et in fine sententiae addita sunt, de quo dixi I 13, 2.

5 Non negarim inquam ideo aput diuae rumniae saccellum a pastoribus satam ficum ibi enim solent sacrificari lacte pro uino et pro lactentibus] *Rumiae sacellum* et deinde *sacrificare* Merula, *Ruminae sacellum* Schneiderus, *sacrificari* ex codice Victorius restituit. *lacte pro vino et pro bidentibus lactentibus* Ursinus hac addita explicatione, 'nam aliis diis hostiis bidentibus et vino litabant: Rumiae vero lacte et hostiis lactentibus'. *lacte pro vino lactentibus* Gesnerus, quod

ita interpretatus est, 'pro lactentibus pueris divae Rumiae sacrificant lacte, quod pro vino adhibent'. lac, non vinum, in sacris divae Ruminae adhiberi narrat Varro apud Nonium p. 167, 23, Plutarchus Romul. 4, quaest. Rom. 57. sed pro lactentibus sive pueris sive pecudibus ea sacra fieri nescimus. neque credendum est Varronem duas nominis explicationes posuisse, alteram a genere sacrorum petitam, alteram ab iis pro quibus sacra fiunt, cum diversa praepositionis significatione, *lacte pro vino* et *pro lactentibus*. itaque deleta praepositione, quae perperam repetita erat, scripsi *lacte pro vino et lactentibus*, h. e. lacte, quod pro vino adhibetur, et lactentibus sacra Ruminae fiunt.

Mammae enim rumus siue ruminare ut ante dicebant a rumi etiam inde dicuntur subrumi agni lactantes a lacte] *Mammae enim rumis sive ruminare, ut ante dicebant, a rumi, et inde subrumi dicuntur agni lactentes a lacte* Merula. *mammae enim rumis sive rumae, ut ante dicebant, a rumi, et inde dicuntur subrumi agni lactentes a lacte* impressa inde ab Aldina editione exemplaria, quae vario modo viri docti emendare studuerunt. *a rumi* Sylburgius in Commeliniana editione p. 773 'velut exegema sequentis adverbii *inde* expungendum' adnotavit. *mamma enim rumis sive rumin: ea re, ut ante, dicebant a rumi, et inde dicuntur subrumi agni lactentes,* omisso tamquam glossemate *a lacte*, Scaliger, *mamma enim rumis sive rumina, ut ante dicebant: a rumi inde dicuntur subrumi agni lactentes* Ursinus, *mammae enim rumeis sive rumina, et, ut ante dicebant, a rumi etiam dicuntur subrumi agni lactentes* Pontedera p. 445, *mammas enim rumis sive rumina ante dicebant, et inde dicuntur subrumi* sqq. coniecit Schneiderus, *mammas enim rumis, si verum opinor, antiqui dicebant; a rumi deinde dicuntur subrumi agni lactentes* Reiterus quaest. Varron. gramm. p. 96. *rumis* nominativo casu dixit Varro de eadem re disputans II 1, 20 *antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut opinor,* et apud Festum p. 270, 24, ubi in excerptis Pauli p. 271, 4 scripta sunt haec, *mamma autem rumis dicitur, unde et rustici appellant haedos subrumos, qui adhuc sub mammis habentur.* *ruma* idem apud Nonium p. 167, 24 *Rumam veteres mammam dixerunt: Varro Cato vel de liberis educandis, 'hisce manibus lacte fit, non vino, Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumam, id est prisco*

vocabulo mammam, a quo subrumi etiam nunc dicuntur agni'. item *rumis* Fest. p. 306, 32 *Subrumari dicuntur haedi, cum ad mammam admoventur, quia ea rumis vocabatur vel quia rumine trahunt lacte sugentes* et Plin. XV 77 *lupa infantibus praebens rumim, ita vocabant mammam.* utrumque est in glossis latinograecis v. II p. 176, 2 et 11. contra *rumen,* a quo *ruminare* dictum est, Non. p. 18, 11 *Rumen dicitur locus in ventre, quo cibus sumitur et unde redditur, unde et ruminare dicitur,* Paul. exc. Fest. p. 271, 6 *Rumen est pars colli, qua esca devoratur, unde rumare dicebatur, quod nunc ruminare,* ib. p. 9, 14, in glossis Amplonianis apud Loewium prodrom. gloss. p. 136 et gloss. nomin. p. 140, Isidor. orig. XI 1, 59. hoc de mamma a Varrone dictum esse credendum non erat interpretibus. itaque in scriptura archetypi verba haud dubie corrupta *siue ruminare,* quae ex iis quae supra scripta erant *divae Ruminae* videntur repetita esse, delevi, reliqua in hunc modum refinxi, *mamma enim rumis, ut ante dicebant: a rumi etiam nunc dicuntur subrumi agni, lactantes a lacte.*

6 Qua spargi solent sales melior fossiles quam marinus] *Quī aspergi solent sales: melior ē fossilis quam marinus* Merula. *ē* Politianus non delevit; sed in apographis *est* non legitur. *quin aspergi solent sales, melior fossilis* Iucundus. *qui inspergi solent* Ursinus. pro hoc *qui aspargi solent* scripsi, h. e. ex iis salibus, qui lacti aspargi solent, fossilis sal melior quam marinus: geopon. XVIII 19, 2 *καὶ ἅλες δὲ φρυκτοὶ πήσσουσι γάλα καὶ συκῆς ὀπὸς καὶ τὰ ἁπαλὰ αὐτῆς κλωνία ἢ φύλλα.*

7 Eadem re perinungunt] *Perungunt* edita ante Victorium exemplaria, *perinungunt* ex codice dedit Victorius.

9 Cum sole calidiore tonsa ex sudore eius lana fit mollior] *Quoniam sole* edita inde ab Aldina editione exemplaria. *ex sudore ovis* coniecit Gesnerus, quod Schneiderus probavit. restituta lectione archetypi vera verborum compositio facile apparet, *cum sole calidiore tonsa, ex sudore eius lana fit mollior.* tum, cum ovis calidiore sole tonsa est, ex sudore eius lana mollior fit. eadem praecipiuntur in geoponicis XVIII 8, 4 *τηρεῖν δὲ χρὴ ὅπως εὖ μεμαγμένα μετὰ πρώτην ὥραν, ἀνεξηραμμένης τῆς ἐν τοῖς ἐρίοις διὰ νυκτὸς ἐπιπεσούσης δρόσου,*

κείρηται, μᾶλλον δὲ ἐν ἡλίῳ. συνιδροῦντος γὰρ τοῦ κειρομένου, ἀναλαμβάνεται ὁ ἱδρὼς ἐκ τῶν ἐρίων καὶ εὐχρούστερα καὶ μαλακώτερα γίνεται.

Alii vellera alii uellimna appellant ex quorum uocabulo animaduerti licet prius lana uulsuram quam tonsuram inuentam] *Alii vellera, alii velumia appellant. ex quorum vocabulo animadverti licet prius lanam vulsuram quam tonsuram inventam* Merula, ubi *lanae vulsuram* ex codice m dedit Iucundus, *velumina* Victorius. *vellimina* coniecit Scaliger, *velamina* idem coniect. in Varr. de ling. lat. V 48 p. 37. *velamina* vel *velamenta* a velando de lana ovium dici notum est: glossar. latino-graec. v. II p. 205, 29. Varro autem duo nomina *vellera* et *velamina* propter similitudinem soni tamquam duas formas unius vocabuli, quod a vellendo ductum esset, posuisse videtur. quare *ex quo vocabulo* scripsi. deinde pro *lana,* quod olim tamquam spurium notaveram, *in lana* dedi, *alii vellera, alii velamina appellant, ex quo vocabulo animadverti licet prius in lana vulsuram quam tonsuram inventam.*

10 Omnino tonsores in italia primum uenisse ex cilicia dicuntur p. r. c. a. CCCCLIII ut scriptum in publico ardeae in litteris extat eosque adduxisse publium ticiuium maenam] *In italia primum venisse ex sicilia dicunt P. R. conss. an. CCCCLIIII* Merula ex Plinio VII 211 *sequens gentium consensus in tonsoribus fuit, sed Romanis tardior. in Italiam ex Sicilia venere post Romam conditam anno quadringentesimo quinquagesimo quarto adducente P. Titinio Mena, ut auctor est Varro. antea intonsi fuere,* ubi *thinnio* est in libris manu scriptis, *Titinio* dedit Harduinus. apud Varronem *Licinium* scribendum esse coniecit Sylburgius in indice editionis Commelinianae v. *Menam* ex Columella XII 4, 2, ubi inter eos qui de rebus rusticis scripserunt *Menas* (*mecenas* cod. Sang.) *Licinius* nominatur. *Titinium* ex coniectura Harduini recepi. numerum retinui eum qui in archetypo Varronis fuit, quamquam de hoc quoque Plinio fidem habendam esse puto. praeterea *in Italiam* scribendum esse apparet. de passivo *dicuntur,* pro quo *dicunt* Pontedera p. 445 et Schneiderus probaverunt propter ea quae sequuntur *eosque adduxisse,* dubitari non debebat. nam in publicis Ardeatium litteris haec scripta fuisse Varro refert.

11 **Fructum ut ouis e lana ad uestimentum sic caprae pilus ministrat ad usum nauticum]** *Ut fructum ovis* ex principe editione, *sic capra pilos* ex Aldina receptum erat. ad vera invenienda archetypi scriptura viam monstrabat, *fructum ut ovis e lana ad vestimentum, sic capra e pilis ministrat ad usum nauticum.*

12 **Unde cilicia et cetera eius generis solent fieri sed quod primum ea tonsura in cilicia sit instituta nomen id cilicas adiecisse dicunt]** *Eius generis ferri solent* Iucundus, quem deinde reliqui editores secuti sunt. *nomen id ciliciis adiecisse* Ursinus. cilicia sunt panni ex pilis caprinis facti, qui, quod tonsura caprorum primum in Cilicia instituta est, eo nomine appellati sunt. his igitur ipsi Cilices, a quibus usus eorum ortus erat, nomen dicuntur adiecisse: Serv. in Verg. georg. III 313 *usum in castrorum: quod inde tormenta fiant itemque cilicia, quae Celsus ait retulisse Varronem ideo sic appellari, quod usus eorum in Cilicia ortus sit.*

Illi hoc neque ab hoc quod mutaret cossinius et simul uituli libertus] *Cum ille hoc, neque quisquam abnutaret, simul Vituli* sqq. Ursinus, qui in superioribus *dicunt* deleverat. *ille hoc, neque ab hoc qui mutaret et simul* sqq. Gesnerus, quod Schneiderus probavit. pravo iudicio interpretes de Cossinii nomine dubitaverunt, cum ad illius disputationem de lacte et tonsura haec referrent. apparet enim verba, quibus sermonibus colloquentium finis imponitur, ad universum librum pertinere. Cossinius autem nominatim appellatur, non solum quod illi extremae partes tributae erant, sed etiam quod ab eius adhortatione II 1, 1 omnis sermonum ratio profecta erat.

Itaque discedimus ego et scrofa in hortos ad uitulum niger in turrani in oste illi partim domum partim ad lenatem] *Ad Vitulum Nigrum Turannium (*non *Turrannium). mox illi partim domum, partim ad 'lenatem* edita ante Victorium exemplaria, *ad Vitulum, Niger in Turranii nostri, illi partim domum, partim ad Lenatem* Victorius, ubi *Niger in Turranianos, et illi* Scaliger coniecit. *ad Vitulum, Niger Turrani noster, alii partim domum, partim ad Maenatem* Ursinus. Turranius, ad quem liber scriptus est, iisdem verbis appellatur II praef. 6.

de Menate dictum est II 1, 1. *illi* autem, pro quo Ursinus *alii* scribi voluit, sunt ii qui praeter Varronem et Scrofam sermonum participes fuerant.

III

I, 1 Quidni pinni dubium non est quin hae non solum loco discretae sint] *Quidni Pinni* Politianus in margine principis editionis ex codice adscripsit, *quidni pinnii* apographa, *Q. Pinni* Merula. *quidni Pinni* ex archetypo restitui. nam *quidni* in negativa sententia *dubium non est* ponitur cum vi adfirmandi, ut significetur illud quod per se certum est. praenomen autem Pinnii, ad quem Varronis liber scriptus est, memoriae non est proditum. T. Pinnius appellatur a Cicerone ep. ad fam. XIII 61. — *locum* vitio eorum qui Victorii editionem a. 1543 repetiverunt vulgatum erat, quod inepte Gesnerus defendit. nam ipse Victorius cum antiquioribus *loco* dederat.

2 *Ogygos* ex manu scriptis libris restitui. olim *Ogyges* ex principe editione receptum erat.

Nam in hoc nunc denique est ut dici possit] *Nunc* deleri voluit Ursinus, qui *in hoc* de tempore dictum accepit. *iam in hoc* coniecit Popma. *nam in hoc — condita Roma est* in parenthesi posita Gesnerus et Schneiderus exhibuerunt. deleto *nam,* quo ordo verborum perturbatur, eam sententiam, quam res postulabat, restitui: cum vetustissimum oppidum apud Graecos sit Thebae, in agro Romano Roma, in hoc, h. e. in hoc oppido, nunc denique, non tum cum Ennius scripsit, dici potest septingentos fere esse annos, postquam Roma condita est; Thebae autem circiter duo milia annorum et centum sunt.

4 Maiores nostri ex urbe in agris redigebant suos ciues quod et in pace a rusticis romanis alebantur et in bello ab his alebantur] *In agros redigebant — et in bello ab his tuebantur et alebantur* Merula, *in agris redigebant — et in bello ab his tuebantur* Iucundus, quem reliqui editores secuti sunt. *his se tuebantur* Madvigius advers. v. II p. 180 coniecit. *in agros* scribendum esse Schneiderus monuit. deinde *in bello ab his ducebantur* scripsi, quamquam ne hoc quidem certum esse scio. nam in archetypo genuinum verbum prave repetito verbo *alebantur* perierat.

5 *Agere vitam* libri manu scripti omnes et impressa inde ab Aldina editione exemplaria, *vitam agere* in principe editione Politianus non correxit.

6 In graecia aeolis boeoti sine afflatu uocant collis thebas] *Aeoleis Boeotii* Victorius. *Aeolis* et Varro dixit III 12, 6 de ling. lat. V 25 et 102 et alii, quorum exempla Lachmannus in Lucret. p. 280 dedit. *tebas* Merula et Victorii editio repetita: nam ipse *thebas* ex Aldina editione receperat.

Cuius uestigium in agro sabino uia salaria non longe a rete miliarius cliuus appellatur thebae. Cum agriculturam primo propter paupertatem maxime indiscretam habebant quod a pastoribus qui erant orti in eodem agro et serebant et pascebant quae postea creuerunt pecunia diuiserunt] *Rete* apographa, *reate* princeps editio a Politiano non correcta. *rete* in archetypo videtur scriptum fuisse, postea correctum *reate. miliarius clivus appellatur. Tebae cum agriculturam primo propter paupertatem maxime indiscretam haberent* sqq. Merula, *milliarius clivus appellantur Thebae, Cum agriculturam primo propter paupertatem maxime indiscretam haberent, quod a pastoribus qui erant orti in eodem agro et serebant et pascebant, qui postea creverunt peculia diviserunt* Iucundus, ubi *appellatur* dedit Victorius, *Tebae* editores ex repetita Victorii editione. archetypi lectionem restitui, sed *cum* coniunctionem, quae in codice in initio novae enuntiationis, sicut Politianus indicavit, posita erat, transposui et perturbatum verborum ordinem correxi, *cuius vestigium in agro Sabino via Salaria non longe a Reate, miliarius clivus cum appellatur tebae. agri culturam primo propter paupertatem maxime indiscretam habebant, quod a pastoribus qui erant orti in eodem agro et serebant et pascebant: quae postea creverunt pecunia diviserunt.* vestigium priscae linguae, qua colles vocabantur tebae, est in agro Sabino, cum miliarius clivus, qui est in via Salaria, eo nomine appellatur. nam vetus Sabinorum vocabulum a graeca origine repeti et ad nomen graecae urbis explicandum adhiberi voluit Varro. deinde de principiis agri culturae scribit haec: primum homines qui a pastoribus orti erant culturam agrorum non discretam habebant a pastionibus, cum propter paupertatem in eodem agro et greges pascerent et frumenta

sererent; postea ea quae et in agris et in gregibus creverunt pecunia data diviserunt, quo factum est ut alii essent pastores, alii agricolae. in iis quae adhuc ex Aldina editione recepta erant, *qui postea creverunt peculia diviserunt,* neque de hominibus qui postea nati sunt recte dicitur *qui postea creverunt,* neque *peculia* dici poterant divisae agricolarum et pastorum possessiones.

8 Multum homines locupletes ob eam rem aut conductos aut emptos habent saltus] *Multum homines locupletat et ob eam rem* sqq. Iucundus. in lectione archetypi, quam restitui, *multum* adverbii loco positum et de iis quae saepe fiunt dictum est: III 5, 8 *in fenus des licebit multum,* 15, 2 *ea non utuntur multum.* eodem referri poterant haec, I 40, 5 *multi qui haruspices audiunt multum,* ubi *multum* tamquam repetitum ex superioribus inclusi.

Altera uillatica quod humilis uidetur a quibusdam adiecta ad agriculturam cum esset pastio neque explicata tota separatim quod sciam ab ullo] *Altera, quod humilis videretur, a quibusdam adiecta ad agriculturam neque explicata separatim, quod sciam, ab ullo* Ursinus, ex quibus *videretur* probavit Gesnerus. *altera villatica pastio, quod humilis videretur, a quibusdam adiecta ad agriculturam est neque explicata* sqq. Schneiderus coniecit. villatica pastio, propterea quod videtur humilis esse, a quibusdam ad agri culturam adiecta est, sic quasi illius pars esset, cum tamen pro pastione potius habenda esset.

10 Cum enim uillam haberes opere tectorio et intestino ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandam parum putasses esse ni tuis quoque litteris exornati parietes essent ego quoque quo ornatior ea esse posset fructu quod factu quod facere possem haec ad te misi] *Ni tuis* editio princeps a Politiano non correcta et codex Florentinus, *intuis* B et Parisinus codex, *intus* Caesenas, *inscius* m. *exornati parietes essent. Ego quoque quo ornatior ea esse posset fructu quam factu, quoad facere possem ad te misi haec* Merula, ubi *haec ad te misi* Iucundus restituit, reliqua ex principe editione repetivit. *parumque putasses esse, ni tuis quoque litteris exornati parietes essent: ego quoque quo ornatior ea esse posset fructu quam sumptu* sqq. Ursinus. *ni tui*

quoque et deinde *quo ornatior ea esse posset tam fructu quam factu* scribendum Gesnerus coniecit. *fructu quam structu* Schneiderus, *fructu quam fastu* Madvigius advers. v. II p. 180 coniecit. ordinem verborum, quae ab editoribus prava distinctione distracta erant, Ursini coniectura *parumque* demonstravit. pro hoc *et parum* scripsi. deinde *tuis litteris*, si verum est, ad libros a Pinnio scriptos pertinet, quamquam de his memoriae nihil proditum est. denique quod in archetypo scriptum erat *quod factu* frustra coniecturis emendare studuerunt editores. apparet enim non corrigenda, sed delenda esse verba, quae prava repetitione orta erant, *cum enim villam haberes — spectandam et parum putasses esse, ni tuis quoque litteris exornati parietes essent, ego quoque, quo ornatior ea esse posset fructu, quod facere possem, haec ad te misi.*

II 1 Comitiis aediliciis cum sole caldo ego et q̄. axius senator tribulis suffragium tulissemus] *Ego atque Axius* edita ante Victorium exemplaria, quod in principe editione Politianus non correxit, *ego et quae* (vel *que*) *axius* apographa, *ego et Q. Axius* Victorius, quod legerat Plinius VIII 167. *Q. Axius* dicitur idem apud Gellium VI 3, 10 et apud Ciceronem ad Att. X 11, 2, ubi *que anxius*, et ib. 13, 2, ubi *a Daxio* in Mediceo codice scriptum est. reliquis locis et a Varrone et a Cicerone sine praenomine Axius appellatur. ceterum prava distinctione Schneiderus *comitiis aediliciis, cum sole* sqq. dederat: nam recte *comitiis aediliciis cum sole* sqq. antiquiores.

Dum diribentur inquid suffragia] *Dirimuntur* Iucundus, *diribentur* ex manu scriptis libris Angelius restituit. *dirimentur* et III 5, 18 *dirimerent* pro *diriberent* Gesnerus et Schneiderus dederunt.

Vis potius uillae publicae utamur umbra quam priuati candidati tabella aedificemus nobis] *Quam privati candidati tabella, dum ita aedificemus nobis* Iucundus, *quam privata candidati tabella* (sive potius *umbella*) *umbrificemus nobis* Ursinus hac addita interpretatione, 'tabellam enim sive umbellam candidati tabernaculum sive umbraculum intelligit, quod in campo Martio tendebant, ubi convenirent et se a sole et pluvia defenderent'. archetypi lectionem ex principe editione Gesnerus restituit. sed quae sit candidati tabella dimidiata vel quo verba Varronis, si vera est librorum scriptura, pertineant,

nescimus. nam vanae sunt de ea re opiniones interpretum. tabernam a candidato in campo factam, in quam ipse cum fautoribus se reciperet, propter exiguum spatium vel propter defectum structurae dimidiatam dici Turnebus advers. 4, 6 et 8, 7, Scaliger, Gesnerus putaverunt. tabellam, in qua nomen candidati scriptum erat, dici voluit Valesius in Ammian. Marcell. XVIII 5, 6: hanc enim cum Axius et Varro conscidissent 'et dimidiatam quidem, in qua scriptum erat candidati eius cui favebant nomen, in cistam coniecissent, reliqua tabellae parte umbram sibi facere poterant'. non plus profecit Stobbius Philolog. a. 1868 v. 27 p. 98 divisa inter populum et principem comitia significari putans.

Non solum quod dicitur malum consilium consultori est pessimum sed etiam bonum consilium qui consulit et qui consulitur bonum habendum] *Esse pessimum* edita ante Victorium exemplaria, quod in principe editione Politianus non correxit, *est pessimum* apographa omnia et Victorius. *qui consulit et cui consulitur* Ursinus, quod Schneiderus probavit. consulit Axius, qui quaerendo a Varrone consilium petiverat; consulitur Varro, qui respondendo id de quo ille quaesiverat probat. versus autem, cuius sententiam, non verba, Varro referre volebat, apud Gellium IV 5, 5 legitur, *tum igitur, quod in Etruscos aruspices male consulentes animadversum vindicatumque fuerat, versus hic scite factus cantatusque esse a pueris urbe tota fertur, 'Malum consilium consultori pessimum est'.*

2 Sedebat ad sinistram ei] *Ei* ex codice adnotavit Politianus, de quo falsa rettulit Gesnerus; idem habent apographa et Victorius, *eius* m et edita ante Victorium exemplaria.

3 Quo uis aues] *Quo uis* praeter Parisinum codicem habent Florentinus et Caesenas, *cuius* in principe editione Politianus non correxit.

Ad lacum uelini eunti] *Lacum uelini* hoc loco habent libri manu scripti et *lacu uelini* de ling. lat. V 71 codex Florentinus. *Velinum lacum* dixerunt alii, *ad angulum Velini* Varro postea § 9. de lacu Velino controversiae Interamnatium et Reatinorum fuerunt anno 700: Cic. ad Att. IV 15, 5, pro Scaur. 2, 27.

4 Num minium aut harmonium num quod emblema aut lithostrotum quae illic omnia contra aurum] *Har-*

monium vel *armonium* apographa, *armenium* Iucundus ex Plinio XXXV 30 *floridi sunt quos dominus pingenti praestat, minium, armenium, cinnabaris* sqq. idem *aurum*, quod ex superioribus repetitum erat, delevit.

Haec quo succedant e campo ciues et reliqui omnes illa quo equae et sini] *Sini* omnia apographa, *asini* Politianus in principe editione non correxit. *sini* in archetypo videtur scriptum fuisse, deinde correctum *asini*. *homines* autem scribendum esse, non *omnes*, ex his ipsis quae subiecta sunt, *equae et asini*, intellegi poterat; et ineptum est dicere reliquos omnes in villam publicam succedere.

Ubi cohortes ad dilectum consuli adductae considant] *A dilectu* coniecit Madvigius advers. v. II p. 180, quoniam ante dilectum cohortes non essent; item Verfass. u. Verwalt. d. röm. Staates v. II p. 472.

Ubi censores censu admittant populum] *Censum*, 'hoc est ut censeatur', Ursinus. *censu* ablativo casu, ut esset 'quando census agitur', Gronovius de pecun. vet. IV 1 defendit. rectius Gesnerus, 'possit etiam videri *censu* dativus antiquus pro *ad censum*'.

5 Tua inquid scilicet auxius haec in campo martio extremo utilis] *Axius* Merula. *scilicet* omisit Iucundus, Axii nomen Victorius delevit. utrumque ex archetypo restitui, sed transposito *scilicet* perturbatum verborum ordinem correxi, *tua scilicet, inquit Axius, haec* sqq. respondet enim haec Axius cum ironia ad praecedentem Appii sermonem, quo ille villam publicam in campo Martio laudaverat. utilis autem dicitur villa, quae sine ornamentis ad solam utilitatem facta est.

Sumptuosior quam omnis omnium uniuersae reatinae tum enim oblitae tabulis pictis nec minus signis ad mea uestigium ubi sit nullum lysippi aut ante philu et crebra sartoris et pastoris] *Ad* (non *at*) *mea* omnia apographa. *oblita* et deinde *at in ea vestigium ubi sit Lysippi aut Antephyli et crebra satoris et pastoris* Merula. *sumptuosior quam omnes omnium reatinae, tum et oblita tabulis est pictis, nec minus signis ornata. at meam vestigium ubi sit nullum Lysippi aut Antiphyli videbis, sed crebrum satoris et pastoris* Iucundus, ubi Victorius *at mea* et deinde *Antiphyli sed crebra*

dedit, reliqua ex Aldina editione repetivit; *cum et oblita tabulis est* Gesnerus. *tam et oblita tabulis pictis, nec minus signis ornata: an mea vestigium ubi sit nullum Lysippi aut Antiphili* Schneiderus ex coniectura Pontederae p. 447. *at in mea vestigium ubist Lysippi aut Antiphili? sed crebra* Madvigius advers. v. II p. 180. archetypi scripturam in hunc modum emendavi, *sumptuosior quam omnes omnium universae Reatinae? tua enim oblita tabulis pictis nec minus signis; at mea, vestigium ubi sit nullum Lysippi aut Antiphili, at crebra sartoris et pastoris.* nam in hac copia verborum, *omnes omnium universae Reatinae,* non magis offendere debebant editores, quam in brevitate dicendi, *oblita tabulis pictis nec minus signis.* villa publica tabulis pictis et signis referta est, contra Axii villa ita instructa est, ut nulla sint graecorum artificum vestigia, sed plurima rusticorum hominum. *Antiphilu* Scaliger et Ursinus probaverunt, *Antiphili* scripsi. nam graecam terminationem in genetivo a Varrone admissam esse non inveni. nominativo casu in archetypo scripta erant haec, I 1, 8 *Aristandros* et *Rhodios,* 1, 9 *Dionysios,* 9, 7 *Bithynos,* 40, 1 *physicos,* II 5, 4 *Peloponnesos* et *Homogyros,* III 1, 2 *Ogygos,* accusativo II 6, 2 *Rhodon,* III 16, 7 *Olympon,* item II 4, 10; 17 *choeron,* 5, 4 *busycon* et *bulimon,* III 1, 3 *cataclysmon* et plurali numero I 57, 2. I 63 *sirus,* III 16, 3 *melitturgoe;* in neutro genere plurima constanti fere usu, ut *ornithoboscion* et talia praeter ea quae in communem usum recepta erant, III 5, 9 *museum,* III 5, 1 *peristylum,* ib. 11 *epistylum,* sed II praef. 2 *peristylon,* contra III 5, 17 *hemisphaerium,* 10, 1 *amphibium,* 13, 2 *therotrophium;* item II 1, 2 *historicon* et III 16, 3 adverbium *historicos.*

Cum uilla non sit sine fundo magno] *Cum uilla* Am, *cum illa* apographa Italorum, *cum ī illa* editio princeps a Politiano non correcta. *cum uilla* deleta *u* littera in archetypo fuisse videtur. *cum villa* Iucundus, quem reliqui editores secuti sunt. verum esse *cum illa* Ursinus vidit. apparet enim de Axii villa haec dici, non de omni villa, quasi sine magno fundo villa esse non possit.

7 Quadraginta milibus] *Quadringentis milibus* Ursinus in Varr. II 1, 14 ex Plinio VIII 167 *asinum CCCC milibus nummum emptum Q. Axio senatori auctor est M. Varro, haud scio an omnium pretio animalium victo.* errori potius Plinii eum numerum tribuendum esse dixi II 8, 3.

7 Metuo ne pro uilla emam ostia in litore seiana sedes] *Ostiae in littore seianas aedes* Merula. *Ostiae in litore* deleri voluit Ursinus. *Ostia*, quod olim in margine videtur adscriptum fuisse, inclusi. nam si nomen repetere volebat Varro, *in Ostiensi litore* potius dicere debebat.

8 Cum diceret nullam se accepisse uillam qua magis delectatus esset] *Accedisse* Scaliger, *accessisse* Ursinus. *accepisse* interpretatur Gesnerus 'nulla se villa acceptum esse'.

9 Quid gus inquit est ista uilla] *Quid igitur inquit* edita inde ab Aldina editione exemplaria, neque probabilior corrupti vocabuli emendatio inventa est. *quod genus inquit* Popma coniecit.

Nummius uilla tua eit] *Non minus villa tua erit* edita inde a principe editione exemplaria, *num minus villa tua erit* Madvigius advers. v. II p. 180. neque de futuro tempore *erit* dubitandum est: II 1, 25 *quo pacto enim erunt novenae partes?* et similiter I 2, 21 *sic venalium greges dicemus agri culturam esse,* ib. *sic etiam res aliae erunt adsumendae.*

10 Nihilo minus esse uillam eam quae esset simplex rusticam quam eam in quo esset utrumque et ea et urbana] *Ea quae esset simplex rustica* editio princeps a Politiano non correcta, *eam — rusticam* apographa. *eam quae esset simplex rustica, quam eam in qua esset utrunque, et rustica scilicet et urbana* Iucundus, ubi Victorius ex 'optimis exemplaribus' *et ea et urbana* restituit. *et ea et urbana* tamquam glossema Gesnerus inclusit. *eam quae esset utrumque* scripsi, sicut supra *quid est ista villa* scriptum erat, *nihilo minus esse villam eam quae esset simplex rustica, quam eam quae esset utrumque, et ea et urbana.* villae nomine non minus digna est ea quae simplex rustica est, quam ea quae simul et rustica villa est propter fructum et urbana propter ornatum.

Fructus capiantur magni — utrum propter oues aut propter aues] *Capiuntur* et deinde *an propter aves* ex codice m Iucundus.

11 Quae ad uillam si in aluariis opus faciunt] *Si in* libri manu scripti, *sin* in principe editione Politianus non correxit. *aluariis* cum Politiano A et codex Florentinus, *aluearIis*

libri recentiores. *ad villam in alveariis* Iucundus, *ad villam Seii in alveariis* ex coniectura Ursini Schneiderus. Seii nomen similiter corruptum erat III 11, 2. *alvarium* et *alvaria* in archetypo scriptum erat III 3, 5. 12, 2. 16, 10; 11; 15; apud Columellam in codice Sangermanensi IX 11, 1. 15, 5 *alvare,* IX 5, 3. 6, 1. 7, 2; 4. 9, 1. 14, 10. 15, 11 *alvaria* vel *albaria,* IX 8, 1 *alvaribus,* IX 15, 6 *albario obiecta;* in manu scriptis libris Plinii XXI 70 et 80 *alvaria,* XII 98. XXVIII 79 *alvariis,* in titulo Cordubensi CIL v. II 2242 *alvari locum occupavit.* apud Quintilianum I 12, 7 *alvaribus* ex Ambrosiano codice restituendum est. et hanc solam nominis formam veteres grammatici noverunt, Charis. p. 106, 31 *Alvaria neutro genere pluraliter dicuntur, Vergilius* (georg. IV 34) '*seu lento fuerint alvaria vimine texta*', *quamvis Cicero in Oeconomico singulariter dixerit* '*apes in alvarium concesserant*'. in excerptis Capri p. 107, 12 *alvaria* in Montepessulano codice scriptum est. *alvearia* inferioris aetatis grammatici, Beda de metr. p. 252, 2 et in glossis saepius. item *alvi* dicuntur apum, non *alvei,* apud Varronem III 16 et apud Columellam in nono libro saepe. semel apud Varronem III 16, 8 in archetypo vitiose scriptum erat *alvei,* bis apud Columellam IX 9, 4 et 14, 1 *alveis* et IX 3, 1 *alveorum* vitiose in Sangermanensi codice. ceterum *alvarium* accusativo casu dixit Varro III 16, 11 et 15, sicut Cicero apud Charisium, et *alvariis* Plinius; *alvare* et *alvaribus* Columella et Quintilianus, sed *alvario obiecta* Columella l. c., nisi ibi *alvari* potius scribendum est.

Et nunc pluris tua uilla illic natos uerres lanio uendis quam hinc apros macellarios eius] *Et num pluris tua villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros milliarios emis?* Merula, *et num pluris nunc tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellarios emis?* Iucundus, ubi *quam hic apros macellarios Seius* Victorius dedit: nam *hic* in editione retinuit, quamquam in explicationibus ex codice *hinc* scripsit. *macellario Seius* rectius Turnebus adversar. 8, 7 et Ursinus. *e villa* deleri voluit Ursinus. hunc secutus olim *tua villa* tamquam adscriptum ad adverbium *illic* inclusi. sed verum esse puto *tu e villa,* quod ex Aldina editione receptum erat, *et num pluris tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hinc apros macellario Seius?* Axius enim e villa lanio vendit verres,

qui ibi nati erant, Seius ex sua villa macellario vendit apros non natos ibidem, sed in leporario habitos.

12 Posse ad te fieri] *Ad te* omnia apographa et ante Victorium Angelius, *apud te* in principe editione Politianus non correxit.

13 Duo enim genera cum sint pastionum unum agreste in quo pecuariae sunt alterum uillaticum in quo sunt gallinae ac columbae et apes et cetera quae in uilla solent pasci de quibus et poenus mago et cassius dionysius et alii quod separatim ac dispersim in libris reliquerunt quas seius legisse uidetur] *Duo genera* et deinde *quos Seius* editio princeps: *quas* Politianus ex codice adnotavit. *duo enim genera cum sint — alii quid separatim ac dispersim in libris reliquerunt, quos Seius legisse videtur* edita inde ab Aldina editione exemplaria. de structura verborum Gesnerus adnotavit haec, 'protasis continetur solis verbis *duo enim genera cum sint pastionum,* reliqua omnia pertinent ad apodosin'; *hoc* (immo *hos*) *Seius* scribi voluit Ursinus, *duo genera sunt pastionum* Schneiderus. *alii quaedam* et deinde *quae Seius* scripsi. nam intermissa post relativam sententiam *de quibus — reliquerunt* compositio verborum neglegentiae a Varronis sermone non alienae tribui poterit, *duo enim genera cum sint pastionum —, de quibus et Poenus Mago et Cassius Dionysius et alii quaedam — reliquerunt, quae Seius legisse videtur et ideo ex iis pastionibus — fructus capere.* alia eius anacoluthiae exempla composui I 1, 2.

14 Aprorum ceterae uenationes] *Aprorum et ceterae venationis* Iucundus. *aprorum et cetera venationis* editio Victorii manifesto editoris errore, qui tamen deinde in reliquas editiones propagatus erat. *venatio* dicitur omne genus animalium, quae saepto includuntur, III 12, 2 *saeptum venationis,* Colum. IX praef. 1 *clausa venatio.*

Ex quibus rebus scriba librarius — plus quinquagena milia e uilla capere dicebat] *E villa* ex coniectura Ursini Gesnerus et Schneiderus incluserunt. geminatae praepositionis exempla dedi II praef. 5.

15 Atque in hac uilla qui est ornithon] *Atqui* coniecit Ursinus. Varronis sermonem post interpellationem Axii continuari adnotavit Gesnerus.

Ut sexaginta milia ea pars reddiderit eo anno uillae] *Ea pars villae reddiderit eo anno* Iucundus. ordinem verborum qui fuit in archetypo Victorius restituit.

16 Sed ad hunc bolum peruenias] *Sed ut ad hunc bolum pervenias* ex Aldina editione receptum erat, *sed ad hunc bolum ut pervenias* Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 9.

Cenae quae tunc innumerabiles excandefaciunt annonam macelli reliquis annis omnibus et hanc expectabis summam spero non tibi decoquet non ornithon neque hoc accedit his moribus nisi raro ut decipiaris quotus quisque enim est annus quo non uideas epulum aut triumphum aut collegia non epulari quae nunc innumerabiles incendunt annonam] *Quae tunc* priore loco, *quae nunc* posteriore omnes: *tunc* posteriore loco Politianus adnotavit, sed non ex Marciano codice, sicut Gesnerus indicavit. *quae tunc innumerabiles excandefaciebant* Iucundus et post hunc reliqui editores. *ne decipiaris* idem Iucundus. *omnibus si hanc expectabis* Angelius. *reliquis annis omnibus, si hanc spectabis summam, spero tibi non decoquet ornithon, neque hoc accidat his moribus, nisi raro, ne decipiaris* et deinde *nunc innumerabilia incendunt* Ursinus. *reliquis annis omnibus et hanc expectabis summam spero non tibi decoquet non ornithon. neque hoc accidit his moribus nisi raro ut decipiaris* sqq. edita inde a Victorio exemplaria, ubi Gesnerus et Schneiderus *non* et post *decoquet* et post *collegia* incluserunt. *reliquis annis omnibus, ait, hanc expectabis summam* et deinde *accidet* coniecit Nettleship annal. philol. Cantabr. a. 1877 p. 175. restituta archetypi scriptura Zahlfeldtius orationem ita conformavit, ut sermonem Varronis post *innumerabiles* finitam exciperet Merula, cui primae partes disputationis supra mandatae erant, eique reliqua tribuerentur, *cenae quae tunc innumerabiles.* (Merula) *Excandefaciunt annonam macelli reliquis annis omnibus et hanc exspectabis summam. spero non tibi decoquet nunc ornithon neque hoc accidet his moribus nisi raro ut decipiaris* sqq. in quibus neque sermo inter Varronem et Merulam divisus, qui uni Varroni debetur, probari potest, neque ipsa verba apte procedunt. itaque primum pro *tunc* scripsi *nunc,* quod infra in archetypo scriptum erat, deinde *et* ante spero addidi, *non* post *decoquet* inepte repetitum delevi,

cenae, quae nunc innumerabiles excande faciunt annonam macelli. reliquis annis omnibus et hanc expectabis summam et, spero, non tibi decoquet ornithon, h. e. et summam supra dictam non assequeris et ornithon, ut spero, non deficiet. maximus enim fructus ex ornithone capitur tum, cum epulae publicae vel cenae collegiorum fiunt, quibus pretium rerum venalium augetur; reliquis annis, quibus eae non sunt, quamvis ad eandem summam non perveniatur, tamen illae pastiones suum fructum praebent. tum in his, *quotus quisque enim est annus, quo non videas epulum aut triumphum aut collegia non epulari,* repetitum *non* offendere non debebat editores: nullus fere annus est, quo epulum aut triumphum non videas aut quo collegia epulari non videas. denique ea quae restant, *quae nunc innumerabiles incendunt annonam,* ex superiore loco inepte repetita esse apparet, sicut Schneiderus significavit.

17 *Abuccius* et hoc loco et III 6, 6 fuit in archetypo, quod Hertzius annal. philol. a. 1873 p. 337 defendit. *Albutius* olim utroque loco ex principe editione receptum erat. ceterum sermoni Varronis, quem paucis interpositis, *sed propter luxuriam inquit* sqq., Axius interpellaverat, haec continuantur.

Minus decem milia] *Minus dena millia* edita inde ab Aldina editione exemplaria.

Se supra centum milia e uilla recepturum agro] *Agro,* quod in editis inde a principe editione exemplaribus omissum neque a Politiano ex codice adnotatum est, habent apographa omnia, recte delevit Merula: videtur enim ex eo quod sequitur *age* ortum esse. *e villa* deleri voluit Ursinus, *ex illa* coniecit Gesnerus.

Age non M. Cato nuper cum lucilli accepit tutelam e piscinis eius quadraginta milibus sestertis uendidit piscis] *Lucilli* etiam codex Sangermanensis Columellae VIII 16, 5, *lucilii* codices Macrobii Saturn. III 15, 6. *luculli* apud Varronem habent libri recentiores et impressa inde a principe editione exemplaria. est autem Lucullus Lucii Luculli, qui contra Mithridatem pugnavit, filius, cuius tutelam Cato avunculus gerebat. piscinae Lucullorum laudantur a Varrone III 3, 10 et 17, 8. *quadragies sestertium* coniecit Ursinus ex Plinio IX 170 |XL| *HS piscinae a defuncto illo veniere.* cum Varronis codice consentiunt codices Macrobii

l. c., *quod M. Varro in libro de agri cultura refert M. Catonem, qui post Uticae periit, cum heres testamento Luculli esset relictus, pisces de piscina eius quadraginta milibus vendidisse.* piscinas Luculli quadringentis milibus sestertium veniisse dicit Columella l. c. *ac tamen isdem temporibus, quibus hanc memorabat Varro luxuriam, maxime laudatur severitas Catonis, qui nihilo minus et ipse tutor Luculli grandi aere sestertium milium quadringentorum piscinas pupilli sui venditabat.*

18 Ille qui simulac promiseris minerual incipiam inquit id est cenam] *Quin simulac* edita inde ab Aldina editione exemplaria. *qui* ex archetypo restitui, quamquam id ab aliis cum vi adfirmandi in initio sententiae positum non inveni. *id est cenam,* quae post *minerval* transposuit Schneiderus, inclusi.

Ego uero non recuso uel hodie ex ista pastione crebro] *Et ex ista pastione* ex Aldina editione Victorius recepit, ubi *et* ab iis qui postea editionem Victorii expresserunt omissum est. *atque ex ista pastione* Pontedera p. 447; Aldinae editionis lectionem dedit Schneiderus. *vel hodie vel ex ista pastione crebro* scripsi. promittit enim Axius se mercedem daturum esse vel eo ipso die vel postea ex fructu pastionis saepius.

Expone merula non grauate primum inquit] *Exponere, Merula, non gravare. Primum inquit* Iucundus, *expone, Merula, non gravate. Primum inquit* Victorius, qui haec adnotavit, 'Elegantior est antiqua lectio, quam restitui duobus verbis immutatis'. pravam verborum distinctionem, quae erat in editionibus, Pontedera p. 447 correxit.

III 1 *Dico* omnia apographa et ex ipso archetypo, ut videtur, Victorius, *dicam* edita ante Victorium exemplaria, quod in principe editione Politianus non correxit.

2 Ubi soliti lepores sint] *Soli lepores* Victorius var. lect. 32, 11 restituit ex Gellio II 20, 2 *verba Varronis subieci,* '*villaticae pastionis genera sunt tria — animalia quae pascuntur*'. de eadem re Varro III 12, 1 scribit *nam neque solum lepores in eo includuntur silva — sed etiam cervi aut capreae.*

Animalia quae pascantur] *Pascuntur* codices Gellii l. c. et apud Varronem codex Florentinus et Merula, *pascantur,* quod fuit in archetypo, edita inde ab Aldina editione exemplaria.

3 Harum singula genera minimum in binas species

diuidi possunt in prima parte ut sint quae terra modo sint contentae ut sunt pauones turtures turdi altera specie sunt quae non sunt contentae terra solum] *In prima parte ut sunt quae terra modo sunt contentae* Merula, *in prima parte ut sint, quae terra modo sunt contenta, ut sunt pavones turtures turdi. altera species eorum sunt, quae non sunt contenta terra solum* Iucundus, ubi *eorum* Victorius delevit, *horum singula* et deinde *altera specie sint quae non* Ursinus coniecit. *harum rerum singula* scripsi, sicut supra scriptum est *scientem esse oportet earum rerum* et postea *earum rerum cultura.* deinde addita *in* praepositione scripsi *in altera specie sunt:* nam in mutata structura verborum praepositio omitti non poterat, *harum rerum singula genera minimum in binas species dividi possunt, in prima parte ut sint quae terra modo sint contentae, ut sunt pavones turtures turdi: in altera specie sunt quae non sunt contentae terra solum.* similiter structura verborum mutata est in his quae de altero genere scripta sunt, *duas habet diversas species, unam in qua est aper caprea lepus, altera item extra villam quae sunt,* h. e. altera species item earum rerum est, quae extra villam sunt. *alteram extra villam* coniecit Ursinus.

Cocleae editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, *chocleae* Florentinus, *cochleae* alia apographa.

4 De his sex partibus ad ista tria genera artificum paranda aucupes uenatores piscatores ut ab iis emenda quae tuorum seruorum diligentia tuearis in fetura ad partus et nata nutricare saginisque in macellum ut peruiant] *Nutricari* Victorius ex archetypo adnotavit manifesto errore: nam *nutricare* Politianus et apographa. *ab his emenda — nutricare saginesque, in macellum ut perveniant* Merula. *de his sex partibus adhuc ista tria genera artificum comparanda aucupes — nutricare saginareque, in macellum ut perveniant* Iucundus, ubi *paranda* Victorius dedit, reliqua ex Aldina editione repetivit. *de his sex partibus: ad haec ista tria genera artificum paranda, aucupes venatores piscatores, aut ab his emenda, quae — nutricere saginesque* Scaliger, *ad has sex partes ista tria genera artificum comparanda, aucupes venatores piscatores, aut ab his sumenda, quae tuorum servorum diligentia tuearis in fetura ac partu et nutricatu saginisque, in macellum ut per-

veniant Ursinus. lacunam, qua scriptura archetypi corrupta erat, in hunc modum supplevi, *de his sex partibus ad ista tria genera item tria genera artificum paranda:* nam praepositione *de* universum genus villaticarum pastionum, ad quas tria genera pertinent, significatur. reliqua a Merula et Scaligero emendata sunt, *aut ab iis emenda quae — nutricere saginesque, in macellum ut perveniant.* ad tria principalia genera pastionum, quae supra dicta erant, tria genera artificum, qui animalia captent, paranda sunt aut ab iis emenda animalia, quae servi tueantur ad partus faciendos et ad pullos ex iis natos nutricandos.

Quaedam adsumenda — ut glires cochlias gallinas] *Cochlias* in archetypo scriptum fuisse Politiani testimonio constat, *choclias* codex Florentinus, *coclias* B et Caesenas. *ut glires cocleae et gallinae* Iucundus et deinde reliqui editores. *quaedam assumendum* Ursinus.

5 Tertiae piscinae dulces fieri coeptae et e fluminibus captos recipere pisces] *Recepere* ex Aldina editione receptum est.

6 Alter sublimis] *Alterum sublime* Gesnerus, ut esset alterum aviarium. immo alter gradus sublimis dicitur altera pars antiqui gradus, h. e. sublimis locus, in quo columbae habentur.

8 In secunda parti ac leporario] *Parti* apographa et ex ipso archetypo Victorius, *parte* edita ante Victorium exemplaria, quod in principe editione Politianus non correxit. *ac leporario* definitionem habet praecedentis nominis: I 21 *de indomitis quadripedibus ac pecore faciendum,* III 5, 4 *ad speciem cancellorum scenicorum ac theatri.*

Neque enim erat magnum ad septum quod nunc ut habeant multos apros ac capreas complura iugera maceriis concludunt] *Magnum id septum* Merula. praeterea *quod nunc ut habeat* scripsi: ut saeptum multos apros ac capreas habeat, complura iugera maceriis concludunt. nam inepte pronomen accusativo casu ad verbum *concludunt* refertur.

Cum emisti fundum tusculanum a M. Pisone in leporario apri fuerunt multi] Gell. II 20, 3 *is* (Varro) *item infra eodem in libro ita scribit, 'cum emisti fundum Tusculanum a M. Pisone, in leporario apri multi fuere'.* M. Pupius Piso dici-

tur infra 13, 1, M. Piso idem III 6, 2. est autem M. Pupius Piso Calpurnianus, qui consul fuit a. 693.

9 In tertia parti quis habeat piscinam] *Habeat* apographa, *habet* edita ante Victorium exemplaria, quod Politianus non correxit. *habebat* editio Victorii.

Quis contra nunc mithon non dicit] *Rhynton* editiones antiquissimae, *Rhinton* edidit Victorius, quem reliqui secuti sunt. verum nomen apud Columellam VIII 16, 4 est in libris manu scriptis, *itaque Terentius Varro 'nullus est', inquit, 'hoc saeculo nebullus ac mintho, qui non iam dicat nihil sua interesse, utrum eius modi piscibus an ranis frequens habeat vivarium'.* nam quod ibi in editis exemplaribus legitur, *nebulo ac rhinthon,* ex principe editione receptum est. *μίνθων* a *μίνθα* dictum in Philodemi libro *περὶ κακιῶν* f. 21 legitur, *καὶ βρενθύεσθαι δὲ καὶ βρενθυόμενον ὠνόμαζον καὶ ἔτι νῦν ὀνομάζουσιν, εἴτ' ἀπὸ τοῦ παραδεδομένου θυμιάματος ἢ μύρου τῶν θεῶν βρενθύος, ὡς καθ' ἡμᾶς καὶ μίνθωνας ἀπὸ τῆς μίνθης, εἴτ' ἀφ' ὁτουδήποτε, τὸν ἀπὸ τῆς εἰρημένης διαθέσεως κατεμβλέποντα πᾶσι καὶ παρεμβλέποντα καὶ τῇ κεφαλῇ κατασείοντα καὶ κατασμικρίζοντα τοὺς ἀπαντῶντας ἢ τοὺς ὧν ἄν τις μνημονεύσῃ, κἂν ὦσι τῶν μεγάλων εἶναι δοκούντων, μετὰ διασυρμοῦ καὶ μόλις που βραχείας ἀποκρίσεως, ὑπεροχὴν ἰδίαν ἐμφαινούσης, ἄλλου δ' οὐδενὸς ἄρα λόγον ἐμποιούσης.* minthae autem vel mentae varia esse genera constat, quorum notissimum fuit illud, quod propter suavitatem odoris *ἡδύοσμον* dicebatur, de quo Plinius XIX 159 scribit haec, *mentae nomen suavitas odoris apud Graecos mutavit, cum ante mintha vocaretur, unde veteres nostri nomen declinaverunt. nunc autem coepit dici ἡδύοσμον. grato menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus.* ab hoc *μίνθωνες* dici poterant qui mentae odore delectabantur. quod nomen Varro ad irrisionem hominum delicatorum et luxuriosorum convertit. ceterum quod apud Columellam additum est *nebulo,* ab ipso Columella videtur ad explicandum minus notum vocabulum adscriptum esse.

Non philippus cum ad immidium hospitem casini diuertisset et ei e tuo flumine lupum piscem formosum apposuisset] *Minidium* editiones ante Victorium, qui *Immidium* ex archetypo edidit; *Ummidium* Scaliger et Bentleius in Hor. sat.

I 1, 95 . *e vicino flumine* Iucundus ex Columella VIII 16, 3 ubi de eadem re scripta sunt haec, *lautitiae locupletium maria ipsa Neptunumque clauserunt iam tum avorum memoria, cum circumferretur Marcii Philippi velut urbanissimum, quod erat luxuriose factum atque dictum. nam is forte Casini cum apud hospitem cenaret adpositumque e vicino flumine lupum degustasset atque expuisset, inprobum factum dicto prosecutus, 'peream', inquit, 'nisi piscem putavi'.* apud Varronem *tuo flumine* defendit Victorius adpositis iis quae de eo flumine scripta sunt III 5, 9 *cum habeam sub oppido Casino flumen, quod per villam fluat.*

10 Sic nostra aetas in quam luxuriam propagavit leporarias ac piscinas protulit ad mare] *Leporarias* apographa, *leporaria* in principe editione Politianus non mutavit. *inquam* in principe editione expressum erat. *sic nostra aetas inquam, luxuria propagavit* Iucundus, *sic nostra, inquam, luxuria propagavit* Ursinus. *inquam* ita defendit Gesnerus, ut haec Varroni orationem Merulae interpellanti tribuerentur et deinde ante *quare* nomen Merulae interponeretur, parum apta, ut apparet, distributione. itaque scripsi *sic nostra aetas in quam luxuriam propagavit leporaria, hac piscinas protulit ad mare.* in quam luxuriam haec aetas leporaria propagavit, eadem usa est, cum piscinas ad mare proferret.

Quis enim propter nobilitates ignorat piscinas philippi hortensi lucullorum] *Nobilitatem* edita inde a principe editione exemplaria. restitui pluralem numerum, quem in abstractis nominibus saepius posuit Varro, I 44, 4 *praegnationes,* III 14, 4 *magnitudinibus.*

IV 1 Ego uero inquit ut aiunt post principia in castris id est ab iis temporibus quam superioribus] *Ab his temporibus* Merula, *ab his potius incipiendum temporibus* Iucundus. *a postprincipiis, id est ab his incipiendum temporibus* Ursinus. archetypi scripturam Victorius restituit, sed *potius* ex Aldina editione retinuit, *ab iis potius temporibus,* ubi *ab his* dedit Gesnerus. *ego vero, inquit, a postprincipiis, ut in castris* Scaliger, *ego vero, inquit, a postprincipiis, ut aiunt, in castris* Gronovius de principiis et postprincipiis disputans lect. Plautin. p. 303 et observat. 4, 10; *ego vero inquit, ut aiunt in castris, post principia* Nettleship annal. philol. Cantabr. a. 1877 p. 175.

post principia parum apte interpretatus est Popma 'ego, inquit, volo te esse post principia in castris, id est ab his potius temporibus quam prioribus incipere' coll. Terent. Eunuch. 781 *tu hosce instrue, ego ero post principia.* debebat potius sic, 'volo te incipere post principia', quamquam ne hoc quidem ad formam sermonis aptum esse apparet. sed verum esse *a postprincipiis* monuit Schneiderus. nam postprincipia ipse Varro dixit ea quae post principia rei fiunt vel sunt apud Gellium XVI 9, 5 *quodsi non horum omnium similia essent principia ac postprincipia* et ib. 18, 6 *voluptas autem, inquit, vel utilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit, cum perfectae absolutaeque sunt, in principiis vero ipsis ineptae et insuaves videntur;* praeterea Plautus Pers. 452 *sic ei procedunt postprincipia* et Afranius apud Ciceronem p. Sest. 55, 118 *postprincipia atque exitus vitiosae vitae.* castrensis autem vocabuli origo indicatur iis quae addita sunt, *ut aiunt in castris*: nam ita haec scribenda sunt, *ego vero, inquit, a postprincipiis, ut aiunt in castris, id est ab his temporibus quam superioribus.*

Sexaginta enim milia fircilina excande me fecerunt] *Fircellina* edita inde ab Aldina editione exemplaria, pro quo *Fircelina* scripsi. sexaginta milia sestertium ex ornithone materterae Varronis rediisse dictum erat III 2, 15. hanc igitur Fircelliam fuisse Gesnerus adnotavit.

2 *Merula duo genera sunt inquit ornithones* libri manu scripti, *Merula inquit, duo sunt ornithonis genera* editio princeps, ubi Politianus ordinem verborum correxit, sed *ornithonis* non mutavit.

V 1 Dicam de hoc ornithone quod fructus causa faciunt] *Dicam primo de ornithone* editio princeps, ubi Politianus ex archetypo *primo* delevit et *hoc* post *de* addidit, *dicam de hoc arinthone* m, *dicam primo de hoc ornithone* apographa Italorum. archetypi lectionem *dicam de hoc ornithone* Iucundus dedit. deinde *quod* pro *quem* positum, quasi aviarium dictum esset, non ornithon, Gesnerus et Schneiderus defendunt. immo neutro genere dictum est *de hoc*, h. e. de hoc genere ornithonis, *dicam de hoc, quod fructus causa faciunt.* nam *de ornithone* ad argumentum indicandum in margine videtur adscriptum fuisse.

Unde non ubi sumuntur pingues turdi] *Unde nonnulli*

sumuntur ex m ediderat Iucundus. veterem lectionem restituit et explicavit Victorius, 'iocatur in verbo *sumuntur,* quod simplicem intellectum non habet. nam *sumere* et manu capere et ore significat, id est comedere ac devorare. ostendit igitur se loqui velle de ornithone, e quo promuntur turdi, non in quo apparato convivio eduntur'.

Testudo ut peristylum tectum tegulis] *Ut peristylum* editio princeps a Politiano ex archetypo non correcta et optima apographa, *ut perystilum* codex Florentinus, *ut eperistilum* Caesenas, *ut peristylium* Beroaldus. *aut,* quod ex altero codice Politiani pro *ut* Gesnerus adscripsit, potius coniecturae tribuendum est: hoc Schneiderus recepit. testudo in modum peristyli tegulis aut rete tecti paranda est.

In qua milia aliquod turdorum ac merularum includere possint quidam cum eo adiciant praeterea aues alias quoque] *Praeterea* codex Florentinus et ex archetypo, ut videtur, Victorius. *praeter ea* Politianus in principe editione non correxit. *praeter eas* A, *praetereat* B et codex Caesenas. *quidam cum eo adiiciant praeter ea alias quoque* Merula, *quidam cum eo adiiciunt praeter eas aves alias quoque* Iucundus, ubi *praeter eas aves* deleri voluit Ursinus, *praeterea aves* dedit Victorius. restituto coniunctivo *adiciant,* pro quo *adiiciunt* ex Aldina editione in reliquas editiones propagatum erat, verba olim prava distinctione distracta in unam sententiam redegi, *includere possint, quidam cum eo adiciant praeterea aves alias quoque.* nam inepte editores a pronomine *quidam* novae enuntiationis initium fecerant. *alias* autem post nomen positum est frequenti apud Varronem usu, I 2, 21 *res aliae diversae,* 9, 5 *discrimina subtiliora alia,* II 2, 8 *virgulta alia,* III 10, 5 *frumentum aliud,* III 12, 1 *in locis aliis.*

2 *Coturnices* in principe editione Politianus non correxit, *conturnices* m, *cotornices* reliqui libri omnes, et hoc in ipso archetypo olim scriptum, postea correctum fuisse videtur.

Canales angustas] *Angusto* m, *angustas* reliqui libri omnes. feminino genere *canalis* Varro in his libris praeter hunc locum bis dixit, III 7, 8 et 11, 2, masculino numquam; item apud Servium in Verg. georg. IV 265 *Varro divinarum libro VI* '*canales eas despicit templum*' *(despescit templa* codex*), femi-*

nino genere canales dixit: contra *canaliculum,* non *canaliculam* III 5, 14.

Et ex eis caduca quae abundat per fistulam exire ne luto aves laborent] *Et ex eis caduca, quae abundat et exit per fistulam, facit ut luto aves laborent* Iucundus. archetypi lectionem Victorius restituit. *quae abundat* tamquam glossam vocis *caduca* Ursinus et Schottus observ. histor. 3, 8 deleverunt, inclusit Gesnerus. *caducam* idem Gesnerus scribendum coniecit. de caduca aqua Frontinus de aquis II 94 habet haec, *ne quis privatus aliam aquam ducat, quam quae ex lacu humum accidit (haec enim sunt verba legis), id est quae ex lacu abundavit: eam nos caducam vocamus;* ib. 110 *impetrantur autem et eae aquae quae caducae vocantur, id est quae aut ex castellis aut ex manationibus fistularum abundant.* ex quibus apud Varronem dilucida fit verborum coniunctio, in qua interpretes haeserunt: aquam, quae caduca ex canalibus abundat, h. e. quae caduca fit, dum abundat ex canalibus, per fistulam exire oportet. deinde *cocliam* habent libri manu scripti, *cochliam* in principe editione Politianus non correxit.

3 Ne qua intrare mus] *Ne aqua* editio Victorii manifesto errore, qui tamen ab editoribus, qui illam expresserunt, repetitus est.

4 Multos esse palos ubi aues adsidere possint praeterea e perticis inclinatis ex humo ad parietem et in eis trauersis gradatim modicis interuallis perticis adnexis ad speciem cancellorum scenicorum ac theatri] *Praeterea et perticas inclinatas ex humo ad parietem et in eis transversas alias gradatim modicis intervallis annexas* Iucundus archetypi lectionem Victorius restituit, ubi Gesnerus *ad* ante speciem inclusit, ut intellegeretur 'oportet esse speciem'. *praeterea et perticas inclinatas ex humo ad parietem et in eis transversas gradatim modicis intervallis perticas annexas* Schneiderus. *ac theatri* idem inclusit ex coniectura Ursini. deleta praepositione *e* scripsi *praeterea perticis inclinatis* sqq. nam ablativi, quibus apparatus describitur perticarum, quae in aedificio instruendo ad palos adduntur, *perticis inclinatis* et deinde *perticis adnexis,* offensionem habere non debebant. praeter palos, in quibus aves adsidere possint, perticae ex humo in parietes inclinantur.

et in his traversae adnectuntur perticae, ut species efficiatur cancellorum, qui sunt in theatro.

Antequam tollere uult turdos largius dat cibum quod plus ponit et farre subtiliore incipit alere] *Antequam tollere velis turdos, largius dat cibumque plus ponit* Merula, *antequam quis tollere velit turdos, largius dat cibum et aquae plus ponit* Iucundus. recte Victorius lectionem archetypi restituit, in qua Gesnerus *quis tollere vult,* Schneiderus praeterea *cibumque plus ponit* dederunt, non intellecto nimirum usu sermonis Varroniani. nam et tertia verbi persona non addito pronomine recte dicitur, et *quod* coniunctio in iis quae ad rem accuratius definiendam adduntur ponitur. largius enim cibus datur, cum et plus ponitur et far subtilius. II 2, 14 *deterrent ab saliendo — quod alligant,* III 15, 2 *quae figuli faciunt multo aliter atque alia, quod in lateribus eorum semitas faciunt.*

In hoc tecto cauiis quae cauiis tabulata habeant aliquod adportat subplementum contra hic auiarium quae mortuae ibi sunt aues ut domino numerum reddat solet ibidem seruari] *In hoc tecto cavus quae tabulata habeat aliquod ad porticae supplementum. contra hoc aviarium* sqq. Merula. corrupta in libris manu scriptis et editis verba Iucundus ita correxit et supplevit, *in hoc tecto caveaque tabulata habeant aliquot ad perticae supplementum. contra hoc aviarium est aliud minus, in quo quae mortuae ibi sunt aves, ut domino numerum reddat, curator servare solet.* priorem partem Scaliger ad veterem lectionem a Victorio adnotatam hoc modo revocavit, *in hoc tecto caviisque avis tabulata habeant aliquot. ad portae sublimentum. contra hoc aviarium est aliud minus.* in quibus *sublimentum* pro sublimine dictum superius limen significare, *tabulata* autem in limine cavi affixa, in quibus aves vel exeuntes ex cavo vel antequam id ipsum subeant insidere soleant, dici voluit. Schneiderus, quoniam Columella VIII 3, 3 in gallinariis tabulatorum mentionem faceret, apud Varronem haec ex descriptione gallinarii huc delata et ibi III 9, 7 post *cubilia earum* transponenda ibique sic scribenda coniecit, *in hoc tecto caveisque tabulata habeant aliquot ad perticae* (vel *perticarum*) *supplementum.* sententiam, quam ratio descriptionis postulare videbatur, in hunc modum restitui, *in hoc tecto caveas, quae tabulata habeant aliquot ad*

perticarum supplementum, h. e. in eo tecto caveas esse oportet cum tabulatis, quae pro supplemento perticarum sint et locum sedendi avibus praebeant. deinde lacunam indicavi, *contra hoc aviarium * quae mortuae ibi sunt aves — solet servare.* nam de alio aviario, quod ex contraria parte faciendum est, haec dici apparet.

6 Turdi qui cum sunt nomine mares re uera feminae quoque sunt neque id non secutum ut esset in merulis quae nomine feminino mares quoque sint] *Qui cum sint* et deinde *quae nomine quoque feminino mares tamen sunt* m. *qui cum sint — mares quoque sunt* scripsi. nam ut in prioribus coniunctivum *cum sint* ratio sermonis postulat, ita postea indicativum *mares quoque sunt,* sicut olim Iucundus ediderat, concinnitas commendat. de turdis et merulis idem docet Varro de ling. lat. IX 55 *dici corvum turdum, non dici corvam turdam, contra dici pantheram merulam, non dici pantherum merulum.*

7 Aequinoctium autumnale] Charis. p. 118, 25 *Autumnal Varro, aequinoctium autumnal, quod idem Plinius eodem libro VI notat.*

8 *Coieceris* libri manu scripti omnes, non *conieceris,* quod in principe editione Politianus non correxit.

Sexaginta milia quae uis statim in fenus des licebit multum dic illut alterum genus ornithonis] *Des licebit* . *tum mihi, tu dic illud alterum genus ornithonis* Iucundus, ubi *mihi tunc dic* 'ex vetere codice' Ursinus, *mihi tum dic* Pontedera p. 449 coniecit. archetypi scripturam a Victorio adnotatam ita interpretatus est Scaliger, '*in foenus des licebit multum. dic illud alterum genus,* hoc est in foenus multum des licebit'. sexaginta milia sestertium ex ornithone Fircelliae rediisse et Axii cupiditatem ad hoc genus pastionis excitavisse dictum erat supra 2, 15 et 4, 1. sequitur disputatio de altero genere ornithonis, quod delectationis causa paratur, quale Varronem habere dictum est supra 4, 2. sed in hac parte quoniam ipse Varro sermonem suscepit, postquam de priore genere Merula dixit, illius appellationem omitti non potuisse Iucundus intellexit. nam non expresso nomine Varroni huius generis describendi munus attribui, sicut Scaligero visum est, intellegi nequit. itaque scripsi *in fenus des licebit multum. tum mihi, tu dic illut alterum genus,* ubi *multum* adverbii loco positum est, h. e. magnopere licebit.

Ornithotrophion M. leni strabonis] Plin. X 141 *aviaria primus instituit inclusis omnium generum avibus M. Laenius Strabo Brundisi equestris ordinis.*

Sed etiam in tusculano magno aedificio luculli] *Sed etiam Thusculanum magnum aedificium Luculli* Iucundus. lectionem archetypi Victorius restituit, quem deinde reliqui editores secuti sunt. scripsi *in Tusculano magna aedificia.* nam magna aedificia Luculli, quae sunt in agro Tusculano, Varronis ornithon vicisse dicitur.

9 Derectum ab insula ad musaeum quae est animo fluuio ubi confluet altera amnis ad summum flumen ubi est musaeum circum huius ripas ambulatio sub dio pedes lata denos ab hac ambulatio est in agrum uersus ornithonis locus] *Alter amnis* m. *a Vinio fluvio, ubi confluit alter amnis* Iucundus. *ab hac ambulatione in agrum* edita inde a principe editione exemplaria. *ab imo fluvio* Turnebus et Scaliger. *ad museum* delevit Ursinus. *in imo fluvio* scripsi, *ad museum* et deinde posteriore loco *ambulatio,* quae olim in margine videntur adscripta fuisse, delevi, *derectum ab insula, quae est in imo fluvio, ubi confluit altera amnis, — ab hac est in agrum* sqq. per villam fluit flumen, ita ut ex altera parte villae in alteram pontibus transeatur. in huius ima parte est insula, ad summum flumen museum; longitudo fluminis ab insula usque ad summum flumen, ubi est museum, pedum nongentorum quinquaginta est. ibi circum ripas fluminis ambulatio est; ab hac in agrum versus locus ornithonis situs est.

10 Inter quos locus qui est ornithonis patet in latitudinem pedes XLVIII deformatus ad tabulae litterariae speciem cum capitulo forma quae est quadrata patet in latitudinem pedes XLVIII in longitudinem pedes LXXII qua ad capitulum rutundum est pedes XXVII] *Inter quas* Merula. *inter quas — forma, quae est quadrata. patet in longitudinem pedes LXXII, qua ad capitulum rotundus est ped. XXVII* Iucundus, ubi *forma qua est* Gesnerus edidit. *inter quas locus, qui est ornithonis, deformatus ad tabulae litterariae speciem cum capitulo, qua est quadratus, patet in longitudinem p. LXXIII, in latitudinem p. XLVII, qua rotundus est p. XXVIII* Ursinus, *inter quas locus, qui est ornithonis, deformatus ad*

tabulae literariae speciem cum capitulo, forma qua est quadrata, patet in latitudinem p. XLVIII, in longitudinem p. LXXII; qua ad capitulum rotundus est, p. XXVII Schneiderus. verba quae in archetypo bis scripta erant, *patet in latitudinem pedes XLVIII*, priore loco potius quam posteriore delenda esse Ursinus et Schneiderus intellexerunt. praeterea *quaad capitulum rutundum est* ex archetypo restitui; reliqua recte dederat Schneiderus. nam locus ornithonis, qui est inter macerias ad speciem tabulae litterariae formatus, duas habet partes, alteram quadratam vel oblongam, alteram rotundam. in priore parte, ubi forma quadrata est, quantum in latitudinem et in longitudinem locus pateat indicatur; in posteriore, quaad rotundum capitulum est, simplici numero spatium definitur.

11 Ad haec ita ut in margine quasi infimo tabulae descripta sit ambulatio ab ornithone plumula in qua media sunt cauiae qua introitus itur in aream est] *Qua introitus in aream est* Merula, *qua iter in aream est* ex Aldina editione Victorius, *qua introrsus iter in aream est* 'ex Ryckiano codice' Gesnerus edidit. vera esse haec sola, quae in antiquissimis editionibus expressa erant, *qua introitus in aream est*, monuit Scaliger. de Ryckiano autem codice, h. e. Parisino, quem a Ryckio collatum Schoettgenus et Gesnerus habuerunt, illi erraverunt. in v. *plumula* frustra laboraverunt Turnebus advers. 21, 23, Scaliger, Pithoeus advers. subseciv. 1, 12, Gesnerus, cum in corrupto vocabulo notas numeri, quo mensura ambulationis indicaretur, latere putarent. videtur potius species quaedam aedificii, quod ad ornithonem adiectum erat, significari. nam ad ea quae de loco ornithonis supra scripta sunt duae res accedunt, ambulatio quasi in infimo tabulae margine descripta et a parte ornithonis adstructus locus, in quo medio sunt caveae avium, a quibus introitus in aream patet. sed ea pars cur *plumula* dicatur vel quo nomine appellata fuerit, nescimus.

Porticus sunt primoribus columnis lapideis pro mediis artibusculis humilibus ordinatae] *Intermediis arbusculis* Iucundus et deinde reliqui editores. *pro mediis* ex archetypo restitui, h. e. pro mediis columnis. nam porticus in prima parte columnas lapideas habent, in media parte, quae est inter primores columnas et maceriem, humilibus arboribus pro columnis

Ornithotrophion M. leni strabonis] Plin. X 141 *aviaria primus instituit inclusis omnium generum avibus M. Laenius Strabo Brundisi equestris ordinis.*

Sed etiam in tusculano magno aedificio luculli] *Sed etiam Thusculanum magnum aedificium Luculli* Iucundus. lectionem archetypi Victorius restituit, quem deinde reliqui editores secuti sunt. scripsi *in Tusculano magna aedificia.* nam magna aedificia Luculli, quae sunt in agro Tusculano, Varronis ornithon vicisse dicitur.

9 Derectum ab insula ad musaeum quae est animo fluuio ubi confluet altera amnis ad summum flumen ubi est musaeum circum huius ripas ambulatio sub dio pedes lata denos ab hac ambulatio est in agrum uersus ornithonis locus] *Alter amnis* m. *a Vinio fluvio, ubi confluit alter amnis* Iucundus. *ab hac ambulatione in agrum* edita inde a principe editione exemplaria. *ab imo fluvio* Turnebus et Scaliger. *ad museum* delevit Ursinus. *in imo fluvio* scripsi, *ad museum* et deinde posteriore loco *ambulatio,* quae olim in margine videntur adscripta fuisse, delevi, *derectum ab insula, quae est in imo fluvio, ubi confluit altera amnis, — ab hac est in agrum* sqq. per villam fluit flumen, ita ut ex altera parte villae in alteram pontibus transeatur. in huius ima parte est insula, ad summum flumen museum; longitudo fluminis ab insula usque ad summum flumen, ubi est museum, pedum nongentorum quinquaginta est. ibi circum ripas fluminis ambulatio est; ab hac in agrum versus locus ornithonis situs est.

10 Inter quos locus qui est ornithonis patet in latitudinem pedes XLVIII deformatus ad tabulae litterariae speciem cum capitulo forma quae est quadrata patet in latitudinem pedes XLVIII in longitudinem pedes LXXII qua ad capitulum rutundum est pedes XXVII] *Inter quas* Merula. *inter quas — forma, quae est quadrata. patet in longitudinem pedes LXXII, qua ad capitulum rotundus est ped. XXVII* Iucundus, ubi *forma qua est* Gesnerus edidit. *inter quas locus, qui est ornithonis, deformatus ad tabulae litterariae speciem cum capitulo, qua est quadratus, patet in longitudinem p. LXXIII, in latitudinem p. XLVII, qua rotundus est p. XXVIII* Ursinus, *inter quas locus, qui est ornithonis, deformatus ad*

tabulae literariae speciem cum capitulo, forma qua est quadrata, patet in latitudinem p. XLVIII, in longitudinem p. LXXII; qua ad capitulum rotundus est, p. XXVII Schneiderus. verba quae in archetypo bis scripta erant, *patet in latitudinem pedes XLVIII,* priore loco potius quam posteriore delenda esse Ursinus et Schneiderus intellexerunt. praeterea *quaad capitulum rutundum est* ex archetypo restitui; reliqua recte dederat Schneiderus. nam locus ornithonis, qui est inter macerias ad speciem tabulae litterariae formatus, duas habet partes, alteram quadratam vel oblongam, alteram rotundam. in priore parte, ubi forma quadrata est, quantum in latitudinem et in longitudinem locus pateat indicatur; in posteriore, quaad rotundum capitulum est, simplici numero spatium definitur.

11 Ad haec ita ut in margine quasi infimo tabulae descripta sit ambulatio ab ornithone plumula in qua media sunt cauiae qua introitus itur in aream est] *Qua introitus in aream est* Merula, *qua iter in aream est* ex Aldina editione Victorius, *qua introrsus iter in aream est* 'ex Ryckiano codice' Gesnerus edidit. vera esse haec sola, quae in antiquissimis editionibus expressa erant, *qua introitus in aream est,* monuit Scaliger. de Ryckiano autem codice, h. e. Parisino, quem a Ryckio collatum Schoettgenus et Gesnerus habuerunt, illi erraverunt. in v. *plumula* frustra laboraverunt Turnebus advers. 21, 23, Scaliger, Pithoeus advers. subseciv. 1, 12, Gesnerus, cum in corrupto vocabulo notas numeri, quo mensura ambulationis indicaretur, latere putarent. videtur potius species quaedam aedificii, quod ad ornithonem adiectum erat, significari. nam ad ea quae de loco ornithonis supra scripta sunt duae res accedunt, ambulatio quasi in infimo tabulae margine descripta et a parte ornithonis adstructus locus, in quo medio sunt caveae avium, a quibus introitus in aream patet. sed ea pars cur *plumula* dicatur vel quo nomine appellata fuerit, nescimus.

Porticus sunt primoribus columnis lapideis pro mediis artibusculis humilibus ordinatae] *Intermediis arbusculis* Iucundus et deinde reliqui editores. *pro mediis* ex archetypo restitui, h. e. pro mediis columnis. nam porticus in prima parte columnas lapideas habent, in media parte, quae est inter primores columnas et maceriem, humilibus arboribus pro columnis

ordinatae sunt. super has a summa macerie ad epistylum columnarum et inter ipsas columnas est retis cannabina.

Cannabina plurima apographa et Victorius, *canabina* editiones ante Victorium, quod Politianus non correxit, et codex Caesenas.

Auibus omnigenus et deinde 14 *aues sunt omnigenus* fuit in archetypo, sed I 29, 1 *seminaria omne genus* et III 6, 3 *omne genus obiecto frumento.*

Cibus ministratur apographa et ex ipso archetypo Victorius, *cibus administratur* m et editiones ante Victorium, quod Politianus non correxit.

12 Secundum stylobatis interiorem partem dextra et sinistra ad summam aream quadratam e medio diuersae duae non latae oblongae sunt piscinae] *Non latae sed oblongae* impressa inde a principe editione exemplaria. *secundum stylobatas interiore parte* et deinde *e media* Ursinus. interiorem stylobatis partem dici eam quae aream interiorem, non quae maceriam exteriorem, respicit, diversas piscinas autem, quae per semitam inter utramque procurrentem divisae sunt, Gesnerus adnotavit. *e medio* est ex media regione areae: I 51, 1 *e medio ad extremum.*

Extra eas columnas est silua manu sata grandibus arboribus tecta ut infima perluceat tota septa maceriis altis] *Tecta* ab hoc loco alienum est. nam extra columnas silva est manu sata arboribus grandibus, ita ut in infima parte perluceat, quae tota altis maceriis saepta est. sed ea qua ratione arboribus tecta dicatur, non intellegitur. quare delevi vocabulum, quod ex prava scriptura eius quod sequitur *tota* huc videtur inlatum esse.

13 Inter columnas exteriores pro pariete reticuli eueruis sunt ut perspici in silua possit et quae ibi sunt neque auis ea transire] *Perspici* et deinde *quae ibi* libri manu scripti omnes. errori Politiani videtur tribuendum esse, quod in principe editione *prospici* non correxit et *qui* pro *quae* e codice adnotavit. *reticuli e nervis* edita inde a principe editione exemplaria. *perspici in silvam* Turnebus advers. 21, 23. *eas transire* ex secunda editione Victorii receptum erat, *ea transire* Schneiderus restituit. reticulos e nervis Kellerus annal philol.

a. 1886 p. 697 interpretatus est reticulos e filis ferreis factos, quamquam hoc genus retium neque a Varrone neque ab aliis commemoratum invenio. quare haud scio an potius scribendum sit *reticuli tenuis.* deinde scripsi *ut prospici in silvam possit et quae ibi sunt videri neque avis ea transire.* nam *quae ibi sunt* non addito verbo dici non poterat. reticuli pro pariete sunt, ut prospectus in silvam pateat et quae ibi sunt aves videri ab iis quae in ornithone inclusae sunt possint, neque tamen avis ea parte transire possit.

Intra interiores columnas — inter has exteriores] *Inter has et exteriores* Iucundus, *inter interiores columnas — intra has et exteriores* Turnebus, *inter* utroque loco Schneiderus.

14 *Per canaliculum* libri manu scripti et impressi ante Victorium, *per canaliculam* editio Victorii, quod deinde ad reliquas editiones propagatum erat.

Subter columnarum stylobaten est lapis a falere pedem et dodrantem alta] *Subter* libri manu scripti et Politianus, *subtus* editio princeps, quod Gesnerus Politiano tribuit. *altus* Iucundus, *alta* Victorius ex archetypo restituit. *lapis* feminino genere dictum ab Ennio Nonius p. 211, 9 notavit. *falere* in partibus aedificiorum ab aliis dictum non invenio neque apte explicatum ab interpretibus video. Turnebus crepidinem lapideam stagnum ambientem *phalerum* dici putavit nomine a candore lapidis imposito, quoniam *φάλερον* apud Graecos esset candidum. Scaliger pilam vel molem stagno oppositam, quae totum peristyli onus sustineret, esse voluit; faleria autem dicta esse quasi haleria, quae mari opponerentur. reliqua quae ab editoribus et ab iis qui de ornithone Varronis separatim scripserunt disputata et pictis tabulis illustrata sunt non repetam. nam in eo ab illis erratum est, quod apparatum convivii in ornithone instituti a Varrone describi putaverunt, quamquam id ipsum in Luculli ornithone supra 4, 3 improbaverat, neque certa epularum significatio in ipsis verbis inest. sed convivae dicuntur aves, ad quarum pabulationem quae instituta sunt describuntur. itaque si Varronem sequimur, falere est semita circum stagnum facta et culcitis atque columellis, in quibus aves adsidant, instar falerarum ornata. ab hoc ad stylobaten columnarum est lapis pedem et dodrantem altus, ipsum falere duorum pedum altitudinem a stagno habet; infimo

loco intra faleris spatium inclusum est stagnum cum margine et insula, ex qua machina quadam omnia quae ad edendum et ad bibendum parata sunt ad sedilia avium admoventur. denique in ea parte faleris, quae ad stagnum spectat, quod suggestum faleris postea dicitur, et in ipso margine stagni (nam haec sunt navalia) circum excavata sunt stabula anatium.

Ad duo pedes altum] *Duos* praeter principem editionem a Politiano non correctam habent m et codex Caesenas, sed *duo* reliqua apographa et deinde sine librorum discrepantia *duo pedes et semipedem.* item *duo* fuit in archetypo I 18, 5. II 5, 12. 7, 2. 9, 16. III 1, 9. 16, 10; 27. *duos* in omnibus libris scriptum est ter, I 10, 1 *duos actus,* I 29, 3 *duos sulcos,* II 11, 4 *duos congios.*

Circum falere et naualia sunt excauata anatium stabula] *Et natatilia* Iucundus, *uti navalia* Ursinus, *et navalia* ex suis libris restituit Victorius. ipsa ripa stagni vel margo pedalis, qui modo dictus erat, propter excavata illo loco in circuitu stabula anatium iocose dicitur navalia.

15 Ita ut ad extremum ubi orbile solet esse acuitum tabula cauata sit ut tympanum] *Acutum* edita inde a principe editione exemplaria, quod pravo modo interpretatus est Turnebus, 'est autem orbile rotunditas ipsius orbis, qui acutior in fine est'. non minus perverse Scaliger coniecit *ita ut ad extremum, ubi orbile solet esse, acetabula cavata sit,* hac addita interpretatione, 'columella loco cardinis, qui convenit in cavum modii, habet acetabulum, in quod potius ipse rotae modius convenit': nam acetabulam pro acetabulo dici voluit. *ita ut ad extremum, ubi orbile solet esse, arcus cum tabula cavata si* Schefferus de re vehiculari I 4 p. 49. *arcuatum* scripsi, quod Gesnerus coniecit. sed rectius erat scribere *arcuata tabula cavata.* nam in columella est rota radiata, quae avibus vicem mensae praebet. in eius parte extrema, ubi in rotis orbile esse solet, radiis adfixa est arcuata tabula, quae cavata est ad speciem tympani. ea rota a puero circum axem ita vertitur, ut ea quae in tabula cavata ad edendum et ad bibendum posita sunt ad omnes aves admoveantur.

16 Ubi solent esse peripatasmata] *Peripatasmata* omnia apographa, et hoc videtur in archetypo scriptum fuisse, deinde

correctum *peripetasmata*, quod in lectione principis editionis *peristetasmata* Politianus dedit. ceterum quae de usu peripetasmatum apud Varronem de ling. lat. V 168 scripta sunt, *graeca sunt peristromata et peripetasmata, sic alia quae item convivii causa ibi multa,* interpretes in errorem induxerunt, ut apparatum convivalem hoc loco describi putarent, quamquam ipsa verba huic interpretationi repugnare apparet. dicuntur enim tegumenta vel aulaea, quibus suggestum faleris exornari solebat. *tegeticulae cannabinae* dicuntur III 8, 2.

Peruenit omnia apographa habent, *prouenit* in principe editione Politianus non mutavit. deinde *commeant* edita inde a principe editione exemplaria. *commetant* ex archetypo restitui.

Epitoniis uersis ad unumquemque factum sit ut fluat conuiuam] *Epistomiis — factum sic ut fluat convivam* Merula, *factum sic ut fluat in convivam* Iucundus. *epitoniis,* sicut in apographis scriptum est, non *epistoniis,* ut Gesnerus indicat, Politianus ex archetypo adnotavit; item Victorius, qui haec adnotavit, 'antea in excusis *Epistomiis:* veriorem esse *Epitoniis* lectionem putavi. nam ita in cunctis manu scriptis inveni'. *epitonia* habent etiam codices Vitruvii IX 9, 11 et X 13, 3; 5, ubi vulgo *epistomia* ex coniectura Iucundi legitur; item Senecae epistul. 86, 5 et in digestorum l. XIX t. 1 l. 17. ab his omnibus epitonia dicuntur foramina et instrumenta quaedam, quibus intenta vi machinarum aqua effunditur, non instrumenta quibus chordae funesque intenduntur, ut Victorius interpretatur.

17 In horologio quod fecit cyprestes] *Cyrrhestes* Turnebus. *in octogono, quod fecit Andronicus Cyrrhestes* Ursinus ex Vitruvio I 6, 4, qui de ventis scribit haec, *sed qui diligentius perquisierunt, tradiderunt eos esse octo, maxime quidem Andronicus Cyrrestes, qui etiam exemplum collocavit Athenis turrim marmoream octagonon et in singulis lateribus octagoni singulorum ventorum imagines excalptas contra suos cuiusque flatus designavit.* Andronici nomen apud Varronem excidisse adnotavit Schneiderus.

18 Nos athietae comitiorum ima cum id fieri non miraremur] *Athletae* ex II 1, 2 *pecuariae athletae* restitutum est. *ima,* quod ex prava litterarum repetitione videtur ortum esse, delevi: *una* ex principe editione receptum erat. deinde

suffragaturum libri manu scripti omnes, *suffragatorum* Politianus in principe editione non correxit.

VI 1 De pauone inquit libere dicas] *De pavonibus* m et rubrica Florentini codicis. verum hoc esse vidit Ursinus.

Qui secus siquit diceres de iis gentilitatis causa fortasse ante cum duceret serram] *Fortasse* libri manu scripti omnes, non *fortassis,* quod in principe editione Politianus non correxit. *qui secus si quid diceret — fortasse ante eum duceret serram* Iucundus. *si quid diceres* Ursinus restituit. *fortasse an tecum duceret serram* Ursinus et Scaliger. *sertam* tamen perperam praeferebat Scaliger restim vel funiculum interpretatus. *fortasse an* Varro dixit III 16, 10 et in libris de lingua latina ter, V 34. VII 40. VIII 7; *forsitan* in rerum rusticarum libris numquam, de ling. lat. bis, VI 14 et IX 60, ubi L. Spengelius *fortasse an* scribi voluit, *forsitan* Reiterus quaest. Varron. gramm. p. 105 defendit. serram ducere, h. e. altercari, post Cuiacium observ. 9, 8 explicavit Gronovius observ. 4, 5 adscripto exemplo Varronis apud Nonium p. 25, 1 *Varro Mysteriis* '*aes defraudasse coponem, obbam luto oblevisse, cum portitore serram duxe*'.

Ex iis M. aufidius lyrcho supra sexagena milia nummum in anno dicitur capere] *Ex his M. Aufidius Lurco H. S. sexagena millia nummum* Iucundus. *supra sexagena* Angelius restituit. *sestertium sexagena millia nummum* Schneiderus coll. Plin. X 45 *pavonem cibi gratia Romae primus occidit orator Hortensius aditiali cena sacerdotii. saginare primus instituit circa novissimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco exque eo quaestu reditus sestertium sexagena milia habuit.*

2 Pascendi greges agrestes transmarini esse dicuntur in insulis sami in luco iunonis item in planasia in insulam pisonis] *In insula Pisonis* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas, *in insulam pisonis* reliqua apographa. *pavonum greges agrestes transmarini — item in Planasia insula M. Pisonis* Iucundus. *in Planasia in silva M. Pisonis* Ursinus. archetypi lectionem *pascendi* restitui et pravam verborum distinctionem, quae fuit in editionibus, correxi, *pascendi greges agrestes. transmarini esse dicuntur in insulis, Sami in luco Iunonis, item in Planasia insula M. Pisonis.* pascendi sunt ad villam agrestes greges pavonum, transmarini habentur in insulis:

Columell. VIII 11, 1 *itaque hoc genus alitum nemorosis et parvis insulis, quales obiacent Italiae, facillime continetur.*

Ad admissuram haec minores bimae non idoneae nec iam maiores natu] *Haec* ex archetypo Politianus adnotavit, non *hac*, ut apud Gesnerum legitur. item III 9, 18 *haec novissimae*, 16, 6 *haec ut hominum civitates*, 16, 17 de alvis *haec commoventur*, ubi *hic commoventur* in codice fuit. *trimae* Ursinus, quod probavit Schneiderus. nam haec aetas ab aliis tribuitur pavonibus, Aristot. hist. anim. VI 9, 47 *ὁ δὲ ταὼς ζῇ μὲν περὶ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη, γεννᾷ δὲ τριέτης μάλιστα*, Colum. VIII 11, 5 *hoc genus avium, cum trimatum explevit, optime progenerat, siquidem tenerior aetas aut sterilis aut parum fecunda est*, Plin. X 161 *pavo a trimatu parit, primo anno unum aut alterum ovum, sequenti quaterna quinave, ceteris duodena, non amplius, intermittens binos dies ternosve parit*, geopon. XIV 18, 3 *τριετεῖς δὲ αἱ θήλειαι γενόμεναι τίκτουσιν, αἱ δὲ νεώτεραι ἢ οὐκ ἐκβάλλουσιν ἢ οὐκ ἐκτρέφουσι τὰ νεόττια.*

3 Ita ut in fetura det uberius antequam salire incipiant has a procuratore ternos pullos exigit] *Hos* Merula. *detur uberius et ante quam salire incipiant. is a procuratore ternos pullos exigit* Iucundus. *det uberius et antequam* Victorius. maribus ante admissuram largiorem cibum dari in secundo libro de pecudibus dictum est saepius, 2, 13. 5, 12. 8, 4. idem in pavonibus facit Seius, *ut in fetura det uberius, antequam salire incipiant.* nam ad feturam etiam admissura et ea quae admittendi causa parantur pertinent. deinde scripsi *in has a procuratore ternos pullos exigit,* quod accuratius dictum est postea § 6 *si in singulos ternos exigeret pullos.*

Ut nulla ouis hunc adsequatur fructum] *Nulla avis* scripsi. ex iis avibus quae in aviariis aluntur nulla similem fructum fert atque pavo. nam comparationem cum ovibus, quae facta erat III 2, 11, hoc loco ineptam esse apparet.

4 Oua emit ac supponit gallinis ex quibus ex iis excusos pullos refert intestabilem eam in qua pauones habet] *Ex quibus ex his pullos excussos refert. in tectum id in quo pavones habet* Merula, ubi *excussos pullos refert in id tectum* Iucundus, *ex his* delendum et ex 'vetustis codicibus' *in testudinem eam in qua* scribendum Ursinus adnotavit. archetypi

lectionem Victorius restituit. *in testudinem*, quod ex codice m Politianus adnotaverat, Gesnerus recepit. *a quibus* coniecit idem, ut intellegeretur 'a gallinis ex ovis excusos'. rectius Ursinus demonstrativum pronomen post relativum vitiose additum delevit, *ex quibus excusos pullos refert in testudinem.* simile vitium in archetypo fuit I 12, 3. *testudo* de ornithone dicitur III 5, 1 et 7, 3; *excudere* de ovis vel pullis III 9, 2; 10; 13. 10, 3; 4 et apud Columellam in octavo libro saepe, ubi *excludere* et *exclusus* dederunt editores, *excudere* et *excusus* habet Sangermanensis codex praeter pauca, quae in illo quoque vitiose scripta sunt.

Tectorio leuata] III 11, 3 *omnes parietes tectorio leviganiur.*

5 Pastorem earum cum uatillo circumire oportet] *Earum* omnia apographa, *eorum* in principe editione Politianus non correxit. *batillo* ex Aldina editione olim receptum erat. *vatillo* ex archetypo restitui, quam nominis formam post disputationes Ritschelii opusc. v. III p. 793 et Loewii gloss. nom. p. 178 Buechelerus in Umbricis p. 63 et Nettleship annal. philol. Cantabrig. a. 1883 p. 202 confirmaverunt.

6 Primus hos Q. hortensius augurali aditiali cena posuisse dicitur] *Aditiali* optima apographa AB et codex Florentinus, *adiciali* m et Caesenas, *adiiciali* editio princeps, ubi *i* litteram ante *c* Politianus delevit: omissum est in editione Aldina et in libris Macrobii Saturn. III 13, 1. *adiiciali* ex Iuntina editione Victorius retinuit, *aditiali* ex Plinio X 45 restituit Schneiderus. Plinii verba adscripta sunt supra, Macrobii l. c. sunt haec, *accipite et M. Varronis verba de agri cultura libro tertio, qui cum de pavonibus in villa nutriendis loqueretur, sic ait, 'Primus hos Q. Hortensius augurali cena posuisse dicitur, quod potius factum tum luxuriose quam severe* (l. *luxuriosi quam severi*) *boni viri laudabant. quem cito secuti multi extulerunt eorum pretia, ut ova eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinquagenis'*. apud Varronem *augur* pro *augurali* scribendum coniecit Victorius.

Quod potius factum tum luxuriosi quam seueri boni uiri laudabant] *Tam luxuriosi* Merula. *quod protinus factum tam luxuriosi* sqq. Iucundus, quod ex Aldina editione Victorius

recepit, quamquam in Iuntina vetus lectio ex codicibus restituta erat. Hortensii factum tum, cum illud primum ab eo institutum est, luxuriosi potius quam severi boni viri probabant.

Grex centenarius facile quadragena milia sestertia ut reddat ut quidem abuccius aiebat si in singulos ternos exigeret pullos perfici sexagena posse] *Albutius* edita inde a principe editione exemplaria. *grex centenarius facile XX millia sestertium ut reddat, ut quidem Albutius aiebat: ac si ut Seius ternos exigeret pullos, perfici sexagena possent* Ursinus. *at si quis in singulos ternos exigeret pullos* Schneiderus coniecit. de numero Ursinum erravisse manifestum est, quoniam non greges, sed pulli qui nascuntur veneunt. ii autem bini vel terni numerantur. neque neglegentior verborum compositio iustam offensionem habet. nam cum accuratius haec ita fere efferenda essent, 'ut grex centenarius quadragena milia reddat atque adeo, ut quidem Abuccius aiebat, perfici sexagena possint', cum superioribus ea quae sequuntur ita copulata sunt, ut pro finito verbo infinitivus *posse* a verbo *aiebat* pendens poneretur et haec ipsa ad confirmanda ea quae de fructu gregis scripta erant adderentur. nolenti Varroni hanc structuram accidisse adnotavit Bernhardy paralip. syntax. graec. p. 16. similis neglegentia est II 10, 8 *ut te audii dicere — te vidisse matres familias.*

VII 1 Apparitor appi] *Apii* m et editio princeps, ubi alterum *i* Politianus delevit, sed *appi* habent apographa. deinde *Merula Axio si unquam peristerotrophion constituisses* ex editione Victorii recepi.

2 Alterum genus illud columbarum est clementius] *Alterum genus illud* omnia apographa et ex ipso archetypo Victorius. *illud* in editionibus ante Victorium omissum neque a Politiano e codice adnotatum est. inclusi pronomen, quod ex iis quae de agrestibus columbis scripta sunt *illut alterum agreste* huc videtur translatum esse. nam de hoc domestico genere columbarum, quod clementius est quam agreste, antea dictum non erat.

3 Camara tectus] *Camara* hoc loco fuit in archetypo. postea *camarae* habet editio princeps a Politiano non correcta, *camerae* apographa et deinde *cameram* omnes, sed III 8, 1 *camaras* et *camaram.* et hanc solam formam Varro probavisse videtur,

sicut Verrius Flaccus apud Charisium p. 58, 23. *camera* et *camerae* ex Aldina editione receptum erat.

4 Ordines quam plurimi possunt] *Quam plurimi esse possunt* Victorii editio secunda et deinde reliquae. in manu scriptis libris et prioribus editionibus *esse* non legitur.

Columbaria singula esse oportet ut os habeat quo modo introire et exire possit intus ternarum palmarum ex omnibus partibus] *Habeant* et *possint* m. *ut os habeant quo introire et exire possint* Merula. *ternorum palmorum* Iucundus. *ut os habeat quo introire et exire possit. intus ternorum palmorum* Victorius. *columbaria singula esse oportet intus ternorum palmorum ex omnibus partibus, et ut os habeant, quo introire et exire possint* Schneiderus coniecit. restitui lectionem archetypi. nam mensura columbariorum constituitur haec, ut unum quodque columbarium os habeat non maius, quam ut eo introire et inde exire tantummodo columba possit, in interiore autem parte spatium habeat ternarum palmarum. *palma* feminino genere pro palmo in manu scriptis libris legitur apud Plinium VII 28 *cubitorum quinum et binarum palmarum.*

5 Aquam esse oportet quo influat] *Aquam puram esse oportet quae influat* Iucundus. archetypi lectionem dedit Victorius, ubi *aqua* scribendum esse olim conieci. neque enim accusativo casu cum verbo *esse* coniuncto dici poterat *aquam esse oportet quo influat* pro eo quod dicendum erat 'esse oportet quo aqua influat'. sed verum esse puto *quae,* quod Iucundus dederat, *aquam esse oportet quae influat.* nam de aqua haec praecipiuntur, quae in eum locum in quo columbaria sunt influere debet per fistulam, ut videtur, sicut de ornithone dictum est III 5, 2, non de certa parte, in quam influat. ceterum qui alteram lectionem defendunt uti poterunt iis quae de ea re uberius, sed alio auctore, praescripta sunt in geoponicis XIV 6, 4 *χωστέον δὲ τῷ οἴκῳ λουτῆρα μείζονα, ἵνα καὶ πίνειν καὶ λούεσθαι δύνωνται καὶ μὴ προφάσει τοῦ ὕδατος συνεχῶς ἄνθρωπος [παρενοχλῇ ταῖς περιστεραῖς, ὅπερ σφόδρα καταβλάπτει.*

Pastorem columbarum quodquod mensibus crebro oportet euerrere] *Columbarium* Merula, *columbaria* Iucundus. *columbarium* ex antiquissimis editionibus in secundam Victorii editionem receptum et deinde ad reliquas propagatum erat. nam

in priore editione Victorius ex archetypo dederat *columbarum*. pastores autem columbarum sunt qui postea columbarii dicuntur, sicut de pavonibus 6, 5 scriptum est *pastores earum*. neque pastores per se non addito genetivo dicuntur curatores avium in pastionibus villaticis. *everrere* autem non addito nomine dictum est, sicut plurima, quibus opera rustica significantur.

Ita ut hoc optimum esse scripserunt aliquod siue quae columba quid offenderit ut medeatur si qua perierit ut efferatur] *Scripserint aliqui, sive si columbam quid offenderit* Merula, *scripserint aliquot* sqq. Iucundus, *scripserint aliquot, si quid offenderit* Ursinus, *scripserint aliquot, sive quae columba quid offenderit,* Victorius. *si* pro *sive* scribendum esse monuit Reiterus quaest. gramm. Varron. p. 96 de usu particulae *sive* disputans. nam cum iis quae de columbariis everrendis et de stercore columbino praescribuntur res diversissima de medicina columbarum particula *sive,* h. e. vel si, coniungi non poterat. praeterea usus sermonis Varroniani postulabat ut *aliqui* et *si quae perierit* scriberetur, de quo I 12, 3 et II 4, 22 dictum est, *ita ut hoc optimum esse scripserint aliqui. siquae columba quid offenderit, ut medeatur; siquae perierit, ut efferatur.*

6 Item quae fetae sunt in certum locum ut disclusum ab aliis rete habeat quo transferatur e quo foras ex peristone euocare possint matresque quod faciunt sqq.] *Ex peristone* apographa, *ex peristerone* Politianus in principe editione non correxit. *item — recte habeat, quo transferantur et quo foras ex peristerone evocare possint matres: quod quidem faciunt* Merula, *item quae foetae sunt, ut certum locum disclusum ab aliis recte habeant, quo transferantur, e quo foras evocare possint matres: quod quidem faciunt* Iucundus, *item quae fetae sunt, ut locum disclusum ab aliis rete habent* (immo *habeat*), *quo transferantur, e quo foras evolare possint* etc. Ursinus, *item quae foetae sunt, in certum locum ut disclusum ab aliis rete habeant, quo transferantur, e quo foras evocare possint matresque: quod faciunt* Victorius, ubi *in* delendum et deinde *et quo foetas evocare possint* scribendum Scaliger coniecit. de loco in quo columbae habentur apud Columellam VIII 8, 4 scripta sunt haec, *circa fenestram — habeatque adpositam satis amplam caveam retibus emunitam, quae excludat accipitres et recipiat*

egredientes ad apricationem columbas, nec minus in agros emittat matrices, quae ovis vel pullis incubant, ne quasi gravi perpetuae custodiae servitio contristatae senescant. nam cum paulum circa aedificia volitaverunt, exhilaratae recreantur et ad fetus suos vegetiores redeunt, propter quos ne longius quidem evagari aut fugere conantur. Varro autem curatorem columbarum certum locum habere iubet rete ab aliis disclusum, in quem fetae columbae incubandi causa transferantur et e quo matres, cum iam pullos habent, in agros evolare possint. itaque *in* praepositionem et *que* post *matres* vitiose additum delevi et ex Ursini coniectura *evolare* scripsi. *ex peristerone* autem, quod inde ab Aldina editione omissum erat, restitui, *item quae fetae sunt, certum locum ut disclusum ab aliis rete habeat, quo transferantur, e quo foras ex peristerone evolare possint matres. quod faciunt* sqq.

Quod libero aere cum exierint in agros redintegrentur altera de causa propter inlicium] *Quo libero — propter illicium* Iucundus. *altera propter pulliciem*, h. e. propter pullos, Ursinus, quod probavit Schneiderus. inlicium, quod de apibus dictum est III 16, 22; 31, defendit Buechelerus mus. Rhenan. a. 1884 p. 418. duabus de causis matres pullorum evolare volunt, quarum altera haec est, quod ipsas libero aere redintegrari dicunt. altera de causa id faciunt propter inlicium, quod columbis ad pullos revolantibus inliciuntur aliae, vel eiusdem peristeronis, quae pullos non habent, ne avolent, vel ferae, ut illas sequantur.

7 Virgis uiscatis defictis in terra] *Defixis in terram* edita inde a principe editione exemplaria. *defictis* Victorius ex codice restituerat et hac forma participii Varronem in his libris usum esse saepius adnotaverat, III 3, 2 *adficta villae*, 7, 4 *tabulae fictae*, 9, 7 *cubilia adficta*. Diomed. p. 377, 11 *figor ambigue declinatur apud veteres tempore perfecto: reperimus enim fictus et fixus, Scaurus de vita sua 'sagittis' inquit 'confictus', Varro ad Ciceronem tertio fixum.* item Lucret. III 4 *ficta vestigia.*

Animal quod item petere soleant accipitres] *Quod intercipere soleant* ex codice m Iucundus. archetypi lectionem Victorius restituit. *quod impetere soleant* Salmasius in Solin. p. 614 et hoc auctore Schneiderus. non maiorem fidem habet

verbum *impetere* III 16, 8, ubi in principe editione legitur *impetentes ab se eiiciunt fucos:* nam *inpectantes* habent manu scripti libri, *insectantes* Victorius restituit. itaque deleto *item*, quod neglegentiae librarii videtur tribuendum esse, scripsi *quod petere soleant.*

Multi in theatro e sinu missas faciunt atque ad locum redeunt] *Atque ad locum redeunt*, quae abundare visa sunt Ursino, incluserunt Gesnerus et Schneiderus offensi, ut videtur, mutata verborum structura, cuius exempla dedi II 1, 4.

8 Item fere haec in turribus ac summis uillis qui habent agrestes columbas quaad possunt imitandum in peristeronas aetate bona parandum neque pullos neque uetulas totidem mares quod feminas] *Item feras has in turribus ac summis villis qui habent agrestes columbas, quoad possunt, immittunt in περιστερῶνας aetate bona, parantque ut nec pullos neque vetulas totidemque mares quot foeminas habeant* Iucundus, *item feras has — immittendum in περιστερῶνας aetate bona. parandum neque pullos neque vetulas, totidem mares quot foeminas* Victorius. archetypi lectione restituta et prava verborum distinctione, quae in editis exemplaribus fuit, correcta, *item — imitandum. in peristeronas aetate bona parandum* sqq., vera sententia facile apparet. cum duo sint genera columbarum, alterum agrestium, quae in turribus ac summis villis habentur, alterum earum quae peristerone includuntur, ea quae de cibo in peristerone praebendo praecepta sunt iis quoque qui alterum genus habent, quantum quidem facere possunt, imitanda sunt. deinde quod genus columbarum in peristeronas parandum sit, praecipitur.

10 *Ut cibo uti possint* m et editio princeps a Politiano non correcta. *possunt*, quod habent apographa, in archetypo fuisse videtur.

Qui ita educantur celerius pinguiores fiunt quam alii et candidae fiunt parentes eorum Romae si sunt formosi bono colore integri boni seminis paria singula uolgo ueneunt ducenis nummis] *Qui ita educantur, celerius pinguiores quam alii fiunt, et candidiores parentes eorum. Romae si sunt* sqq. Merula et mutata coniunctione verborum *pinguiores quam alii fiunt et candidiores. parentes eorum Romae* Iucundus.

pinguiores fiunt quam alii Victorius, reliqua ex Aldina editione repetivit. de columbis tamen, quae pullos pepererunt et una cum illis aluntur, hoc dici, quod candido colore fiunt, non de pullis, ex feminino genere *candidae*, quod est in libris manu scriptis, intellegi poterat. hoc igitur restituto scripsi *qui ita educantur, celerius pinguiores fiunt quam alii, et candidae fiunt parentes eorum. Romae — veneunt ducenis nummis.* dum pulli cum matribus in nidis relinquuntur iisque uberior cibus obicitur, et celerius pulli pinguescunt et pinguiores fiunt, quam qui aliter aluntur, et parentes eorum, quoniam una cum illis domi pascuntur, candidae fiunt. deinde quae de pretio columbarum scripta sunt, de omni genere pullorum columbinorum dicuntur. neque aliter haec intellexit Columella, qui Varronis verba breviter expressit VIII 8, 9 *nam et octies anno pullos educat, si est bona matrix, et pretiis eorum dominicam conplet arcam, sicut eximius auctor Marcus Varro nobis adfirmat, qui prodidit etiam illis severioribus temporibus paria singula milibus singulis sestertiorum solita venire.*

11 Iam issem emptum emissem ad uillam] *Emissem* olim inclusi, ut scripturam archetypi repraesentarem. sed verum esse puto quod ex Aldina editione receptum erat, *iam issem emptum et misissem ad villam.* nam diversa sunt alia, in quibus cum emendi verbo praepositio *ad* ponitur, II 5, 11 *ad cultrum bovem emunt* et *ad altaria* et I 22, 2 *si empta erunt potius ad utilitatem.*

Quasi uero inquit pica non in urbe quoque sint multi antibe columbari qui in tegulis habent non uidentur habere peristeronas cum aliquod supra centum milium sestertium habeant instrumentum] *Columbaria* Merula. *quasi — sint multi, columbaria qui in tegulis habent. an tibi non videntur habere* sqq. Iucundus, quae probavit Schneiderus. veterem scripturam ex archetypo restituerat Victorius. in urbe quoque sunt multi peristerones eorum qui in tegulis columbaria habent. sed deinde *cum aliqui — habeant* scripsi, h. e. aliqui ex iis qui columbaria in tegulis habent, quamquam *aliquot* video defendi posse, si de columbariis dicitur, quae pretioso apparatu instructa sunt.

Emas censeo et antequam aedificas rure magnum

condiscas hic in urbe cotidie lucrum assem semissem condere in loculos] *Aedifices* Merula. *ex asse semissem condere* Iucundus. *et antequam aedifices rure magnum, condiscas hic in urbe quotidie asses condere in loculos* Ursinus. 'antiquorum librorum lectionem' Victorius restituit. *antequam aedificas rure magnum, condiscas* Schneiderus. scribendum potius erat *antequam aedifices rure, magnum condiscas* sqq. nam lepido sermone usus Pica Axio suadet ut, antequam ruri peristeronem aedificet, in urbe condiscat assem semissem tamquam magnum lucrum in loculos condere. *aedifices* autem recte dederat Merula. cum indicativo enim *antequam* non ponitur nisi in definitione temporis, cum coniunctivo saepe in praeceptis vel cum eodem modo in primaria sententia coniunctum.

Tum merula sic perge deinceps ille turturibus item inquit locum constituendum] In principe editione sic inter loquentes distributa erant verba, *Tum Merula sic, Perge deinceps. Ille, Turturibus inquit locum constituendum,* quae in Aldina editione in hunc modum mutata sunt, *Axius, tu Merula deinceps perge. Ille, Turturibus inquit locum constituendum.* archetypi lectionem Victorius restituit, sed *sic* post nomen Merulae omisit. perturbatum esse ordinem personarum, quibus Varro sermones distribuerat, Iucundus intellexerat. nam cum omnis haec disputatio de villaticis pastionibus Merulae tributa sit, huic etiam ea pars quae est de turturibus debetur neque sine certa causa in alium transferri potuit. quare scripsi *tu, Merula, sic perge deinceps. Ille, Turturibus item, inquit, locum constituendum,* ubi *deinceps* institutum disputationis ordinem significat. Pica enim, qui post Axium sermonem Merulae interpellaverat, iam admonet illum ut de pastionibus, sicut instituerat, disputare pergat. similes admonitiones sunt III 5, 8 *tu dic,* 9, 1 *dic sodes,* 10, 1 *transi.*

VIII 2 *Cannabinae* AB et edita inde ab Iuntina editione exemplaria, *canabinae* editio princeps a Politiano non correcta et codices m Florentinus Caesenas.

Infimum ordinem oportet abesse a terra non minus tres pedes inter reliquos dodrantes a summo ad camaram ad semipedem aeque latum ac mutulus a pariete extare potest in quibus dies noctesque pascuntur] *Aeque alte mutili a pariete extare possunt* Iucundus. plura Ursinus,

ut solet, novavit, *inter reliquos ab imo ad cameram ad semipedem aeque latum ac mutulus a pariete extat.* archetypi lectionem Victorius restituit, ubi *summum a camara ad semipedem aeque latum* scribendum Schneiderus coniecit. de turturibus apud Columellam VIII 9, 3 scripta sunt haec, *receptacula non tamquam columbis loculamenta vel cellulae cavatae fiunt, sed ad lineam mutuli per parietem fixi tegeticulas cannabinas accipiunt praetentis retibus, quibus prohibeantur volare, quoniam, si id faciant, corporibus detrahunt. in his adsidue pascuntur* (*pascantur* codex Sangermanensis) *milio aut tritico.* similiter Varro in loco turturibus constituendo pro columbariis certos ordines mutulorum aut palorum tegeticulis cannabinis tectos, in quibus aves sedeant, in pariete fieri iubet. eorum ordinum igitur spatia ita constituuntur, ut infimus ordo a terra non minus tres pedes absit, inter reliquos dodrantis spatia sint, a summo ad camaram semipedis spatium. latitudo autem ordinum, quorum certus modus non est, longitudine mutulorum definitur: sunt enim tam lati, quam mutuli extare ex pariete possunt. neglegentiore autem compositione verborum ea quae de omnibus ordinibus dicenda erant ad unum translata et post descriptionem universi apparatus haec, quae ad mutulos illos et tegeticulas impositas pertinent, *in quibus dies noctesque pascuntur,* addita sunt. sed in superioribus *ad* praepositio ante *semipedem* errore scribentis videtur repetita esse. nam certam spatii definitionem in hac descriptione desideramus, *a summo ad camaram semipedem,* non minus accuratam, qualem addita ad numeros praepositio significat: II 1, 20 *fere ad quattuor menses,* 3, 10 *ad centenas pascunt,* III 5, 14 *ad duo pedes altum, latum ad quinque,* 11, 2 *altum esse oportet ad pedes quindecim.*

3 Ac stercore ne offendantur] *Ac stercore* apographa, *a stercore* in principe editione Politianus non correxit. in archetypo videtur *ac* scriptum fuisse, postea correctum *a.* quare olim, ut veterem scripturam repraesentarem, *ac* inclusi. sed verum videtur *a stercore,* de quo dixi I 27, 2.

Ad saginandum ad potissimum tempus] *Appositissimum* apographa quaedam recentiora et edita inde ab Aldina editione exemplaria, *aptissimum* Ursinus.

Matres eorum tum optimae sunt cum pulli plurimi

gignuntur qui ad farturam meliores] *Tunc optimae* edita inde a principe editione exemplaria, *tunc opimae* Gesnerus coniecit. *tunc optimae sunt, tunc pulli plurimi gignuntur* Schneiderus ex coniectura Pontederae p. 452. turtures circa messem, tum cum plurimi pulli gignuntur, optimi sunt. pulli autem, qui tum nati sunt, ad farturam meliores sunt quam matres. similiter de saginandis turturibus scribit Columella VIII 9, 2 *aestate vel sua sponte, dummodo sit facultas cibi, pinguescit,* ib. 4 *huius avis aetas ad saginam non tam vetus est idonea quam novella. itaque circa messem, cum iam confirmata est pullities, eligitur.*

IX 1 Axius ego quae requiro sarsurae assurae membra de palumbis gallinis dic] *Axius. egoque requiro farturae a sura membra de palumbis. de gallinis dic* editio princeps, *Axius. ego duo requiro farsurae membra. de palumbis ac gallinis dic* Ursinus, *Axius. eho, quae requiro a farctura assanda, membra de palumbis et gallinis dic* Angelius. corruptam archetypi scripturam Victorius expressit, sed ex Aldina editione, in quam principis editionis lectio recepta erat, *de palumbis de gallinis* retinuit. *farturae assurae* Gesnerus coniecit. *ego quae requiro farsurae membra de palumbis et gallinis dic* Schneiderus. *sarsurae* a sarciendo dictum intellegi nequit. a farciendo autem farsura non minus recte dicitur quam fartura. sed Varronem ea nominis forma usum esse et ad huius similitudinem factum novum vocabulum *assuram,* quod de assis carnibus diceretur, addidisse probabile non est. praeterea fartura palumborum, quam post gallinas Cato c. 90 et Columella VIII 8 tractaverunt, a Varrone descripta non est, sed paucis verbis commemorata in fine huius capitis. quare vera esse puto haec sola, *Axius, ego quae requiro farturae membra, de gallinis dic,* vel certe scribendum *de gallinis et palumbis dic.* nam hae solae aves ex iis quae terra modo contentae sunt (III 3, 3) restant, de quibus agatur. eas igitur partes farturae, quae ad has pertinent, se requirere dicit Axius.

Raciocinari cum Politiano libri manu scripti omnes praeter A, *racimari* A, quod ex codice Victorius adnotavit, *ratiocinari* editiones ante Victorium. in archetypo quid fuerit non plane constat, sed *rōcinari* olim scriptum fuisse puto. *racemari* Victorius, quod a vindemia translatum et de minoribus racemis neglegentia

vindemiatorum relictis postea colligendis dictum esse volebat, inaudita in eo verbo significatione neque apta ad hunc locum. veterem lectionem *ratiocinari* restitui. nam exposita gallinarum pastione de reliquis avibus, siquid idoneum fuerit, subductis rationibus colligi posse Axius significat.

2 De his qui ornithoboscion instituere uult id est adhibita scientia ac cura capiant magnos fructus ut maxime factitauerunt deliaci haec quinque maxime animaduertant oportet] *Instituere volunt iidem adhibita scientia* Merula. *instituere volunt iidem adhibita scientia ac cura ut capiant — haec quinque animadvertant oportet* Iucundus, ubi *maxime* post *quinque* ex archetypo addidit Victorius, reliqua ex Aldina editione repetivit. *id est ut habita scientia ac cura capiant* ex scriptura codicis m defendit Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 33. *unde adhibita scientia ac cura capiant* olim conieci. sed recte Iucundus *ut* addiderat: simili formula usus est Varro I 38, 5 *praeparatio siquae fit in pratis, id est ut defendantur a pastione.* idem *maxime,* quod ex superioribus repetitum erat, delevit. neque hoc legisse videtur Columella, qui Varronis praecepta de gallinis expressit VIII 2, 4 *huius igitur villatici generis non spernendus est reditus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique Graecorum et praecipue celebravere Deliaci* sqq. et deinde ib. 6 *igitur cui placebit sequi nostra praecepta, consideret oportet primum quam multas et cuiusmodi parare debeat matrices, deinde qualiter eas tutari et pascere, mox quibus anni temporibus earum partus excipere, tum demum ut incubent et excudant efficere, postremo ut commode pulli educentur operam dare.* itaque apud Varronem scripsi *de his qui ornithoboscion instituere vult, id est adhibita scientia ac cura ut capiant magnos fructus, — haec quinque animadvertant oportet.* nam singularis numerus *qui vult* sequente plurali *capiant* et *animadvertant* offendere editores non debebat. qui de villaticis gallinis ornithoboscion instituere vult, id est utilitatis causa, non ut is qui spectat ut ornithoboscion perfectum habeat, de quo postea dicitur, ei quinque res animadvertendae sunt.

3 *Ex quibus tribus* codex Florentinus et editio princeps, ubi *quis* pro *quibus* Politianus adnotavit, *et quibus tribus* codex Caesenas, *e quis tribus* alia apographa.

Gallos castrant ut sint capi candenti ferro inurentes ad infima crura usque dum rumpatur at quod extat ulcus oblinunt figlina creta] *Rumpantur* et *illiniunt* Merula. *inurentes calcaria ad infima crura, usque dum rumpantur atque extet ulcus, quod obliniunt figlina creta* Iucundus, *inurentes infima crura, usque dum rumpantur, ac quod extat ulcus obliniunt figlina cera* Ursinus. in scriptura archetypi, quam Victorius restituerat, pro *at*, quod in hac descriptione locum non habet, *et* scripsi, *usque dum rumpatur et quod extat* sqq. reliqua coniectura temptari non debebant. nam et *inurentes ad infima crura* non indicata parte, quae inuritur in cruribus, recte dicitur, et *dum rumpatur*, h. e. dum ruptura fiat, per se ponitur. accuratius Columella VIII 2, 3 rem descripsit, *nec tamen id patiuntur amissis genitalibus, sed ferro candente calcaribus inustis, quae cum ignea vi consumpta sunt, facta ulcera, dum consanescant, figulari creta linuntur.* unde interpolata Adinae editionis lectio, *inurentes calcaria ad infima crura*, petita est.

4 Qui spectat ut ornithoboscion perfectum habeat sic licet genera ei tria paranda maxime uillaticas gallinas e quis in parando eligat oportet fecundas] *Sint licet tria genera paranda* Merula. *sint licet ei tria genera, paranda maxime villaticas gallinas oportet, e queis in parando eligat foecundas* Iucundus, *sint licet genera tria, parandum tamen villaticas gallinas, e quis eligat oportet fecundas* Ursinus. *sint licet* etiam Victorius, in reliquis archetypi scripturam expressit, ubi Scaliger *scilicet ei genera tria parandum* scribendum coniecit. e quibus verum est *scilicet,* quod ex vetere emendatione, ut videtur, in duobus codicibus A et m legitur. nam de accusativo *villaticas gallinas* post gerundium posito dubitandum non erat, *scilicet genera ei tria paranda, maxime villaticas gallinas.*

Crista erecta] *Crista recta* Ursinus ex Columella VIII 2, 8 *rectis rutilisque cristis*, ib. 9 de gallis *sublimes sanguineaeque nec obliquae cristae.* geopon. XIV 7, 9 *ὡς ἐπίπαν γὰρ αἱ ξανθίζουσαι καὶ περιττοδάκτυλοι τὰς ὄψεις μεγάλας ἔχουσαι τόν τε λόφον ἐπηρμένον καὶ αἱ μελανόπτεροι καὶ τοῖς ὄγκοις μεγάλαι τούς τε ἄρρενας ῥᾳδίως οἴσουσι καὶ πρὸς ᾠοτοκίας κρείττους εἰσί.*

5 Gallos salaces qui animaduertunt si sunt lacer-

tosi] *Quod animadvertunt* ex 'vetere codice' Ursinus, *qui animadvertuntur* Gesnerus verbis parum apte in hunc modum coniunctis, 'gallos salaces eligat oportet, qui animadvertuntur, si sunt lacertosi'. *qui,* quod olim inclusi, si verum est, pro adverbio habendum est, ut sit 'aliquo modo'.

6 Melicos] *Medicos* edita inde ab Aldina editione exemplaria. Melicas gallinas falso appellari quae Medicae dicendae essent Varro adnotavit infra § 19: neque tamen nomen vulgo usurpatum *Melicos* mutavisse videtur, quod fecit Columella VIII 2, 4, *praecipue Tanagricum genus et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et Medicum, quod ab imperito vulgo littera mutata Melicum appellatur.* Varronis doctrinam Verrius secutus erat, Paul. exc. Fest. p. 124, 10 '*Melicae gallinae, quod in Media id genus avium corporis amplissimi fiat, l littera pro d substituta.*

Si ducentos alere uelis] *Ducentas* ex Aldina editione receptum erat.

Duae caueae — utraeque in longitudinem circiter decem pedum latitudine dimidio minores quam in altitudine paulo humiliores utraque fenestra lata tripedali et eo pede altiores] *Latitudine dimidio minores, altitudine paulo humiliores. utrisque fenestrae latitudine tripedali et eo pede altiores* Iucundus. veterem lectionem haud dubie corruptam Victorius dedit. *quam in altitudinem* Scaliger. *latitudine dimidio minores, in altitudine paullo humiliores. utrisque fenestrae latitudine tripedali, uno pede altiores* Schneiderus. in descriptione duarum cavearum, quae gallinis constituendae sunt, primum modi ipsarum cellarum, deinde fenestrarum, quae in iis sunt, indicantur in hunc modum, *utraeque in longitudinem circiter decem pedum, latitudine dimidio minores, altitudine paulo humiliores: in utraque fenestra lata tripedalis, et eae pede altiores.* nam *quam in altitudine,* quod fuit in archetypo, intellegi nequit et ab editoribus correctum est. deinde in utraque cavea est fenestra lata tripedalis, et eae duae fenestrae uno pede altiores sunt. *utraeque* autem plurali numero de duabus caveis dictum est propter additos eodem numero comparativos *minores* et *humiliores.* nam in reliquis exemplis pronomen *uterque* pluraliter dictum ad maiorem numerum refertur: I 16, 6. 17, 2. 32, 2. II 5, 9. 6, 2. 10, 1.

7 Inter duas ostium sit qua gallinarius curator earum ire possit] *Inter eas ostium sit, qua curator earum ire possit* Ursinus. *curator earum* deleri voluit Scaliger. *gallinarius, id est curator earum* scripsi, de quo dictum est I 9, 2.

In pariete exclusa sint cubilia earum] *Exculpta* edita inde a principe editione exemplaria. exclusa dicuntur cubilia, quae postea accuratius definiuntur *aut exculpta aut adficta firmiter.* Columella VIII 3, 4 de eadem re scribit *ita crassos parietes aedificare convenit, ut excisa per ordinem gallinarum cubilia recipiant.*

Ita ut in parietibus circum omnia plena sint cubilia gallinarum aut exculpta aut adficta firmiter] *Posita sint* Iucundus et ex Aldina editione Schneiderus. *plena sint* Victorius restituerat. *plena sint cubilibus gallinarum aut exculptis aut affictis* Gesnerus coniecit. de ipsis cubilibus potius gallinarum hoc praecipitur, curandum esse ut omnia plena sint, ne nimius motus incubantibus gallinis noceat.

9 Optimum esse partum aequinoctio uerno ab autumnali] *Aequinoctio verno aut autumnali* Iucundus, *aequinoctio verno ad autumnale* Angelius et deinde reliqui editores, *ab aequinoctio verno ad autumnale* Ursinus, et hoc praecepisse videtur Varro, cum ova ante aut post illud tempus nata non supponenda esse scribat. ceterum de fetura gallinarum et de tempore incubandi plura neque plane inter se consentientia ab aliis tradita sunt, a Columella VIII 5, 8, a Plinio X 150 et in geoponicis XIV 7, 14. quare apud Varronem quaedam omissa vel perturbata esse Ursinus et Schneiderus crediderunt.

Et ea quae subicias potius uetulis quam pullitris et quae rostra aut ungues non habeant acutos] *Pullitris* Politianus ex archetypo adnotavit, non *pullistris*, ut ait Gesnerus. *pullastris* Merula. *et ea quae subiicias potius e vetulis quam e pullastris, et quibus subiicias rostra* sqq. Iucundus. veterem lectionem Victorius restituit, sed *pullastris* ex editis exemplaribus retinuit. *pullinis* Turnebus advers. 19, 28, *pullitris* defendit Scaliger collato v. *porcetra,* quod est apud Gellium XVIII 6, 4. de eadem re Columella scribit VIII 5, 5 *quoniam quidem novellae magis edendis quam excudendis ovis utiliores sunt. — veteranas igitur aves ad hanc rem eligi oportebit, quae iam saepius id*

fecerint, moresque earum maxime pernosci, quoniam aliae melius excudant, aliae editos pullos commodius educent. geopon. XIV 7, 16 *δεῖ δὲ ὑποτιθέναι ταῖς προβεβηκυίαις, οὐ ταῖς ἀκμαζούσαις καὶ τίκτειν δυναμέναις. ἀκμαιόταται γὰρ πρὸς ᾠοτοκίαν εἰσὶν αἱ ἐνιαύσιαι, μάλιστα δὲ αἱ διετεῖς, αἱ δὲ τούτων πρεσβύτεραι ἧττον. τὰς δὲ κέντρα ἐχούσας ὄρνεις ἐοικότα τοῖς τῶν ἀλεκτρυόνων κωλυτέον ἐπῳάζειν· τρυπῶσι γὰρ τα ᾠά.*

10 Si oua gallinis pauonina subicias cum iam decem dies gallinacia fouere coepit tum denique subicere ut una excudat gallinaciis enim pullis bis deni dies opus sunt pauoninis ter noueni] *Pavonina subiicies* et *excudant* edita inde a principe editione exemplaria. *cum iam decem dies pavonina fovere coepit, tum denique gallinacea subiicere* Iucundus et deinde reliqui editores. *pavoninis ter deni* Schneiderus. *gallinacia* in archetypo alieno loco scriptum fuisse apparet. hoc transposito scripsi *si ova gallinis pavonina subicias, cum iam decem dies fovere coepit, tum denique gallinacia subicere, ut una excudat.* numeros autem dierum minus accurate Varro indicavit, accuratius Columella VIII 5, 10 *diebus, quibus animantur ova et specie volucrum conformantur, ter septenis opus est gallinaceo generi, at pavonino et anserino paulo amplius ter novenis. quae si quando fuerint supponenda gallinis, prius eas incubare decem diebus fetibus alienigenis patiemur, tum demum sui generis. quattuor ova nec plura quam quinque fovenda recipient.* similiter VIII 11, 2 et geopon. XIV 7, 28.

Eas includere oportet ut diem et noctem incubent praeterquam a mane et uespere dum cibus ac potio is detur] *Potio* omnia apographa, *potus* in principe editione Politianus non correxit. *praeterquam mane* Iucundus et ex Aldina editione Schneiderus: *praeterquam a mane* Victorius dederat. *datur* Schneiderus ex coniectura Ursini. praepositionem recte Iucundus delevit. nam *a mane* in definitione temporis pro *mane* dictum non est. de coniunctivo in praeceptis dubitandum non erat: II 4, 14 *ne, dum exilire velit, praegnas abortet.* eadem praecipiuntur geopon. XIV 7, 18.

11 Curator oportet circumeat — ac uertere oua] *Vertat* Ursinus et Schneiderus.

Quod inane natet plenum desidit] *Natat* edita inde a principe editione exemplaria. concinnitatem orationis qui desiderant, *desidat* potius scribere debebant, h. e. quod inane ovum natare, plenum desidere dicunt. neque tamen haerendum est in hac mutatione modorum, ubi de re certa indicativus ponitur, cum reliqua coniunctivo modo efferantur.

Errare quod inanes uitales uenas confundant in iis idem aiunt cum ad lumen sustuleris quod perluceat id esse ob inane] *Confundant* omnia apographa et ex ipso archetypo Victorius, *confundunt* editiones antiquiores, quod Politianus non correxit. *in iisdem aiunt — quod perlucet* Merula. *quod in eis vitales venas confundunt. in iis idem aiunt* Iucundus. *quod in eis vitales* in editione Victorius, in explicationibus idem 'antiquam lectionem' *quod inanes uitales* adscripsit et *inanes* errore scribentis repetitum esse adnotavit. frustra illud emendare studuerunt Scaliger, Ursinus, Schneiderus, neque id legerunt Plinius X 152 *concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis* et auctor geoponicorum XIV 7, 27 *οὐδὲ γὰρ χρὴ πρὸς δοκιμασίαν σείειν τὰ ᾠά, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τὸ ἐν αὐτοῖς ζωτικόν.* praeterea ineptum est *ob inane*, quod Gesnerus interpretatur 'propterea quod ovum sit inane': *obinane* i. e. *ὑπόκενον* Scaliger. itaque deleta praepositione scripsi *errare, quod vitales venas confundant in iis. idem aiunt, cum ad lumen sustuleris, quod perluceat, id esse inane.*

12 Incubari coepit] *Incubari coeperunt* Schneiderus ex Plinio X 151 *quarto die post quam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum adprehenso una manu purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse proque iis alia substituenda.*

13 Obiciendum — polentam mixtam cum nasturcii semine et aqua aliquanto ante facta intrita] *Et aqua ante factam intritam* vel *ex aqua antea facta intrita* Gesnerus coniecit, *et aqua aliquanto ante tactam et vino* Pontedera p. 453. *ex aqua dulci* scriptum est infra § 20. sed vini quoque mentionem a Varrone factam esse in his primis pullorum alimentis non improbabilis est Pontederae opinio: geopon. XIV 9, 2 *τροφὴν δὲ πρῶτον λαμβάνει ἐπὶ ἡμέρας πεντεκαίδεκα ἄλφιτα μετὰ καρδάμου σπέρματος σὺν οἴνῳ βραχέντα ὕδατι*, Colum. VIII

5, 17 *post hoc cavea cum matre cludendi sunt et farre hordeaceo cum aqua incocto vel adoreo farre vino resperso modice alendi.* ad horum exempla verba in archetypo corrupta in hunc modum supplevi, *polentam mixtam cum nasturti semine vino et aqua aliquanto ante factam intritam.* polenta vino et aqua intrita facta dicitur quae modice madefacta est vino et aqua, non in aquam intrita, ut sunt haec, II 9, 10 *panem in lacte des intritum,* 14 *nucibus graecis in aqua tritis,* III 9, 21 *triticeo pane intrito in aquam,* III 10, 6 *hordeum intritum in aquam.*

14 Qua de clunibus coeperint habere pinnas e capite e collo eorum crebro eligendi pedes] *Quando de clunibus* edita inde a principe editione exemplaria. *e capite et e collo* Iucundus. sententiam verborum perturbaverunt Ursinus et Schneiderus, cum huc pertinere putarent quae de cura pullorum scripta sunt apud Columellam VIII 5, 18 *primis quasi infantibus diebus pertractandi sunt plumulaeque sub cauda clunibus detrahendae, ne stercore conquinatae durescant et naturalia praecludant* et de fartura ib. 7, 2 *pluma omnis e capite et sub alis atque clunibus detergetur, illic ne pediculum creet, hic ne stercore loca naturalia exulceret.* unde Ursinus scribendum coniecit *quom coeperint habere pinnas, eae de clunibus evellendae,* Schneiderus *quando coeperint habere pinnas, de clunibus detergendum stercus, e capite et e collo eorum crebro eligendi pedes.* diversa ab his sunt Varronis praecepta. nam de clunibus pullorum, ubi pinnae nasci coeperint, et e capite et e collo eorum pedes vel pediculos qui vulgo dicuntur crebro eligendos esse dicit.

Prodigendae in sole et in stercilinum ut uolitare possint quod ita alibiliora fiunt neque pullos] *Prodigendi in solem et in sterquilinium, ut se volutare possint, quod ita alibiliores fiunt, neque pullos tantum* ex Aldina editione Victorius. *prodigendum* Scaliger. *volutare* non addito pronomine defendit idem: III 17, 7 *cum mare turbaret.* quamquam passive dictum est volutari II 4, 8 *ut volutentur* et de ipsis gallinis supra § 7 *in pulvere volutari.* praeterea *prodigendae* ex archetypo restitui et *tantum,* quod Iucundus addiderat, delevi. sed neutrum genus *alibiliora* neglegentiae Varronis tribuendum esse non puto. itaque scripsi *prodigendae in solem et in stercilinum, ut volutare possint, quod ita alibiliores fiunt, neque pullos, sed omne* sqq.

15 Cum tempestas sit mollis adque apricum] *Atque in apricum* ex principe editione Schneiderus lacuna post *mollis* indicata, cum locum apricum, vestibulum supra dictum, significari putaret. de statu caeli dicitur *apricum est*, ut III 10, 4 *serenum cum est*, I 59, 2 *quo frigidius sit.*

Euitantem caldorem et frigus] *Evitare item caldorem* ex principe editione Schneiderus dedit, quoniam de pullis solis, non de gallinis, haec praeciperet Columella VIII 5, 19 *sed et curandum erit ut tepide habeantur: nam nec calorem nec frigus sustinent.* archetypi lectionem Victorius restituerat. *evitandum* Ursinus coniecit.

16 Gallinae rusticae sunt in urbe rarae nec fere mansuetae sint cauea uidentur Romae similes facie non hic gallinis uillaticis nostris sed africanis aspectu ac facie incontaminatae in ornatibus publicis solent poni] *Sint cauea* apographa, *sine cauea* Politianus in principe editione non mutavit. *sine cavea* et deinde *non his villaticis gallinis — facie incontaminata* edita inde a principe editione exemplaria. dubitationem interpretibus moverunt ea quae de tribus generibus gallinarum apud Columellam VIII 2, 1 scripta sunt, *earum genera sunt vel cohortalium vel rusticarum vel Africanarum. cohortalis est avis quae vulgo per omnes fere villas conspicitur: rustica, quae non dissimilis villaticae per aucupem decipitur, eaque plurima est in insula quam nautae in Ligustico mari sitam producto nomine alitis Gallinariam vocitaverunt: Africana est quam plerique Numidicam dicunt, meleagridi similis.* nam cum Columella rusticas gallinas, quae sunt perdices Italicae, similes esse dicat villaticis, contraria docere videbatur Varro. apparet autem non de omni genere rusticarum gallinarum, quae in agris vivunt, haec scripta esse, sed de iis quae ornatus causa in urbe habentur in cavea, quae propter pulchritudinem formae Africanis potius quam villaticis similes sunt atque etiam in spectaculis, sicut mos erat Romanorum, una cum peregrinis avibus publice conspiciendae ponuntur. itaque corruptam verborum scripturam hoc modo emendavi, *gallinae rusticae sunt in urbe rarae nec fere nisi mansuetae in cavea videntur Romae, similes facie non his gallinis villaticis nostris, sed Africanis. aspectu ac facie incontaminatae in ornatibus publicis solent poni.* nam inepte olim ab editoribus

haec, *similes facie* et *facie incontaminatae*, in unam sententiam copulata erant.

17 Contra montes liguscos intiminium album ingaunum] *Intimilium* Mommsenus CIL v. V 2 p. 900. *Album Ingaunum* defendit idem p. 894. nomina autem duorum oppidorum ad situm insulae accuratius definiendum addita sunt. postea adscripta et alieno loco inserta esse nomina putabat Schneiderus.

Alii ab his uillaticis inuectis a nautis ibi feris factis procreatis] *Procreatas volunt* I. F. Gronovius apud Schneiderum. alii a villaticis gallinis, quae a nautis in insulam invectae ibique ferae factae et procreatae essent, insulam appellatam esse dicunt.

18 *Gibberiae* in archetypo fuit, *gibberae* Iucundus. Plin. X 74 *simili modo pugnant meleagrides in Boeotia: Africae hoc est gallinarum genus gibberum variis sparsum plumis: quae novissimae sunt peregrinarum avium in mensas receptae propter ingratum virus. verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.*

Haec nouissimae in triclinium genanium introierunt] *Ganearium* edita inde ab Aldina editione exemplaria, *triclinium coenae avium* Turnebus advers. 19, 28, *genianum* Scaliger, *alienigenarum* Pontedera p. 453. *ganearius* a ganea legitur in glossis graeco-latinis v. II p. 249, 30·*ἄσωτος ganearius lascivus luxuriosus.* sed neque ganearium triclinium de cenis luxuriosorum hominum dici poterat, neque de luxuria haec a Varrone scripta sunt, sed de usu cenarum. quare scripsi *triclinium cenantium.*

19 Motus earum et lux pinguitudinis uindicta] *Earum* omnia apographa, *eorum* editio princeps a Politiano non correcta. *pinguitudini inimica* edita inde a principe editione exemplaria. archetypi lectionem a Victorio indicatam defenderunt Turnebus advers. 19, 28 et Scaliger, qui vindictam *ἀφαίρεσιν* interpretatur. iocose motus et lux quasi vindicta existere dicitur gallinis, qua illae a pinguitudine vindicantur et in liberum statum restituuntur.

Thetim thelim dicebant plurima apographa. minus accurate, ut videtur, Politianus, cum in principe editione *thetin dicebant* expressum esset, *thelin* addidit. *thetin thelim* ex Aldina editione Victorius. scribendum potius erat *Thetin Telim:* Varr. de ling.

lat. VII 87 *lympha a nympha, ut quod apud Graecos Thetis, apud Ennium 'Telis illi mater'.*

Hae primo dicebantur qua ex medica propter magnitudinem erant allatae quaeque ex iis generatae postea propter similitudinem amplas omnes ex iis euulsis ex alis pinnis et e cauda farciunt turundis hordeaceis partim admixtis e farina lolleacia] *Quia ex Media* Iucundus. pravam verborum distinctionem, quae fuit in editionibus, *postea propter similitudinem: amplas omnes ex iis*, correxit Ursinus, *postea propter similitudinem amplae omnes: eas evulsis* sqq. huius emendationem Schneiderus recepit, sed *ex iis*, pro quo ille *eas* dederat, retinuit, ut esset 'ex iis electas farciunt'. ex iis, h. e. ex gallinis, evulsis pinnis nuper interpretatus est Heidrichius Varronian. I p. 42. mihi probabilius visum est *ex iis* ex superioribus repetitum esse. deinde *admixtis farina* deleta *e* praepositione scripsi, *hae primo dicebantur, quae ex Medica — amplae omnes. evulsis ex alis pinnis et e cauda farciunt turundis hordeaciis partim admixtis farina* sqq. nam admixta dicuntur quae aliquam rem admixtam habent, I 9, 3 *admixtae terrae*, 31, 5 *sata admixta hordeum et vicia et legumina*, 40, 2 *semina admixta*, et cum ablativo I 9, 3 *terra cum est admixta ex iis generibus aliqua re*, Cic. de nat. deor. II 10, 27 *calore admixtus*, ib. 15, 39 *neque ulla praeterea sunt admixta natura.* turundae hordeaciae, quibus in farciendo utuntur, a nonnullis miscentur farina lolleacia aut semine lini: Colum. VIII 7, 3 *cibus autem praebetur hordeacea farina, qua cum aqua consparsa et subacta formantur offae, quibus avis satiatur.*

20 Ut prior sit concoctus quam secundum dent] *Antequam secundum dent* coniecit Schneiderus, quod recepi: Colum. VIII 7, 3 *neque ante recens admovenda est, quam temptato gutture apparuerit nihil veteris escae remansisse.*

21 *Palumbos* libri manu scripti omnes, non *palumbes*, quod in principe editione Politianus non correxit.

X 1 In illud genus quod non est ulla uilla ac terra contentum sed requirit piscinas quod uos philograeci uocatis amphibium in quibus ubi anseres aluntur nomine chenoboscion appellatis] *In illud genus quod vos philograeci vocatis ἀμφίβιον, quod non est ulla villa ac terra*

contentum, sed requirit piscinas, quas quia ibi anseres aluntur nomine χηνοβοσκεῖον appellatis Iucundus *sola villa* Ursinus. *in quibus ubi anseres* ex codice Victorius recepit, reliqua sic, ut in Aldina editione edita erant, expressit. veterem verborum ordinem, in quo relativa sententia *in quibus* sqq. a suo nomine interpositis verbis *quod — amphibium* disiuncta est, restitui. praeterea *ulla* delevi et *graeco nomine* scripsi. nam *villa,* sicut *terra,* per se dictum est, non *ulla villa,* quasi in ea re diversa genera villarum essent.

De anseribus Iucundus delevit.

2 Est enim alterum genus uarium quod ferum uocatur nec cum iis libenter congregantur nec non aeque fit mansuetus anseribus admittendum iis tempus est aptissimum a bruma ad pariendum et incubandum usque ad solstitium] *Congregatur* edita inde a principe editione exemplaria. *nec non aeque fit inconsuetus* codex Florentinus et editio princeps. *nec aeque fit mansuetus. anseribus ad admittendum tempus aptissimum est a bruma, ad pariendum et incubandum a Cal. Martii usque ad solstitium* Iucundus, ubi *anseribus* delendum et *ad admittendum iis* scribendum coniecit Ursinus, *anseribus admittendis* dedit Victorius, *mansuetum* ex secunda Victorii editione reliqui editores. masculinum genus *mansuetus* de ansere dictum defendit Heidrichius Varronian. I p. 42. Columella VIII 14, 3 Varronem secutus de eligendis et admittendis anseribus scribit haec, *haec cum praeparata sunt, curandum est ut mares feminaeque quam amplissimi corporis et albi coloris eligantur. nam est aliud genus varium, quod a fero mitigatum domesticum factum est. id neque aeque fecundum est nec tam pretiosum, propter quod minime nutriendum est. anseribus ad admittendum tempus aptissimum est a bruma, mox ad pariendum et ad incubandum a kalendis Februariis vel Martiis usque ad solstitium, quod fit ultima parte mensis Iunii. ineunt autem non, ut priores aves, de quibus diximus, insistentes humi: nam fere in flumine aut piscinis id faciunt; singulaeque ter anno pariunt, si prohibeantur fetus suos excudere, quod magis expedit, quam cum ipsae suos fovent.* apud Varronem *congregantur* ex archetypo restitui, *nec aeque fit mansuetum* ex editis exemplaribus recepi. nam praeter albos anseres, quorum greges in cheno-

boscio pascuntur, est aliud genus vario colore, quod a fero mitigatum domesticum factum esse Columella scribit. cum huius generis anseribus illi, ex quibus greges constituendi sunt, non libenter congregantur. deinde lacunam ex Columella supplevi, *anseribus ad admittendum tempus est aptissimum a bruma, ad pariendum et incubandum a kalendis Februariis vel Martiis usque ad solstitium.*

3 Inunguentur in flumen] *Inunguentur* ex archetypo adnotavit Politianus, quod habent Am, *inungentur* neglegentius Victorius et apographa Italorum. *se mergunt* Iucundus, *inigentur* Turnebus advers. 19, 28. verum haud dubie est *iniguntur,* quod Scaliger coniecit.

Singulae non plus quater in anno pariunt] *Non plus quam ter* ex coniectura Ursini scripsi, quod legit Columella l. c., item geopon. XIV 22, 3 *ᾠοτοκοῦσι δὲ τρίτον τοῦ ἔτους ἕως ιβ', ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ πλείονα.*

Singulis ubi pariant faciendum aras quadratas circum binos pedes et semipedem] *Pariunt* edita ante Victorium exemplaria, quod Politianus non correxit, *pariant* apographa et ex ipso archetypo Victorius. *circiter* Gesnerus coniecit. *circum* 'quoquo versus' interpretatur Schneiderus coll. Colum. VIII 14, 1 *sub porticibus deinde quadratae harae caementis vel etiam laterculis extruuntur, quas singulas satis est habere quoquo versus pedes ternos.*

Qui hoc minus quinque qui hoc plus XXV] *Qui hoc minus VII, qui hoc plus XV* edita post Aldinam editionem exemplaria. de numero ovorum et de tempore incubandi apud Columellam VIII 14, 6 scripta sunt haec, *supponuntur autem gallinis huius generis ova, sicut pavonina, plurima quinque paucissima tria, ipsis deinde anseribus paucissima septem, plurima quindecim. — pullis autem formandis excudendisque triginta diebus opus est, cum sunt frigora: nam tepidis quinque et viginti satis est;* in geoponicis XIV 22, 10 haec, *δεῖ δὲ ὑποτιθέναι ᾠὰ ἕως τῶν θ' ἢ τὸ μήκιστον ιά, μὴ ἔλαττον δὲ θ'. ἐπῳάζει δὲ ὡς ἐπιπολὺ ἡμέρας κθ', ψύχους δὲ ὄντος ἡμέρας λ'.*

4 Faciunt aras supra terram aut suptus in quae non inducant plus uicenos pullos] *In quis non includant* edita post Aldinam editionem exemplaria, ubi *in quas* legendum

adnotavit Ursinus. *in quas non inducunt* scripsi: nam coniunctivus in hac descriptione locum non habet. *inducunt* autem dictum est, non *includunt* aut *inigunt,* propter ea quae supra scripta erant, *producunt in prata.* apud Columellam VIII 14, 9 de eadem re scripta sunt haec, *pullos autem non expedit plures in singulas haras quam vicenos adigi, nec rursus omnino cum maioribus includi, quoniam validior enecat infirmum.*

Neue qua eo accedere possint mustelae aliaeue quae bestiae noceant] *Aliaeve bestiae quae noceant* Iucundus et deinde reliqui editores. archetypi lectionem constans Varronis usus in hoc genere dicendi tuetur. num *aliusve* non addito pronomine indefinito a Varrone dictum non est, sed saepe *aliusve quis,* quod exemplis compositis Reiterus quaest. Varron. gramm. p. 88 comprobavit. accuratius de eadem re postea 11, 3 scribuntur haec, *ne faeles aliave quae bestia introire ad nocendum possit.*

5 Anseres pascunt in umidis locis et pabulum serunt] *Ubi pabulum serunt* Iucundus et deinde reliqui editores. Colum. VIII 14, 2 *palustris quoque, sed herbidus ager destinetur atque alia pabula conserantur, ut vicia, trifolium, faenum graecum, sed praecipue genus intibi, quod σέριν Graeci appellant.*

Si radicem prenderunt quam educere uelint e terra abrumpunt collum] *Prenderint* ex codice m in principem editionem, *obrumpunt* ex eodem libro in Aldinam receptum erat; *prenderunt* et *abrumpunt* ex archetypo Victorius restituit. de pullis anserum eadem refert Columella VIII 14, 8 *nam si adhuc parum firmus indigens ciborum pervenit in pascuum, fruticibus aut solidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, ut collum abrumpat.* item Plinius X 163 *pullis eorum urtica contactu mortifera, nec minus aviditas, nunc satietate nimia, nunc suamet vi, quando adprehensa radice morsu saepe conantes avellere ante colla sua abrumpunt.*

6 Cum autem sunt inclusi in haras aut speluncas ut dixi uicini obiciunt iis polentam] *Victu obiciunt* m, *victui obiiciunt* Iucundus et deinde reliqui editores. *viceni* scripsi, de quo numero supra § 4 scripta erant haec, *in quas non inducunt plus vicenos pullos.*

7 Ad saginandum eligunt pullos circiter sexquimense qui sunt natu] *Sexquimenses* (non *sesquimenses*) *qui*

sunt nati editio princeps, ubi Politianus *sexquimense* et *natu* ex codice adnotavit. *sex qui mense* codex Florentinus, *sesquimense* A B. *sexquimense nati sunt* .m, *sexquimense qui nati sint* Iucundus. archetypi scripturam Victorius restituit. *quatuor sexve menses qui sunt nati* Schneiderus ex Columella VIII 14, 10 *mox ubi quattuor mensum facti sunt, farturae maximus quisque destinatur, quoniam tenera aetas praecipue habetur ad hanc rem aptissima.* ne longius ab archetypi scriptura recederem, *circiter sesquimensem qui sunt nati* scribendum conieci. sed neque ad saginandum ea aetas idonea est, et diversa de aetate pullorum Columella tradit. quare potius scribendum erat *circiter sex menses qui sunt nati.*

Polentam et pollinem aqua madefacta dant cibum ita ut per dies saturent] *Ut perinde se saturent* Iucundus, *ut ter die se saturent* Ursinus, *ut ter in die saturent* Popma, quod probavit Schneiderus. apud Columellam VIII 14, 11 de sagina anserum scripta sunt haec, *et est facilis harum avium sagina. nam praeter polentam et pollinem ter die nihil sane aliud dari necesse est, dummodo large bibendi potestas fiat nec vagandi facultas detur;* et similiter in geoponicis XIV 22, 7 *ἐσθίουσι δὲ τρίτον τῆς ἡμέρας καὶ περὶ μέσην νύκτα, πίνουσι δὲ δαψιλῶς.* apud Varronem *ut ter die saturent* scripsi. nam ita sine praepositione *bis die* scriptum est II 4, 17. 7, 7 et 8. III 9, 20, sed addita praepositione *bis in anno* II 4, 14. 11, 8, *ter in anno* III 10, 3, *ter in mense* III 16, 17, *sexagena milia nummum in anno* III 6, 1.

Quod ipsae amant locum purum neque ipsae ullum ubi fuerunt relincunt purum] *Quod ipsi amant locum purum neque ipsi ullum, ubi fuerint, relinquunt purum* Iucundus. *ament* ex Victorii editione secunda receptum erat. pronomine priore loco deleto scripsi *quod amant locum purum neque ipsi ullum, ubi fuerunt, relincunt purum.* nam feminino genere *ipsae* de anseribus dici non potuit, nisi potius scribendum erat *quod hae aves amant locum purum neque ipsae* sqq., sicut de columbis dictum est III 7, 5 *permundae enim sunt hae volucres.*

XI 2 Crepido lata in qua secundum parietem sunt tecta cubilia ante eas uestibulum earum exaequatum] *Sint tecta cubilia, ante ea vestibulum exaequatum* Iucundus.

archetypi lectionem Victorius restituit, sed *sint* ex Aldina editione retinuit. et aptior hoc loco videtur esse coniunctivus in praeceptis de nessotrophio constituendo, quam indicativus. sed praeterea *ante ea* retinendum erat: apparet enim parum apte dici *ante eas vestibulum earum,* ut ad significandum locum in quo aves habitant ipsae aves appellatae sint. itaque scripsi *in qua secundum parietem sint tecta cubilia, ante ea vestibulum earum exaequatum.* quamquam rectius erat sic, *cubilia earum, ante ea vestibulum exaequatum.* similiter de gallinis supra 9, 7 scripta sunt haec, *in pariete exclusa sint cubilia earum: ante sit, ut dixi, vestibulum saeptum.*

Canalis in quam et cibus ponitur in iis et inmittitur aqua] *In quam et cibus ponitur et immittitur aqua* Iucundus, *in quam et cibus ponitur iis* sqq. Victorius. *in quam et cibus inponitur iis* scripsi. *inponere* similiter dictum est III 14, 2 *si adduxeris fistula et in eam mammillas inposueris.* rem ipsam una cum pabulo anatium accuratius descripsit Columella VIII 15, 6 *statim deinde perpetuus canaliculus humi depressus construatur, per quem cotidie mixti cum aqua cibi decurrant: sic enim pabulatur id genus avium. gratissima est esca terrestris leguminis panicum et milium nec non et hordeum. sed ubi copia est, etiam glans ac vinacea praebentur. aquatilis autem cibi si sit facultas, datur cammarus et rivalis hallecula, vel siqua sunt incrementi parvi fluviorum animalia.* item geopon. XIV 23, 2 *τροφὴν δὲ εἰς ὀχετὸν ὕδατος ἐμβλητέον σῖτον ἢ κέγχρον ἢ κριθὰς ἢ γίγαρτα πεφυραμένα, διὰ δὲ χρόνου τινὸς καὶ ἀκρίδας ἢ καρίδας, καὶ ὅσα λιμναῖα ἢ ποτάμια τούτοις παραπλήσια εἰώθασι λαμβάνειν.*

3 Ne eo inuolare aquila possit neue ea euolare anas] *Neve ex ea evolare* edita inde a principe editione exemplaria. deleto pronomine *ea,* quod neque ad retem commode referri potest neque pro adverbio haberi, scripsi *neve evolare.* Colum. VIII 15, 1 *locus planus eligitur isque munitur sublimiter pedum quindecim maceria, deinde clatris superpositis vel grandi macula retibus contegitur, ne aut evolandi sit potestas domesticis avibus aut aquilis et accipitribus involandi.*

Pabulum iis datur triticum hordeum uinacei uuae] *Uvae* delendum aut *vinacei ex uva* scribendum esse monuit Ponte-

dera p. 454. nam neque a Columella in pabulo anatium uvae appellantur, neque Varronem hoc praecepisse credendum est, sed de pabulo porcorum II 4, 10 scripta sunt haec, *dari solent vinacea ac scopi ex uvis.*

4 Et sic pascendo fiunt pingues] *Sed sic* Iucundus et deinde reliqui editores.

XII 1 *Percontati* plurima apographa, *perconctati* Politianus minus accurate, ut videtur, correcta lectione principis editionis *percunctati.*

Quintus fuluius lippinus dicitur habere in tarquiniensi septa iugera quadraginta] *Quintus Fulvius leporarium dicitur habere in Tarquiniensi septum iugerum XL* Iucundus. archetypi lectionem Victorius restituit. *Lupinus* Schneiderus ex principe editione recepit. eandem rem narrat Plinius VIII 211 *vivaria horum ceterorumque silvestrium primus togati generis invenit Fulvius Lippinus. in Tarquiniensi feras pascere instituit, nec diu imitatores defecere L. Lucullus et Q. Hortensius* et IX 173 *coclearum vivaria instituit Fulvius Lippinus in Tarquiniensi paulo ante civile bellum, quod cum Pompeio Magno gestum est.*

2 In gallia uero transalpina T. pompeius] Valer. Max. VII 8, 4 *item Pompeius Beginus, vir transalpinae regionis, cum testamento fratris praeteritus esset —, cineres fratris quietos esse passus est.* ad hunc referenda esse quae Varro narrat Colerus in Valer. Max. l. c. adnotavit.

3 *Interdius* in uno codice A scriptum est, sed expuncta littera *s,* et ita in ipso archetypo fuisse videtur, *interdiu* reliqua apographa.

4 Paucos si lepores mares ut feminas intromiserit breui tempore fore ut impleatur] *Mares in foeminas* Iucundus, *mares et feminas* Schoettgenus apud Gesnerum coniecit. *mares ac feminas* scripsi. nam lepores intromittuntur in leporarium et mares et feminae.

Quattuor modo enim intromisit in leporarium breui solet repleri] *Quattuor enim modo intromissis* Merula et Schneiderus, *quatuor enim modo si intromiseris* Iucundus. *quattuor modo enim intromiserit* scripsi, h. e. si modo quattuor intromiserit. *enim* tertio loco positum legitur I 18, 7 *bivium nobis enim*

ad culturam dedit natura, 31, 4 *hi sunt enim*, II 1, 1 *ut ruri enim.*

Ut enim saepe cum habent catulos recentes alios in uentre habere reperiuntur] *Fit enim saepe — alios ut in ventre habere reperiantur* Iucundus et deinde reliqui editores. restitui lectionem archetypi ab Ursino emendatam, *etenim saepe — alios in ventre habere reperiuntur.*

De iis archelaus scribit annorum quod sit quis uelit scire inspicere oportere foramina naturae] *Annorum quot sint si quis velit scire* edita inde ab Aldina editione exemplaria. *annorum quot sit qui velit scire* scripsi. nam singularis verbi numerus *sit* post pronomen pluralis numeri *de iis* editores offendere non debebat. de Archelao eadem refert Plinius VIII 218 *Archelaus auctor est, quot sint corporis cavernae ad excrementa lepori, totidem annos esse aetatis: varius certe numerus reperitur.*

5 Hos quoque nuper institutum ut saginarent pleraque cum exceptos e leporario condant in caueis et loco clauso faciant pingues] *Condant* editio princeps a Politiano non correcta et apographa recentiora, *concludant* ex vetere coniectura A et m, quod in Aldinam editionem receptum et deinde ad reliquas propagatum est. nam in archetypo fuit *condant.* mutatis verbis haec rettulit Macrobius Saturn. III 13, 14 *exigebat hoc quoque illa gulae intemperantia, ut et lepores saginarentur teste Varrone, qui de agri cultura libro tertio, cum de leporibus loqueretur, sic ait, 'hoc quoque nuper institutum ut saginarentur, cum exceptos e leporario condant* (*quondam* codices) *in caveis et loco clauso faciant pingues'.* unde Schneiderus apud Varronem dedit *hoc quoque nuper institutum, ut saginarentur lepores, cum exceptos e leporario condunt in caveis et loco clauso faciunt pingues.* exhibui scripturam archetypi. sed pro *pleraque,* quod adverbii loco non dicitur, aut *plerumque* scribendum est aut *plerique.* nam diversa sunt quae a grammaticis adferuntur, Gell. VI 2, 1 *hominis pleraque haud indiligentis* et XVII 19, 6 *is erit pleraque inpeccabilis.* apud Varronem autem I 13, 6 *quae nunc sunt pleraque contra* nominativo casu dictum est *pleraque,* non accusativo.

Quorum ergo tria genera fere sunt] *Eorum ergo* edita inde a principe editione exemplaria.

Pedibus primis] *Pedibus prioribus* coniecit Schneiderus.

6 Quod in gallia nascitur adadpis] *Ad Alpes* Iucundus. Plin. VIII 217 *et leporum plura sunt genera, in Alpibus candidi, quibus hibernis mensibus pro cibatu nivem credunt esse.*

Tertii generis est quod in hispania nascitur similis nostro lepori ex quadam parte sed humile quem cuniculum appellant] *Simile* G. I. Vossius in etymologico v. cuniculus. mutationem generis, *similis — sed humile,* tamquam syllepsin Gesnerus defendit. *humilis* scripsi, quod Schneiderus commendaverat. nam generis mutatio in hac verborum compositione neglegentiae tribui nequit, quamquam neglegentius dictum est *quod in Hispania nascitur* et supra *quod in Gallia nascitur,* quod accuratius de lepore dicendum erat *qui nascitur.* Plin. l. c. *leporum generis sunt et quos Hispania cuniculos appellat.*

Ab eo dictum leporem a celeritudine quod leuipes esset] *A celeritudine* deleri voluit Ursinus, incluserunt Gesnerus et Schneiderus parum attenti ad rationem sermonis Varroniani.

Quod eum aeolis et bonum leporum appellabant] *Et bonum* cum apographis et Victorio Politianus, non *et bene,* ut Gesnerus adnotavit. *quod eo aeoles boetii leporem appellabant* Merula, *quod eum Aeoles Boeotii leporem appellabant* Iucundus, *quod eum Aeolis Boeotii λέποριν appellabant* Victorius. in corrupta archetypi scriptura graecum vocabulum bis positum esse monuit Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 26, *quod eum Aeolis λέποριν appellabant.* de lepore eadem leguntur de ling. lat. V 101 *lepus, quod Siculi quidam Graeci dicunt λέποριν* et ex rerum divinarum libro quarto decimo apud Gellium I 18, 2 *non enim leporem dicimus, ut ait* (Aelius), *quod est levipes, sed quod est vocabulum anticum graecum.*

XIII 1 Scis inquam axi] *Scis inquam Agri Axi* in principe editione editum erat, unde *scis, inquit Agrius, Axi* Ursinus coniecit, *scis, inquit Appius, Axi* Pontedera p. 455. *scis inquit Axi* scripsi. nam ab Appio, cui haec pars disputationis supra 12, 1 mandata erat, haec dici etiam non addito nomine intellegitur. quamquam *inquam* defendi poterit ita, ut hoc ipse Appius ante appellationem Axii orationi suae interponat, propterea quod ad eundem dixerat antea *si possis* et *te habere puto* sqq. nam illa quoque ad Axium, qui omnem sermonem regit, pertinent, non ad

Varronem, ut Schneiderus adnotavit, quod nomine non appellato intellegi non poterat. *inquam* non mutata persona loquentis scriptum est I 8, 1. 9, 1. de fundo Tusculano a Varrone empto dictum erat supra III 3, 8.

Effuderetur, quod ex codice Politianus adnotavit, in apographis non inveni.

2 Magistragicos fieri uidi] *Magis tragicos* editio princeps a Politiano non correcta et ex manu scriptis libris Florentinus et Caesenas, *magistracicos* B, *magistraicos* Am. *magis τραγικῶς* Iucundus. pro hoc *magis θρᾳκικῶς* scripsi. nam Orphei cantus significatur, non ars tragoedorum.

Therotrophium appellabant] *Appellabat* ex Aldina editione receptum est. nam non communis omnium, sed propria Hortensii videtur ea appellatio fuisse.

Ubi tricilinio posito cenabamus quod orphea uocari iussit] *Quasi orphea* m. *Quintus Orphea vocari iussit* Iucundus. *quo Orphea vocari iussit* scripsi, h. e. in eum locum, in quo triclinium positum erat.

3 Qui cum eo uenisset cum stola et cithara cantare esset iussus bucina inflauit ut tantum circumfluxerit nos ceruorum aprorum et ceterarum quadripedum multitudo] *Bucina* libri manu scripti, *bucinam* Politianus parum accurate correcta lectione principis editionis *buccinam*. *qui cum eo venisset cum stola et cithara et cantare esset iussus, buccinam inflavit, ubi tanta circumfluxit — multitudo* edita inde ab Aldina editione exemplaria. scripturam archetypi a Victorio indicatam *ut tantum circumfluxerit* Scaliger probavit et deinde *multitudo* delevit. *tanta* scripsi, in reliquis veterem lectionem restitui, *qui cum eo venisset cum stola et cithara cantare esset iussus, bucina inflavit, ut tanta circumfluxerit — multitudo.* postquam cantor stola indutus venit et cithara canere iussus est, Hortensius vel ipse cantor signum dat bucina, ad quod ferae conveniunt, ut cantum audiant. *ut circumfluxerit* autem breviter dictum est pro eo quod accuratius dicendum erat 'quo factum est ut circumfluxerit'.

XIV 1 Axius tuas partes inquit subleuauit appius] *Appius* libri manu scripti, *Apius* in principe editione Politianus non correxit. neglegentiae sermonis tribuendum est, quod non

mutata persona loquentis nomen Axii repetitum est. nam eidem tributa erant ea quae de Hortensio narrantur, *ego vero, inquit ille, apud Q. Hortensium* sqq.

Trasactus in uno codice A scriptum inveni. sed idem voluisse videtur Politianus, qui in principe editione litteras, quas deleri volebat, subducta lineola notavit. *travehundum* legitur II 7, 6, *traversis* III 5, 4.

Neque enim magnum emolumentum esse potest] *Molimentum* scripsi ex coniectura Palmerii spicileg. Grut. lamp. v. IV p. 847. nam de difficultate operis Axium haec dicere, non de utilitate, ex iis quae Appius respondet intellegitur. *emolumentum* Victorius var. lect. 22, 10 defendit ita, ut id 'quod operosum est ac magnum studium requirit' significaret, cuius significationis exemplum praeter hunc Varronis locum attulit Caes. de bell. Gall. I 34, 3 *neque exercitum sine magno commeatu atque emolumento in unum locum contrahere posse.* sed ibi recte a Faerno correctum est *molimento.* diversa enim sunt *emolumentum* a mola ductum et communi usu ad commodum translatum et *molimentum* vel *molimen* a moliendo, quo labor et difficultas operis suscepti significatur. *molimentum* pro conatu a Sisenna dictum adnotavit Nonius p. 142, 3. eodem Livius usus est saepius, V 22, 6. XXXVII 14, 7. 15, 2, et Seneca de consol. 11, 4.

2 Si adduxeris fistula et in eam mammillas imposueris] *Si adduxeris fistulam et in eam papillas imposueris* Merula. *mammillas* Victorius ex codice restituit, reliqua ex veteribus editionibus repetivit. *si eduxeris fistulam* ex secunda editione Victorii receptum erat. archetypi lectionem restitui. nam aqua in cochlearium adducitur fistula, in quam imponuntur mammillae vel tubuli, quibus aqua eructetur.

3 Et hunc dum serpit non solum in area reperit sed etiam si riuus non prohibet parietes stantes inuenit] *In parietes* Iucundus et deinde reliqui editores. *etenim dum serpit — in pariete stante* Ursinus. *pariete adstante* Schneiderus coniecit. cochleae non solum cibum in area positum reperiunt, sed etiam stantes parietes cibi inveniendi causa ascendunt.

Ipsae exgruminantes ad propalam uitam diu perducunt] *Producunt* Merula. *propolam* Scaliger. *exgrumantes* Beroaldus in margine et similiter in enarrationibus Merula 'ex-

grummantes de mensura et recta via excedentes vel grumos eruentes. grumus collectio terrae minor tumulo'. *exruminantes* Turnebus advers. 1, 1 et Scaliger, *ex se ruminantes* Gesnerus coniecit, quod Schneiderus recepit; idem tamen glossam Isidori apud Vulcanium p. 674 (gloss. lat. v. IV p. 326, 22) *cruminat ruminat* ex hoc loco ductam esse adnotavit. *grumare* a gruma dictum huc non pertinet, neque *exruminare* vel *ex se ruminare* apte dicitur. quare *ipsae et ruminantes* scripsi. cochleae etiam sine pabulo ruminantes apud propolam diu vivunt. simili vitio II 1, 20 *subgrumi* pro *subrumi* scriptum erat.

4 Non quo non in his regionibus quibusdam locis ac magnitudinibus sint disperiles] *Non quod in his* Merula. *non quod in his regionibus quibusdam locis eae magnitudinibus non sint dispariles* Iucundus, ubi *non quo non* ex codice Victorius restituit, *non* ante *sint* a Iucundo additum Gesnerus delevit. praeterea *locis ac magnitudinibus* restituendum erat. nam cum in iis regionibus quae modo dictae erant propter naturam locorum cochleae magnitudine diversae sint, pro hoc breviter dictum est cochleas quibusdam locis ac magnitudinibus diversas esse.

Nam et ualde amplae sunt quamquam ex africa quae uocantur solitanne ita ut eas LXXX quadrantes coici possint] *Quaedam ex Africa* ex Aldina editione Schneiderus. *quemadmodum ex Africa* Gesnerus coniecerat. *quamquam* Reiterus quaest. Varr. gramm. p. 63 defendit ita, 'quamquam ex Africa fere mediocres afferuntur, tamen quae inde ortae solitannae vocantur valde amplae sunt'. sed idem *quamquam* praeter hunc unum locum a Varrone non usurpatum esse adnotavit. itaque particulam vitiose vel parum apte positam inclusi. solitannae cochleae unde appellatae sint, non constat; solitanae dicuntur apud Plinium IX 173 et XXX 45. — *ita ut earum calices quadrantes octoginta capere possint* edita ante Victorium exemplaria ex Plinio IX 173, ubi de cochleis scripta sunt haec, *coclearum vivaria instituit Fulvius Lippinus in Tarquiniensi —, distinctis quidem generibus earum, separatim ut essent albae, quae in Reatino agro nascuntur, separatim ut Illyricae, quibus magnitudo praecipua, Africanae, quibus fecunditas, solitanae, quibus nobilitas. quin et saginam earum commentus est sapa et farre aliisque generibus, ut cocleae quoque altiles ganeam inplerent, cuius*

artis gloria in eam magnitudinem perducta sit, ut octoginta quadrantis caperent singularum calices. auctor est M. Varro.

Et sic in aliis regionibus eisdem inter se collatae minores ac maiores] *Eaedem inter se collatae et minores sunt et maiores* Iucundus. ablativus *eisdem* defendi poterat exemplis pronominis *idem* I 4, 2 compositis. sed verum videtur *eaedem* propter illud quod additum est *inter se collatae.* ut in Africa sic in aliis regionibus accidit ut eiusdem generis cochleae inter se collatae minores ac maiores sint.

5 Magnis insulis in areis factis magnum bolum deferunt aeris] *Aeris* in principe editione omissum erat, ex manu scriptis libris Iucundus restituit; olim tamquam repetitum ex praecedente *areis* inclusi. nam bolus imagine a piscatoribus ducta de omni genere lucri dicitur, III 2, 16 *ut ad hunc bolum pervenias.* neque tamen hoc a Varronis ratione alienum est, quod genetivum addidit, ut soni similitudine significaret ex areis multum aeris capi posse.

XV 1 In eo arbusculas esse oportet quae ferunt glandem] *Ferant* Iucundus, *ferunt* ex codice recepit Victorius. restitui coniunctivum modum, qui constanti usu ponitur in relativis sententiis a verbo *oportet* pendentibus. nam diversa sunt haec, quae notionem praecipiendi non habent, III 16, 13 *ea oportet dominum serere, quae maxime secuntur apes* vel II 10, 10 *quae ad valitudinem pertinent hominum ac pecoris et sine medico curari possunt, magistrum scripta habere oportet.* simile praeceptum est supra de anseribus 10, 5 *anseres pascunt in umidis locis et pabulum serunt, quod aliquem ferat fructum.*

2 *Aquam esse tenuem* libri manu scripti omnes et editio Victorii, *aquam oportet esse tenuem* edita ante Victorium exemplaria, ubi Politianus *oportet* delevit, sed errore aliquo *iis* post *esse* addidit.

Quibus in tenebris cumularim positum est in doleis fiunt pingues] *Cum hilar impositum est* Turnebus advers. 19, 28, ubi *hilar* a graeco vocabulo εἶλαρ ductum operculum doliorum significare voluit. idem alios *cum molare* vel *cum ollare* coniecisse adnotavit. *cum aular impositum est* Scaliger, *cum affatim positum est* Pontedera p. 456. *cum operculum impositum est* scripsi. nam lacuna scriptura archetypi corrupta erat,

neque *ollare* vel quo alio nomine operculum doliorum appellatum est.

XVI 2 Nam cum pauper cum duobus fratribus et duabus sororibus essem relictus quarum alteram sine dote dedi lucullo a quo hereditate me cessa primum et primus mulsum domi meae bibere coepi ipse] *Quarum* aut delendum aut *earum* scribendum esse adnotavit Scaliger, inclusit Gesnerus, *duarum* coniecit I. F. Gronovius apud Schneiderum. exempla huius anacoluthiae, cum post coniunctionem *cum* interpositis relativis sententiis iustus verborum ordo perturbatur, dedi I 1, 2. — *mi cessa* Iucundus, *me cessa* ex manu scriptis libris Angelius restituit. *me* dativo casu in codicibus scriptum est Plaut. Bacch. 565 *me ires consultum male* et 684 *me male consuluisse*, Varr. de ling. lat. VII 8 *templa tescaque me ita sunto.* ex vetere scriptura *mei*, cuius exempla Lachmannus in Lucr. p. 246 et A. Muellerus de priscis verborum formis Varronianis p. 48 composuerunt et quam in dativo casu Nigidius apud Gellium XIII 26, 4 probavit, haec videntur relicta esse. nam ex *mihe* contractione factum esse *me* paucis huius scripturae exemplis non satis comprobatum est. deinde *daretur mulsum* scripsi, ubi *darē* in archetypo fuisse videtur. nam hoc dicit Appius, se tum primum, cum hereditatem Luculli accepisset, mulsum bibere coepisse et primum omnium illud domi instituisse, cum tamen vulgo in conviviis mulsum apponi omnibus soleret.

3 De incredibili earum artium naturali audi] *De incredibili earum avium natura* edita inde a principe editione exemplaria. *de incredibili earum arte naturali* scripsi: apparet enim ad ea quae antecedunt, *quibus plurimum natura ingeni atque artis tribuit,* haec referenda esse.

Merula ut cetera fecit historicos quae sequi meliturgeo soleant id est qui exercet mellaria demonstrabit] De veritate scripturae *historicos* interpretes dubitare non debebant. nam disputatio de apibus ita divisa est, ut primum Appius ea quae ad naturam earum pertinent exponat, deinde Merula ea quae a melitturgis experientia inventa sunt narret. ineptum autem est ὑλικῶς, quod ex 'vetere codice' ab Ursino adnotatum Schneiderus recepit. *id est qui exercet mellaria,* quae ad graecum nomen adscripta erant, inde ab Aldina editione omissa

sunt. reliqua sic scribenda sunt, *Merula, ut cetera fecit, historicos quae sequi melitturgoe soleant demonstrabit.*

4 Pepianem mina tegna] *Πεποτημένα τέκνα* Turnebus advers. 8, 8, quod Gesnerus et Schneiderus receperunt. verum haud dubie est quod Scaliger dederat *πεπλανημένα τέκνα.* post alterum Archelai versum Iucundus addiderat versum Nicandri ther. 741 *ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, μόσχοι δὲ μελισσῶν,* quem versum saepius citaverunt grammatici, quos O. Schneiderus Nicandr. p. 146 indicavit. hunc Victorius removit. deinde pronomen *eae* inclusi.

Quod si in hoc faciunt etiam graguli at non idem quod hic societas operis et aedificiorum quod illic non est] *Quodsi hoc faciunt* edita inde ab Aldina editione exemplaria. restitui praepositionem, quam olim incluseram, *quod si in hoc faciunt.* si id in hac re etiam graguli faciunt, ut homines imitentur, cum non sint solitaria natura, at non idem faciunt, propterea quod hic, id est apud apes, societas operis et aedificiorum est, id quod illic apud gragulos non est.

5 Tria enim harum cibus domus opus neque idem quod cibus cera nec quod ea mel nec quod domus] *Nec quod ea mel nec quod mel domus* edita inde ab Aldina editione exemplaria. *nec quod id domus* Ursinus. tria quae in apibus laudantur, cibus, domus, opus, ad tria illa quae ab hominibus discunt, opus facere, aedificare, cibaria condere, pertinent. eae res autem non eaedem sunt, sed natura sua diversae: nam aliud est cibum parare, aliud opus, hoc est mel et ceram, facere, aliud domum aedificare. ad hanc sententiam in hunc modum verba conformavi, *neque idem quod cera cibus, nec quod mel, nec quod domus.* similiter § 24 cibum et ceram et mel ab apibus ex diversis rebus peti exponitur.

6 Quod secuntur omnia pura] Delevi *quod.* nam ab editoribus haec inepte cum superioribus, *quod hic est et rex* sqq., coniuncta erant.

Non ut muscae lingurriunt quod nemo has uidet ut illas in carne] Hic quoque prave posita coniunctione *quod* veram verborum sententiam perverti apparet. itaque *quo nemo has videt* scripsi. apes eum qui unctus accedit pungunt, non

ligurriunt, sicut muscae, quo, h. e. propter quam apum naturam, fit ut nemo eas videat in carne considentes.

Ideo modo considunt in quorum sapor dulcis] *Ideo modo* omnia apographa, *ideo modo eo* Politianus in principe editione non correxit. *in quo est sapor dulcis* edita inde a principe editione exemplaria. *in eo modo considunt* Schoettgenus apud Gesnerum coniecit. *ideo modo considunt in eis quorum sapor dulcis* scripsi. reflectitur enim oratio ad ea quae antea scripta erant, *itaque nulla harum adsidit in loco inquinato.*

7 Quod nullius opus uellicans facit deterius neque ignaua ut non qui eius conetur disturbare resistat neque tamen nescia suae imbecillitatis] *Eius* Politianus e codice non adnotavit lectione principis editionis *ei qui conetur* parum accurate correcta. *ei qui eius opus conetur* ex codice m in Aldinam editionem receptum et deinde ad reliquas editiones propagatum erat. restitui lectionem archetypi, in qua ex superioribus nomen *opus* repeti poterit. similis dicendi brevitas est I 1, 10 *de Magonis dempsit.* ceterum de natura apum plura leguntur in geoponicis XV 3, 5, *οὔτε λυμαίνεται τοὺς ἄλλων πόνους, ἀμύνεται μέντοι ἰσχυρότατα τους λυμαίνεσθαι τόὺς αὐτῆς ἐπιβαλλομένους πόνους. εἰδυῖα δὲ τὴν αὐτῆς ἀσθένειαν στενὰς ποιεῖ καὶ οὐκ εἰς εὐθὺ τεταγμένας τὰς εἰς τὸν αὐτῆς οἶκον εἰσόδους. τοὺς οὖν εἰσπορευομένους ἐπὶ βλάβῃ πλείους περιστᾶσαι ῥαδίως καθαιροῦσι. θέλγει δὲ τοῦτο τὸ ζῷον καὶ κάλλιστον μέλος, ὅθεν οἱ μελισσουργοὶ διασκορπιζομένας αὐτὰς κυμβαλίζοντες ἢ τὰς χεῖρας εὐρύθμως κροτοῦντες συνάγουσιν.* unde Ursinus ea quae a graeco scriptore addita sunt olim apud Varronem quoque scripta fuisse putavit; lacunae signum post *inbecillitatis* posuerunt Gesnerus et Schneiderus.

Quae cum causa musarum esse dicunt uolucres] *Dicantur* edita inde a principe editione exemplaria. *dicuntur* scripsi: nam coniunctivi modi nulla ratio est. *cum causa* legitur apud Varronem I 17, 4 et de ling. lat. IX 68 et apud Ciceronem ad Quint. fratr. I 2, 26, saepius *non sine causa,* II praef. 1. 1, 4. III 1, 4; 5.

Si quando displicatae sunt cymbalis et plausibus numero redducunt in locum unum] *Dispalatae* Gesnerus coniecit. *displicat ἀναπτύσσει* gloss. latino-graec. v. II p. 51, 53.

numero ea significatione dictum est, quam Festus p. 170 et Nonius p. 352 adnotaverunt et exemplis veterum confirmaverunt, *numero significat cito*, item. gloss. Placid. p. 68 ed. Deuerl. *numero propere velociter*. olim ex geoponicis l. c. *plausibus numerosis* scribendum conieceram. deinde *et his diis helicon* fuit in archetypo, *et ut his dis Helicona* scripsi ex principe editione.

8 Impectantes ab se eiciunt fucos] *Impetentes* Merula, quod probavit Schneiderus, ut esset impetum facientes. *impectentes* a pectendo dictum vel *impectantes* a frequentativo *pectare* defendit Turnebus advers. 8, 8, ut esset verberantes vel verberare cupientes. quorum nihil probari posse apparet. sed recte Victorius emendavit *insectantes.* ab Aristotele haec, sicut alia in hac parte de apibus, videntur petita esse hist. anim. IX 40, 179 *τοῦ δὲ φωρὸς καὶ κηφῆνος γενομένων οὐδέν ἐστιν ἔργον, τὰ δὲ τῶν ἄλλων βλάπτουσιν. ἁλισκόμενοι δὲ θνήσκουσιν ὑπὸ τῶν χρηστῶν μελιττῶν*, ib. 201 *ἐξελαύνουσι δὲ καὶ τὰς ἀργὰς αἱ μέλιτται καὶ τὰς μὴ φειδομένας*. Varronis verba expresserunt geoponica l. c. 9 *στυγεῖ δὲ μάλιστα τοὺς ἀργούς. διὸ καὶ τὰς ἀργεῖν προαιρουμένας καὶ δαπανώσας τὸ πονηθὲν κοινῶς ἀναιροῦσιν.*

Extra ostium aluei opturant omnia qua uenit inter fauos spiritus quam erithacen appellant graeci] *Alvi* scribendum esse dixi III 2, 11. rem accuratius descripsit Aristoteles hist. anim. IX 40, 169 *περὶ δὲ τὸ στόμα τοῦ σμήνους τὸ μὲν πρῶτον τῆς εἰσδύσεως περιαλήλιπται μίτυι. τοῦτο δ' ἐστὶ μέλαν ἱκανῶς, ὥσπερ ἀποκάθαρμ' αὐταῖς τοῦ κηροῦ, καὶ τὴν ὀσμὴν δριμύ, φάρμακον δ' ἐστὶ τυμμάτων καὶ τῶν τοιούτων ἐμπυημάτων. ἡ δὲ συνεχὴς ἀλοιφὴ τούτῳ πισσόκηρος, ἀμβλύτερον καὶ ἧττον φαρμακῶδες τῆς μίτυος.* erithacen commemorat idem hist. anim. V 22, 119 *φέρει δὲ κηρὸν μὲν καὶ ἐριθάκην περὶ τοῖς σκέλεσι, τὸ δὲ μέλι ἐμεῖ εἰς τὸν κύτταρον* et IX 40, 202 *καὶ αἱ μὲν κηρὸν ἐργάζονται, αἱ δὲ τὸ μέλι, αἱ δ' ἐριθάκην.* cibum quo apes pascuntur erithacen appellat Plinius XI 17; 35; 42. Varro genus quoddam cerae vel glutinis dicit, item postea § 23 *erithacen vocant quo favos extremos inter se conglutinant.*

9 Ut colonias mittunt iique duces conficiunt quaedam ad uocem ut imitatione tubae tum id faciunt cum

inter se signa pacis ac belli habeant] *Hique duces* Merula, *haeque ducis* Gesnerus coniecit, h. e. 'apes negotia quaedam conficiunt ad vocem ducis sui', *harumque duces* Schneiderus. scribendum potius *ibique duces conficiunt.* nam duces sunt qui apes quasi in colonias ducunt et in illis quasdam res ad vocem suam conficiendas quasi tubam imitantes curant. deinde *habent* scripsi ex emendatione Schneideri. nam tum, cum inter apes signa pacis ac belli constituta sunt, colonias mittunt.

Sed o merula axi noster ne dum haec audit physicam achiscat] *Axius noster ne, dum hoc audit, physicam addiscat* Merula, *haec* Iucundus restituit. *ne, dum haec audit physica, maciscat* Scaliger, *ne, dum haec audit physica, magis hiscat* Popma, *ne, dum haec audit physica, fatiscat* Schneiderus. veram sententiam expressit Scaliger. nam physica sunt quae Appius disputaverat; ad fructum pertinent ea quae Merula addit. ad hanc igitur disputationis partem, quam Axius longo Appii sermone confectus desiderat, transitus paratur. sed *marcescat,* non *macescat,* scribendum esse dixi I 55, 1, *sed, o Merula, Axius noster ne, dum haec audit physica, marcescat.* de re ipsa eadem tradit Columella IX 2, 5, postquam de origine apum dictum erat, *haec enim et his similia magis scrutantium rerum naturae latebras quam rusticorum est inquirere. studiosis quoque litterarum gratiora sunt ista in otio legentibus quam negotiosis agricolis.*

10 Auctorem habeo non solum qui aluaria sua locata habet] *Non solum Seium* scripsi. nam nomen auctoris, qui appellatus erat, excidisse apparet. Seii autem alvaria laudantur III 2, 11.

Quidam mellinem appellant] *Mellinem* haud dubie in archetypo scriptum erat, non *mellinen,* quod errori Victorii tribuendum est. *μέλινον* Iucundus et deinde reliqui editores, *mellinam* Scaliger, *melinem* scholia Vaticana in Verg. georg. IV 63 *melisphylla herba est, quam, ut ait Varro, alii apiastrum, alii melinem appellant,* ubi *mellinam* Thilo ex Varrone recepit. de mellina herba nihil memoriae proditum est, et graecum potius nomen quam latinum a Varrone positum fuisse verisimile est. itaque *melittaenam* scripsi, quod nomen cum melissophyllo appellant Plinius XXI 149 *melissophyllo sive melittaena si perunguantur alvi,* Nicander ther. 554 *τὴν ἤτοι μελίφυλλον ἐπικλεί-*

ουσι βοτῆρες, Οἱ δὲ μελίτταιναν, Dioscorides de mater. med. III 108 *μελισσόφυλλον, ὃ ἔνιοι μελίτταιναν καλοῦσιν.* formam nominis Lobeckius prol. pathol. graec. p. 34 explicavit.

11 Recipere esse solitos cum eis et uelle expectare] *Tum eos et velle expectare* edita inde a principe editione exemplaria, in quibus neque *tum* neque *et* quid sibi velit, intellegi potest. *cum dicerent velle expectare* scripsi, ut III 2, 7 *cum diceret nullam se accepisse villam.*

12 Ubi non resonent imagines hic enim sonus harum fugae existimatur esse procerum esse oportet aere et temperato] *Praeterea* pro *procerum* codex Caesenas. *hic enim sonus harum fugae existimatur esse. praeterea procerum esse oportet aere temperato* Merula, ubi *causam* post *fugae* addidit Iucundus; *causa* potius voluit. *hic enim sonus harum fugae existimatur esse. procerum esse* sqq. Victorius; *fugae causa existimatur esse* editio Commeliniana. locum alvarii oportet esse remotum ab imaginibus resonantibus, quoniam eo sono apes ad fugam excitantur; eundem aere temperato esse oportet. sed corrupti vocabuli *procerum* probabilis emendatio inventa non est. *praeterea locum esse oportet* coniecit Ursinus, *porro caelum esse oportet* Trillerus observ. crit. 4, 27 p. 468. *hic enim sonus harum fugae existimatur esse protelum: esse oportet aere temperato* Scaliger hac addita explicatione, 'est autem *protelum* continuatio ictus, ut alibi [in Verg. catal. p. 249]' explicavimus et Lucretianum versiculum [II 531] adduximus, *undique protelo telorum continuato.* itaque protelum fugae est, cum prorsus aliquid longe truditur, ut telum, quod ex ballista emittitur. sonus earum fugae protelum est, hoc est eiusmodi imaginibus et sonis longe protelantur in fugam'.

Ut spectet potissimum ad hibernos ortus quae prope se loca habeat] *Qui* scripsi, quod Gesnerus coniecerat, h. e. melitton. olim *quae* delendum vel *ut spectent* et *quae habeant*, h. e. mellaria, scribendum esse conieceram.

13 Pisum ocimum ciprum medicae maxime cytisum quod ualentibus utilissimum est] *Pisum cyperum medica* Iucundus. *cypiron* pro *cyperum* scribendum esse coniecit Pontedera p. 456, quod *cyperus* qui vulgo dicitur ad mellificium aptus non esset. Plin. XXI 115 *quidam etiamnum unum genus faciunt*

iunci trianguli, cyperon vocant, multi vero non discernunt a cypiro vicinitate nominis. deinde *minus valentibus* scripsi ex emendatione Ursini: Colum. IX 5, 6 *sunt etiam remedio languentibus cytisi.* minus valentes apes dicuntur infra § 20.

Ab aequinoctio uerno florere incipit et permanet ad alterum aequinoctium autumnum] *Ad aequinoctium autumpni* m, *ad alterum aequinoctium autumni* edita inde a principe editione exemplaria. vel *alterum* vel *autumni* abundare adnotavit Pontedera p. 456. delevi *autumnum.* nam *aequinoctium autumnum* Varro non dixit, sed *autumnale.*

15 Non quo non in uillae porticu quoque quidam quo tutius essent aluariam collocarent] *Alvearia collocarint* Merula. *quo tutius esset alvarium collocarint* scripsi. nam cum plurali numero verbi *essent* adverbii loco *tutius* poni non poterat, neque imperfectum tempus *collocarent* neglegentiae sermonis tribuendum esse puto.

Ubi sint alii faciunt ex uiminibus rutundas] *Alvos ubi sint* edita ante Victorium exemplaria. *alvos* Victorius delevit et in manu scriptis libris a se non inventum esse adnotavit. nomen propter ea quae sequuntur, *haec omnia vocant a mellis alimonio alvos,* omissum esse idem animadvertit.

Sed ita uti parum sunt quae compleant ut eas conangustent in uasto loco inani despondeant animum] *Sed ita uti parum sint quae compleant, ne eas coangustent. ne in vasto loco et inani despondeant animum* Merula, *sed ita uti cum parum sit qua compleant, eas coangustent, ne in vasto loco* sqq. Iucundus. ad scripturam archetypi in hunc modum verba refinxi, *sed ita, ubi parum sunt quae conpleant, ut eas conangustent, in vasto loco inani ne despondeant animum.* alvi angustiores faciendae sunt, si apes ad eas conplendas non sufficiunt, ne illae vastitate loci inanis perturbentur.

16 Media aluo in qua introeant apes faciunt foramina parua] Praepositionem *in* recte inclusit Schneiderus. nam ineptum est 'in qua alvo introeant', sed pro adverbio est *qua,* ut significetur locus, in quo sunt foramina ad introeundum facta. eodem vitio I 41, 3 *in qua* in codicibus pro *qua* scriptum est. *in media alvo qua introeant* C. F. W. Muellerus in annalibus scholasticis Berolinensibus a. 1865 p. 797 scribendum coniecit.

et sic infra § 18 *in eadem alvo* scripsi addita praepositione constanti in hoc pronomine usu, I 44, 4. II 2, 10. III 1, 7. 4, 3. 5, 17. 12, 2. 16, 21. in reliquis huius generis exemplis certa lex non est, sed pleraque cum praepositione dicta sunt, I 48, 3 *summa in spica* et *in infima spica,* III 5, 9 *in imo fluvio,* ib. 11 *in margine quasi infimo* et *in qua media:* nam *infimo* III 5, 14 adverbii loco est. saepissime *in loco* et *in locis,* sine praepositione I 13, 1 *loco plano in cellis* et II 4, 20 *ut silvestri loco dispersi ne dispereant,* nisi *in silvestri* potius scribendum est, II 5, 14 *locis viridibus et aquosis,* II 7, 10 *frigidis locis,* I 6, 2 *multis locis,* I 8, 5 *in Asia multis locis,* I 44, 1 *in Etruria locis aliquot,* I 34, 2 *aliquot regionibus,* II 10, 7 *multis regionibus;* item II 1, 19 *monte Tagro,* III 1, 6 et 2, 14 *via Salaria,* II 2, 4 *fronte lana vestiti,* sicut II 2, 3 et 7, 5 *toto corpore,* non *in toto,* III 16, 37 *ipso vaso.*

17 Ad extrema qua mellarii fauum eximere possunt opercula imponunt aluis optimae fiunt corticeae] *Possint* edita ante Victorium exemplaria. sed prava distinctione verba ab editoribus etiam magis corrupta erant, *ad extrema, qua mellarii favum eximere possunt, opercula imponunt alvis. optimae fiunt corticeae.* in quibus illud perversum est, quod ad extrema foramina, quae in media parte alvi facta sunt, opercula dicuntur imponi, quae non possunt esse nisi in summa parte. viderat hoc Ursinus, qui *at extrema, quo — possint* legendum esse coniecit. sed scribendum erat potius *ad extremam, qua mellarii favum eximere possint, opercula inponunt. alvi optimae fiunt corticeae.* nam in alvo instituenda duae res observantur: in media parte foramina fiunt, ut ibi introire apes possint, ad extremam partem opercula inponuntur, ut ibi mellarii favum eximere possint. deinde de materie alvorum praecipitur.

Vehementissime hic commouentur] *Hic* in codice m omissum Iucundus deleverat, Victorius ex archetypo restituit. *hae* vel *haec* legendum coniecit Gesnerus.

18 Cum et quidam dicunt tria genera cum sint ducum in apibus niger ruber uarius ut menecrates scribit duo niger et uarius qui ita melior ut expediat mellaria cum duo sint eadem aluo interficere nigrum cum sit cum altero rege esse seditiosum] *Ut quidam dicunt — ut*

expediat melliario, cum duo sunt eadem alvo, interficere nigrum, quem scit cum altero rege esse seditiosum Merula, *et ut quidam dicunt — ut expediat mellario* sqq. Iucundus et deinde reliqui editores. de generibus apum et ducum earum apud Aristotelem hist. anim. IX 40, 175 scripta sunt haec, quae non plane accurate a Varrone expressa sunt, *εἰσὶ δὲ γένη τῶν μελιττῶν πλείω, καθάπερ εἴρηται πρότερον, δύο μὲν ἡγεμόνων, ὁ μὲν βελτίων πυρρός, ὁ δὲ ἕτερος μέλας καὶ ποικιλώτερος, τὸ δὲ μέγεθος διπλάσιος τῆς χρηστῆς μελίττης. ἡ δὲ ἀρίστη μικρὰ στρογγύλη καὶ ποικίλη, ἄλλη μακρὰ ὁμοία τῇ ἀνθρήνῃ· ἕτερος ὁ φὼρ καλούμενος μέλας πλατυγάστωρ. ἔτι δ' ὁ κηφήν· οὗτος μέγιστος πάντων, ἄκεντρος δὲ καὶ νωθρός. διαφέρουσι δ' αἱ γινόμεναι τῶν μελιττῶν αἵ τ' ἀπὸ τῶν τὰ ἥμερα νεμομένων καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ὀρεινά. εἰσὶ γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν ὑλονόμων δασύτεραι καὶ ἐλάττους καὶ ἐργατικώτεραι καὶ χαλεπώτεραι.* quamquam igitur duo genera ducum ab Aristotele dicuntur, tamen Varro, cum tria nomina appellata invenisset, tria genera posuit, nigrum, rubrum, varium, et his auctore Menecrate addidit sententiam eorum qui duo genera esse dicebant, nigrum et varium, *et quidam dicunt, tria genera cum sint ducum in apibus, niger ruber varius, ut Menecrates scribit, duo, niger et varius, qui ita melior, ut expediat mellario, cum duo sint in eadem alvo, interficere nigrum, cum sit cum altero rege, esse seditiosum.* cum mellario cavendum sit ne in una alvo plures reguli sint, ne seditiones fiant, ex variis generibus autem maxime seditiosus niger sit, hunc potissimum interficiendum esse dicunt. compositio autem verborum interpositis sententiis, ad quas reliqua accommodata sunt, obscurata est. nam primariae sententiae *et quidam dicunt nigrum esse seditiosum* primum interposita sunt haec, *tria genera cum sint — interficere nigrum,* deinde haec, *cum sit cum altero rege.* Menecrates poeta Ephesius appellatus est I 1, 9: hunc de apibus scripsisse Plinius XI 17 commemorat.

19 F u r q u i u o c a b i t u r a b a l i i s f u c u s e s t a l t e r e s t l a t o u e n t r e] *Vocatur* Merula. *fucus alter* Iucundus. *ater* Scaliger. *fur qui vocabitur, ab aliis fucus, est ater et lato ventre* scripsi, quamquam de futuro tempore *vocabitur* dubito et verum esse puto *vocatur.* ceterum fures et fucos Aristoteles l. c. tamquam diversos posuit; Varronem Menecratem secutum esse, non Aristo-

telem, adnotavit Scaliger. et diversas sententias de his generibus apum fuisse docet Plinius XI 57, *quamquam et de iis* (fucis) *video dubitari propriumque iis genus esse aliquos existîmare, sicut furibus, grandissimis inter illas, sed nigris lataque alvo, ita appellatis, quia furtim devorent mella.*

Hae differunt inter se quae ferae et cicures sunt] De diversitate apum ferarum et cicurum dixit Aristoteles l. c., item Plinius XI 59 *apes sunt et rusticae silvestresque, horridae adspectu, multo iracundiores, sed opere ac labore praestantes. urbanarum duo genera* sqq. sed in hac sententia relativum pronomen *quae* parum aptum esse apparet. neque magis probari potest quod Schneiderus scribendum coniecit, *qua ferae.* pro hoc *quia ferae* scripsi, vel potius *quod ferae* scribendum erat. nam *quia* admodum raro a Varrone adhibitum esse disputatione Reiteri quaest. Varron. gramm. p. 98 comprobatum est. in his libris legitur semel, III 16, 1 *an quia tu solitus es.*

Pascitant editio princeps a Politiano non correcta et ex manu scriptis libris m et Caesenas, sed *pastitant* AB et codex Florentinus, quod verum est.

21 Si transferendae sunt aluos in alium locum] *Alvi* edita inde a principe editione exemplaria. delevi *alvos:* nam ipsae apes cum alvis transferri dicuntur.

Quod hieme difficulter consuescunt quod translatae manere] *Quo sunt translatae* ex Aldina editione receperunt editores. in archetypo *quod* vitiose repetitum erat. hoc deleto scripsi *quod hieme difficulter consuescunt translatae manere.*

22 Sed et transiturae sint apes ea apiastro perfricanda] *Perfricanda* Am et codex Florentinus, *perfricandum* editio princeps a Politiano non correcta et codex Caesenas. scriptura autem archetypi in extrema parte libri saepe detrita vel defectu membranarum deleta iis qui quinto decimo saeculo apographa fecerunt non satis ubique apparebat; neque Politianus vel Victorius, qui post illos codicem usurpaverunt, plura legebant. *sed si transiturae sunt apes, apiastro perfricandum* Merula, ubi *ea* post *apes* addidit Iucundus, *sed et ea alvus, in qua transiturae sunt apes, apiastro perfricanda* Angelius, *sed si transiturae sunt apes ea, apiastro perfricanda* Victorius. lacuna corruptam scripturam

19*

ita supplevi, *sed et in quam transiturae sint apes, ea apiastro perfricanda.*

Ne cum animaduerterint aut inopiam esse habuisse dicitis ait cum sint apes morbidae propter primoris uernos pastus qui ex floribus nucis graecae et cornu fiunt coeliacas fieri atque urina potas refici de iis propolim uocant] In principe editione haec ita edita erant, *ne cum animadverterint, aut inopiam escae habuisse dicatur, aut cum sunt apes morbidae propter primoris uernos pastus, qui ex floribus nucis graecae et cornu fiunt, caeliacas fieri, atque urina pota refici. de his propolim vocant,* ubi *dicantur* Beroaldus, *primores* Iucundus, *ne, si non animadverterint, inopiam escae habuisse dicantur. at cum sunt apes morbidae* et deinde *caeliacas fieri dicuntur* Angelius. Aldinae editionis lectionem Victorius et deinde reliqui editores receperunt. archetypi scripturam a Victorio indicatam Scaliger emendare studuit in hunc modum, *nec, cum animadverterint haud inopiam esse, abivisse dicit. is ait, cum sunt apes morbidae* etc., h. e. 'nec apes, inquit, abivisse dicit, cum animadverterint non esse inopiam cibi', ut haec quoque ad Menecratem referantur. maiore licentia usus est Ursinus, qui eandem sententiam ita expressit, *ne, cum animadverterint cibi inopiam esse, abeant. Menecrates ait apes propter primores vernos pastus ex floribus nucis graecae et cornu solere caeliacas fieri, easque urina fotas refici.* idem post haec multa omissa esse adnotavit. lacuna corrupta esse verba Gesnerus et Zahlfeldtius quaest. crit. in Varr. rer. rust. libr. p. 24 monuerunt. nam cum primum de transferendis apibus, deinde de sanandis morbidis praecipiatur, inter haec duo genera praeceptorum quaedam exciderunt, in quibus nomen eius cuius praecepta deinde referuntur appellatum erat. itaque lacunam post *inopiam esse* indicavi, reliqua in hunc modum scripsi, *ne, cum animadverterint aut inopiam esse * habuisse dicit. is ait, cum sint apes morbidae propter primoris vernos pastus, qui ex floribus nucis graecae et cornus fiunt, coeliacas fieri atque urina pota reficiendas. propolim vocant* sqq. — *corni* Schneiderus in Colum. IX 13, 2. pro hoc *cornus* scripsi: nam certa exempla secundae declinationis in singulari numero non inveni.

23 E quo faciunt ad foramen introitus protectum in

aluum] *Ante alvum* scripsi. nam propolis, quod est genus cerae, ab eo dicitur appellata esse, quod ex ea re apes ad foramina, in quae introeunt, quasi protectum quoddam ante alvum faciunt.

Erithacen uocant quibus fauos extremos inter se conglutinant quod est aliud melle propoli] *Simul conglutinant* editio princeps, ubi Politianus *inter se* addidit, sed *simul* non delevit. *melle propoli* omnia apographa et ex ipso archetypo Victorius, *mel e propoli* in principe editione Politianus non correxit. *quo favos* edita inde ab Aldina editione exemplaria. *quo favos extremos inter se conglutinant, quod est aliud melle et propoli* scripsi.

24 Neque quae afferuntur ad quattuor res faciendas propolim erithacen fauum mel ex iisdem omnibus rebus capere dicunt] *Carpere dicuntur* ex Aldina editione receperunt editores. *offeruntur* 'h. e. quae inveniunt apes in campis et hortis vel silvis, in quae incidunt', et deinde *ex iisdem omnia rebus* Gesnerus coniecit. duo pronomina eodem casu coniuncta *ex iisdem omnibus rebus* consueto in pronomine *idem* usu offensionem habere non debebant. sed vitiosam esse hanc verborum compositionem, *quae afferuntur carpere dicuntur*, Gesnerus intellexit. itaque scripsi *neque quae adferunt ad quattuor res faciendas, propolim erithacen favum mel, ex iisdem omnibus rebus carpere dicunt.* ea quae apes ad res diversas faciendas adferunt non eodem modo ex omnibus rebus eas carpere dicunt. nam *carpere* verum esse, non *capere*, ex iis quae sequuntur, *cibum carpant* et *ex aliis floribus ita carpere*, apparet.

Simplex quod malo punico et asparago cibum carpant solum] *Simplex ministerium quod e malo* Iucundus, *simplex quod e malo* Victorius. et poterat hoc non addito nomine de iis ipsis quae apes ad opera facienda adferunt dici. nam aliud simplex esse dicunt, propterea quod ad unam rem utile est; ex aliis rebus duplex vel triplex ministerium praeberi, propterea quod quae ex iis carpuntur duabus vel tribus rebus conficiendis idonea sunt.

25 Cera et cibum nec non aliter duplex quod fit e malo et piris siluestribus circum et mel item aliter duplex quod e papauere cera et mel] *Cera et cibum* et deinde *circum et mel* omnia apographa, *caeram et cibum* et

deinde *caeram et mel* Politianus in principe editione non correxit. *e malo et piro silvestri ceram et mel* edita ante Victorium exemplaria, *e malo et piris silvestribus cibum et mel* Victorius. *e papavere ceram et mel* Iucundus. duplex ministerium esse dicunt illud quod e malo et piris silvestribus fit, cibum et mel, item illud quod e papavere fit, ceram et mel. olim *cibus et mel* et deinde *cera et mel* scripseram, ut *quod* coniunctionis loco positum esset.

Ex aliis floribus ita carpere ut alias ad singulas res sumant alia ad plures nec non etiam aliud discrimen sequantur in carptura aut eas sequatur ut in melle] *Ut alias* apographa, *ut alia* in principe editione Politianus non correxit, *ut alias* deleta *s* littera in archetypo fuisse videtur. — *ut eas sequatur* coniecit Scaliger hac addita interpretatione, 'ut eas herbas sequatur carptura', *aliud eas sequatur* vel *sequitur* Pontedera p. 457. *nec non etiam aliud discrimen sequuntur in carptura, ut in melle* Schneiderus. acumen orationis Varronianae interpretes non animadverterunt. nam ex nonnullis floribus ita carpere dicuntur apes, ut praeter ea discrimina, quae antea dicta erant, etiam aliud discrimen sequantur vel potius, quoniam illud invitis apibus accidit, ipsas carpentes discrimen sequatur, sicut in melle fit, cum ex aliis liquidum mel faciant, ex aliis spissum.

26 E sisere flore] *Ex siseris flore* Iucundus, *ex sisere flore* Victorius, *ex sisarae flore* Scaliger, qui de erica hoc dici volebat coll. Plin. XI 42 *Athenienses tamaricem appellant, Euboea sisirum, putantque apibus esse gratissimam:* nam ibi *sisaram* olim legebatur. *siserae* ex lectione archetypi recepi, quamquam ab aliis feminino genere siseram pro sisere dictam esse non inveni.

27 Cibi pars quod potio et ea iis aqua liquida unde bibant esse oportet eamque propinquam quae praeterfluat aut in aliquem locum influat] *In aliquem lacum* scripsi. de reliquis, in quibus olim Scaliger et Ursinus laboraverunt, non erat cur dubitaretur. quoniam ad cibum apum etiam potio pertinet, potio autem iis aqua liquida est, aquam esse oportet unde bibant, eamque propinquam vel praeterfluentem vel in lacum aliquem, qui eius rei causa factus est, influentem. de

aqua apibus paranda eadem praecipiuntur in geoponicis XV 2, 2 et apud Columellam IX 5, 5.

Ita ut ne altitudine escendat duo aut tres digitos] *Ita ut ne* omnia apographa, lectionem principis editionis *ita ne* neglegenter correxit Politianus, cum *ut* pro *ita* in codice scriptum esse adnotaret. *ascendat ad duos aut tres digitos* m. *descendat duos* Iucundus, *ascendat duo* Victorius. *ascendat ultra duos aut tres digitos* coniecit Schneiderus. *escendere* legitur I 8, 7 *in arbores escendit vitis* et I 54, 2 *in carnarium escendat*, contra I 9, 3 *tres gradus ascendunt eosdem.* cum accusativo casu coniunctum, ut sit supra certum modum ascendere, *escendere* ab aliis dictum non inveni. deinde *in quo diligenter habenda cura* scripsi; *in qua* erat in libris manu scriptis et editis.

28 Praeparandum his cibus ne tum melle cogantur solo uiuere aut relinquere exinanitas aluos] *Praeparandus his cibus* ex principe editione receptum erat. pronomine *his* deleto *praeparandus cibus* scripsi. *ac relinquere* Ursinus coniecit. immo hoc praecipitur cibum praeparandum esse, ne apes aut mel comedant aut etiam omni melle consumpto ex alvis discedant, ut scriptum est infra § 33.

In quae addunt lanam purpuram] *Purpuream* edita inde a principe editione exemplaria, *perpuram* Pontedera p. 459 coniecit, quod Schneiderus recepit. pro hoc *puram* scripsi. de simili apparatu scribit Columella IX 14, 15 *melius tamen nos existimamus tempore hiberno fame laborantibus ad ipsos aditus in canaliculis vel contusam et aqua madefactam ficum aridam vel defrutum aut passum praebere. quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut insistentes apes quasi per siphonem sucum evocent.*

Alii uuam passam et ficum compisierunt] *Alii ficum et uvam passam cum pisierunt* Merula, ubi *pinserunt* dedit Iucundus.

Offas apponunt ibi quo oras hieme in pabulum procedere tamen possint] *Offas apponunt: id tempestatibus et hyeme, cum in pabulum procedere non possunt* Iucundus, *offas apponunt ibi, quum foras hieme in pabulum procedere tamen possint* Victorius hac addita interpretatione, 'alii sunt, inquit, qui magis apibus prospiciunt et commodis eorum obsequuntur,

qui hieme cum in pabulum tamen procedere possunt, quia sciunt asperum id anni tempus esse, nec aliquid eas invenire, quo ali possint, adponunt etc.' *offas adponunt ibi, quo foras ad pabulum procedere tamen possint* Pontedera apud Gesnerum. vera haud dubie est emendatio Victorii *foras;* in reliquis scripturam archetypi restitui, *offas adponunt ibi, quo foras hieme in pabulum procedere tamen possint.* offae adponendae sunt ibi, quo apes etiam hieme, h. e. quamvis hiems sit, tamen ex alvis procedere in pabulum possint.

29 Ac progentemue in coloniam emittere uolunt] *Progentemue* plurima apographa, *progeniē* codex Caesenas. principis editionis lectionem *progeniem* Politianus parum accurate correxit, cum *ve* ex codice adderet, *progeniem* relinqueret. *ac progeniem emittere volunt in coloniam* Merula, *ac progeniem veteres emittere volunt in coloniam* Iucundus et deinde reliqui editores. *ac progeniem ut in coloniam emittere volunt* scripsi. similiter de eadem re supra § 9 scriptum erat *et ut colonias mittunt.*

30 Quae primo cum exierunt in conspectu uolitant reliquas quae nondum congregatae sint respectantes dum conueniant] *Sint* apographa, *sunt* in principe editione Politianus non correxit. *quae primo exierint* et deinde *congregatae sunt* m. *quae primo tum exierunt* Iucundus et deinde reliqui editores, ubi et *tum* parum aptum et *primo* ab ea sententia, quam res postulat, alienum est. nam eae apes, quae ante alias exierunt, volitant in conspectu et respectant reliquas, quae ad exeundum nondum congregatae sunt, ut illas ad se adliciant. itaque scripsi *quae primum exierunt, in conspectu volitant reliquas, quae nondum congregatae sunt, respectantes.* nam *primo* dicitur de iis quae primo tempore, cum initium rei fit, aguntur: II 4, 19 *nutricare octonos porcos parvulos primo possunt,* ib. 20 *primo cum incluserunt, cum bucinatum est, aperiunt,* III 1, 7 *agri culturam primo — indiscretam habebant,* I 31, 3 *dicta primo videtur a pariendo parilema,* III 9, 19 *hae primo dicebantur.* de ordine rerum dicitur *primum,* sed *secundo* I 1, 5. 2, 4. II 4, 3. 11, 3. III 17, 2, item *tertio* I 1, 5. 18, 8. 29, 2. 32, 2. 38, 2. II 5, 8. III 17, 2 et *quarto* I 1, 6. II 5, 8, semel *secundum* I 11, 2 *primum quae ibi sit nata, secundum quae influat perennis,* nisi ibi quoque *secundo* scribendum erat.

Cum a miliario cum id fecisse sunt animaduersae iaciundo in eas puluere et circumtinniendo aere perterritae quo uolunt perducere non longe inde oblinunt erithace] *Cum a miliario cum id* apographa, *cum a mellario id* in principe editione Politianus non correxit. *cum a mellario id fecisse sunt animadversae, iaciundo in eas pulverem et circumtinniendo aere perterritas quo voluerit perducet* Merula et deinde reliqui editores. *non longe inde ramum vel quid aliud oblinunt erithace* Iucundus, quod Schneiderus recepit. deleto priore loco *cum* scripsi *a mellario cum id fecisse sunt animadversae;* in reliquis lectionem archetypi restitui. cum a mellario animadversum est apes ex alvis exisse, postquam eae pulvere iaciendo et aere circumtinniendo perterritae sunt, non longe ab eo loco, in quem eas perducere volunt, oblinunt rebus quibusdam, quibus apes delectantur. nam participium *perterritae* neglegentius ad priorem partem enuntiationis adplicatum est. *oblinunt* autem non addita re quae oblinitur per se dictum est.

31 Adferunt aluum prope easdem inliciis et litam intus et prope appositae fumo leni circumdato cogunt eas intrare] *Et litam* ex archetypo Politianus adnotavit, *et illitam* m, *elitam* reliqua apographa. *illitam — fumo levi circumdato* Merula. *afferunt alvum prope eisdem illiciis illitam intus et prope apposita fumo levi circueundo cogunt eas intrare* Iucundus. *leni* ex codice Victorius dedit, reliqua ex Aldina editione repetivit; *circumdato* Angelius restituerat. *prope* bis poni non poterat. hoc in priore loco deleto scripsi *adferunt alvum eisdem inliciis litam intus et prope adposita fumo leni circumdato cogunt eas intrare.* nam *elitam,* quod apographa habent, incertae fidei est, quamquam *elevit* ex Lucilio adnotavit Nonius p. 103, 24 *Elevit maculavit, Lucilius lib. XXVI si hic vestimenta elevit luto* sqq.

Ut qua in nouam coloniam cum introierunt permanent adeo libenter] *Ut in novam coloniam cum introierint, permaneant adeo libenter* Iucundus, *ut quae in novam coloniam cum introierunt, permanent adeo libenter* Victorius. *quae* ex emendatione Victorii recepi, sed *ut,* quod in archetypo vitiose additum erat, delevi, *quae in novam coloniam* sqq.

32 Nunc iam quoius adhibetur ea cura de fructu

dicam] *Cuius causa adhibetur* vere, ut videtur, Iucundus. ab eodem inventa sunt quae deinde in editis exemplaribus ferebantur, *eximendorum favorum signum sumunt ex ipsis, cum plenas alvos habent et cum illos geminaverint, ex apibus coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum.* sed in archetypo haec ita corrupta erant, ut probabiliter emendari nequeant, sicut olim Victorius et Scaliger adnotaverunt. neque quidquam profecerunt, qui post illos corruptam librorum scripturam collatis iis quae apud Columellam IX 15 et apud Palladium VII 7 de melle conficiendo et de fucis scripta sunt emendare studuerunt, quorum coniecturas Schneiderus indicavit. postremo Schneiderus transpositis verbis certissimam medicinam repperisse sibi visus est, *eximendorum favorum signum sumunt ex ipsis, si plenos alvus habet et si, opercula alvi cum removeris, favorum foramina obducta videntur membranis, quoniam tunc sunt repleti melle. ex apibus coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum et, cum intro eunt ac foras, trepidant et fucos exterminant.*

Et si opercula aluum cum remoreissi fauorum foramina obducta uidentur mellis membranis cum sint repleti melle] *Et si opercula alvi cum remota sint, favorum foramina obducta videntur mellis membranis. cum sint* sqq. Merula. lectionem archetypi, quam Victorius indicaverat, ita correxit Scaliger, *et, opercula alvum cum removeris, si favorum foramina obducta videntur mellis membranis, cum sint repleti melle;* item Ursinus, sed omisso *mellis* legi voluit *obducta videntur membranis, quod sunt* sqq. hos secutus scripsi *et si, opercula alvorum cum remoris, favorum foramina obducta videntur membranis, cum sint repleti melle.* nam *remoris* scriptura archetypi confirmatur, *alvum* autem genetivo casu pro *alvorum* dici non potuit; *mellis* delendum esse vidit Ursinus. de eadem re scribit Columella IX 15, 4 *ergo cum rixam fucorum et apium saepius committi videris, adapertas alvos inspicies, ut, sive semipleni favi sint, differantur, sive iam liquore conpleti et superpositis ceris tamquam operculis obliti, demetantur.*

33 In eximendo quidam dicunt oportere ita ut nouem partes tollere decumam relinquere] *Oportere novem partes tollere* edita inde ab Aldina editione exemplaria. *ita ut* ex archetypo restitui. circiter novem partes mellis tolli, decimam

partem relinqui Varro significat. nam diversa de ea re alii praeceperunt, Columella IX 15, 8, Plinius XI 35 et 40. geopon. XV 5, 4 *δεῖ γὰρ τὴν δεκάτην μοῖραν αὐταῖς ἀπολείπειν ἔαρός τε καὶ θέρους, χειμῶνος δὲ τὸ τρίτον μόριον λαβόντα τὰ δύο μέρη καταλιπεῖν αὐταῖς. οὕτω γὰρ οὔτε ἀθυμήσουσι καὶ τροφὰς ἕξουσιν.*

Alii hoc eius relincunt quam dixi] *Eius* omnia apographa, *plus* Merula, quod Politianus non correxit. *hoc plus* dicitur mellis maior pars, quam quae supra dicta erat.

Ut in aratis qui faciunt restibiles segetes plus tollunt frumenti ex interuallis sic in aluis si non quodannis eximas aut non quaeque multum et magis his assiduas habeas apes et magis fructuosas] *Aut non quoque multum* edita inde a principe editione exemplaria. *qui faciunt non restibiles segetes* et deinde *aut non quotannis multum et magis assiduas habeas apes* Ursinus. *non restibiles* et *magis assiduas* recepit Schneiderus. restibiles segetes ita definivit Varro de ling. lat. V 39, *ager restibilis qui restituitur ac reseritur quotquot annis, contra qui intermittitur a novando novalis ager.* de horum agrorum cultura docuit I 44, 3 restibiles agros non eosdem fructus omnibus annis, sed tertio quoque anno uberiores ferre vel alternis annis levioribus sationibus relinquendos esse. idem igitur in alvis observatur. e quibus si aut non quotannis mel eximunt aut non eandem partem omnibus annis eximunt, efficiunt ut iis alvis, quibus haec cura adhibetur, apes et magis adsiduas habeant et magis fructuosas. itaque id quod res postulabat *aut non aeque multum* scripsi. restibilium agrorum exemplo similiter usus est Varro II 7, 11 de fetura equarum. *aeque* legitur I 55, 3 *quod oliveta dicant alternis annis non ferre fructus aut non aeque magnos,* III 10, 2 *nec aeque fit mansuetum.*

34 Aestate acta] *Aestate exacta* Merula, *acta* ex archetypo restituit Victorius.

Reliquum ex hiematione relinquatur sine aluus non fit fertilis nisi quid eximatur exempto cum est maior neque uniuersam neque palam facere oportet ne deficiant animum] *Exempto* omnia apographa, *exemptio* Merula, quod Politianus non correxit. *deficiant animum* cum apographis editio princeps a Politiano non correcta: nam errori tribuendum

est, quod Gesnerus *amnis* ex Politiani excerptis adnotavit. *animi* codex Caesenas. *et hiematione* codex Florentinus, *ut ex hiematione* Caesenas. *reliquum hiemationi relinquatur. si vero alvus non fit fertilis ubi quid eximatur, exemptio cum est maior* Iucundus et deinde reliqui editores. *si non sit fertilis, ni quid eximatur. exemptio cum est* sqq. Ursinus. parum considerate Schneiderus verba transponenda esse in hunc modum coniecit, *reliquum hiemationi relinquatur, ne deficiant animum, exemtio cum est maior. neque universam neque palam facere oportet. si vero alvus non sit fertilis, ne quid eximatur.* sententiam verborum prava distinctione, quae olim fuit, correcta Ursinus aperuit. hunc secutus scripsi *reliquum ut hiemationi relinquatur; sin alvus non sit fertilis, nequid eximatur. exemptio cum est maior, neque universam neque palam facere oportet, ne deficiant animum.* si alvus fecunda est, in eximendis favis curandum est ut relinquatur quod apibus ad hiemationem opus est; si non fertilis est, nihil omnino eximendum. in reliquis si maior exemptio fit, neque simul omnia neque palam eximenda sunt. *deficiant animum* idem esse, quod III 5, 6 et 16, 15 dictum erat *despondeant animum* Ursinus adnotavit. apud Ciceronem p. Rosc. Amer. 4, 10 legitur *animo non deficiam.* deinde *siquae pars* scribendum esse, ubi *si qua pars* in archetypo fuit, dixi I 12, 3.

35 *Ne firmiores* libri manu scripti, *ne infirmiores* Merula, quod Politianus non correxit.

Non modo non desistunt plurima apographa et editio princeps a Politiano non correcta, *non modo desistunt* Iucundus.

36 Prope apponendum bene olentium herbarum maxime apiastrum] *Prope apponendum aliquid bene olentium herbarum* Pontedera p. 460 et Schneiderus. in genetivo casu similis dicendi libertas est III 17, 7 *salsamentorum in eas piscinas emptum coiciebat.*

37 Iacent prostratae ut efflictae] *Et efflictae* nonnulla apographa, *et afflictae* codex Caesenas, Beroaldus et post hunc reliqui editores. *aut efflictae* olim dederam. sed verum est *ut efflictae,* quod in archetypo scriptum erat, h. e. quasi ictu percussae apes prostratae iacent.

Colligendum eas in uas aliquod et reponendum in tecto loco ac tepido promum e die quam maxime tem-

pestate bona cinere facta e ficulneis lignis infriandum] *In tecto loco ac tepido prono ad meridiem* et deinde *cinere facto* Merula, *in tecto loco ac tepido prono ad meridiem quam maxime tempestate bona, et vas ipsum cinere facto e ficulneis lignis infricandum* Iucundus. archetypi scriptura a Victorio restituta, sed *et* ipso invito, ut videtur, ex Aldina editione relictum est, *et cinere facto*, quod fraudi fuit iis, qui postea corruptam scripturam emendare studuerunt. *promendae quam maxime* Scaliger, *promendumque maxime* vel *promendumque vere maxime* Ursinus, *promendaeque inde quam maxime* Gesnerus, *promendum deinde quam maxime* Schneiderus. non recte autem interpretes huc rettulerunt ea quae de apibus hieme torpentibus vere resuscitatis auctore Hygino apud Columellam IX 13, 4 scripta sunt, *siquidem praecepit apium corpora, quae, cum eius modi pestis incessit, sub favis acervatim enecta reperiuntur, sicco loco per hiemem reposita circa aequinoctium vernum, cum clementia diei suaserit, post horam tertiam in solem proferre ficulneoque cinere obruere*, et brevius apud Plinium XI 69 *sunt qui mortuas, si intra tectum hieme serventur, dein sole verno torreantur ac ficulneo cinere toto die foveantur, putent revivescere.* apparet enim apes imbribus oppressas, de quibus haec a Varrone praecipiuntur, non in longum tempus reponendas, sed mox refovendas esse. itaque scripsi *reponendum in tecto loco ac tepido, proximo die quam maxime tempestate bona cinere facto e ficulneis lignis infriandum. friare* praeterea bis scriptum erat in archetypo, I 9, 7 *frietur*, 57, 1 *adfriat*, sed III 9, 12 *perfricant*, 16, 22 *perfricanda.*

Concutiendum leuiter ipso uaso ut manu non tangas et ponendae in sole] *Ipsum uas* m, quod in Aldinam editionem receptum, sed sic, ut supra scriptum, transpositum est, *et vas ipsum cinere* sqq. inde in postea editis exemplaribus hoc loco *ipso vaso* omissum erat. *concutiendum leviter ipsas vase, ut manu non tangas, et ponendum in sole* Pontedera p. 461 et Schneiderus. apes in ipso vaso, ita ut manu non tangantur, concutiendae sunt.

38 *Reuiuescunt* optima apographa, *reuiuiscunt* in principe editione Politianus non correxit. *delitiscant* in archetypo fuit III 12, 3.

Reconciliare ad usum quaque opus libri manu scripti, *reconciliatae ad suum quaeque opus* Merula, quae Politianus non correxit.

XVII 1 Latis tabulis sortitio fit tribuum ac coepti sunt a praecone recinii quem quaeque tribus fecerint aedilem] *Fecerint* libri manu scripti, *fecerunt* editio princeps a Politiano non correcta. *a praecone renuntiari* edita inde a principe editione exemplaria, *a praecone recini* Scaliger. *relatis tabulis* et deinde *a praecone recitari* Mommsenus Röm. Staatsrecht v. III p. 411 not. 6, ib. v. I p. 364, ut sollemnia comitiorum verba restituerentur. *recini* si verum est, cum ludibrio praeconis nomina tribuum et candidatorum recitantis dictum est. sed pluralis numerus *quaeque tribus fecerint* dubito num neglegenti orationis conformatione defendatur. neque pluraliter pronomen *quisque* a Varrone dictum est nisi neutro genere I 5, 4 *ubi quaeque facienda* et II 1, 18 *quo quaeque tempore ut ineant facere oporteat.* itaque scripsi *coepti sunt a praecone recini, quem quaeque tribus fecerit aedilem.*

Quod et candidatum nostrum uenturum sciebamus] *Et* in antiquissimis editionibus omissum restituit Iucundus, *ea* coniecit Ursinus, *eo* Mercerus in Tac. annal. III 42. respectant ii qui remanent ceteris discedentibus partim propter consurgentes, partim propterea quod suum candidatum venturum esse sciebant.

2 Alterum apud plebem et sine fructu ubi lymphae aquam piscinibus nostris uillaticis ministrant] *Piscinibus* AB et codex Florentinus, *piscinis* editio princeps a Politiano non correcta et e codicibus m et Caesenas. in archetypo *piscinibus* videtur scriptum fuisse, deinde correctum *piscinis.* verum autem est *piscibus,* non *piscinis,* quod adhuc in editis exemplaribus fuit nam villatici pisces dicuntur qui in piscinis prope villam factis habentur. praeterea *non sine fructu* scripsi ex emendatione Gesneri, *alterum apud plebem et non sine fructu, ubi Lymphae aquam piscibus nostris villaticis ministrant.*

Maritimae piscinae nobilium quibus neptunus ut aquam et piscibus ministrat] *Ut aquam sic et pisces* edita inde ab Aldina editione exemplaria. *et aquam et piscis* scripsi. nam ut in altero genere piscinarum, quod apud plebem est, Lymphae aquam praebent vulgaribus piscibus, ita in altero, quod

est nobilium, Neptunus non solum aquam sed etiam ipsos pisces maritimis piscinis praebet.

3 Memini hunc caesari duo milia murenarum mutua dedisse in pondus] *Sex milia* edita ante Victorium exemplaria; *duo milia* ex archetypo Victorius restituit. antiquissimarum editionum lectionem Schneiderus recepit, quod eum numerum habet Plinius IX 171, *murenarum vivarium privatim excogitavit ante alios C. Hirrus, qui cenis triumphalibus Caesaris dictatoris sex milia numero murenarum mutua adpendit* et hoc auctore Macrobius Saturn. III 15, 10.

Quae nostra piscina ac mediterranea plebeia recte dicitur dulcis et illa et illa amara] *Et illa* in optimis apographis bis scriptum est, semel scriptum habent codex Caesenas et editio princeps a Politiano non correcta. *quare nostra* Iucundus et deinde reliqui editores. relativum pronomen, quo saepe Varro etiam in nominibus longius remotis usus est, restitui. praeterea pravam verborum collocationem correxi, *quae nostra piscina plebeia ac mediterranea recte dicitur dulcis et illa amara.* nam et plebeia ac mediterranea piscina, propterea quod fructum habet, recte dulcis dicitur et illa, h. e. maritima piscina nobilium, propter sumptum amara.

Quis contra maritumas non ex piscinis singulis plures coniunctas habet pluris] *Pluris* Iucundus omisit, ex archetypo restituit Victorius, quod parum prudenter Gesnerus ita defendit, ut ad vim augendam vocabulum repetitum esset. sed priore loco *plures,* quod solito in his libris vitio bis positum erat, delevi.

4 Nam ut pausias et ceteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas ubi discolores sint cetera sic hic loculatas habet piscinas ubi dispares disclusos habeant pisces] *Loculatas habet piscinas* omnia apographa et haud dubie ipsum archetypum, quamquam Politianus *habent* in principe editione non videtur correxisse. *disclusos habent B,* ubi *habet* codex Caesenas, sed *habeant* A et Florentinus, idque hoc loco in lectione principis editionis *habent* Politianus adnotasse videtur. *areolas, ubi discolores sint certas, sic hi loculatas habent* Merula, *arculas, ubi diversi colores sint, certas* Iucundus, *arculas, ubi diversi colores sint discreti* Angelius,

arculas, ubi discolores sint cerae Victorius et ex 'vetere codice' Ursinus. *magnas* Ursinus delevit, ad *loculatas piscinas* pertinere adnotavit Pontedera p. 461. de encaustica pictura haec dicta esse monuit Ursinus coll. Plin. XXXV 122 et 149. sed *magnas* rectius dici piscinas quam arculas pictorum apparet. *hic* plurali numero scriptum est in codice Varronis de ling. lat. VI 73 *hic quoque qui dicunt*, sed vitiose, ut puto. denique *disclusos habeant pisces*, quod Iucundus ediderat, fide librorum manu scriptorum comprobatur, *nam ut Pausias et ceteri pictores eiusdem generis loculatas habent arculas, ubi discolores sint cerae, sic hi loculatas magnas habent piscinas, ubi dispares disclusos habeant pisces.*

Quam illi in lydia quos sacrificant ibi uarro ad tubicinam graecum gregatim uenisse dicebas] *Quos sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem graecum* Iucundus et deinde reliqui editores. *ad tibicinam graecam* Scaliger. delevi *graecum*, quod propriam vim in hac re non habet, sed errore scribentis ex eo quod sequitur *gregatim* videtur ortum esse, *quos sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem gregatim venisse dicebas.* nam ad tibicinem in sacrificiis ad aram constitutum pisces convenisse dicuntur.

Cum eodem tempore insulas ludonorum ibi coreusas uidisses] *Insulas ludinorum ibi corrusas* Merula, ubi *corrosas* edidit Iucundus, *infulas ludiorum* Victorius coniecit. *insulas Lydorum ibi concussas* Turnebus advers. 4, 6, *insulas Ludianorum ibi choreusas* Scaliger, *insulas Ludinorum ibi choreuusas* Schneiderus. *insulas Lydorum ibi χορευούσας* scripsi. nam Ludianos Varronem dixisse sicut Asianos, ut Scaliger voluit, probabile non est. de insulis autem, quae in Lydia fuerunt in lacu Nympharum, Varronis testimonium est apud Martianum Capellam IX 928 K. *in Lydia Nympharum insulas dici, quas etiam recentior adserentium Varro se vidisse testatur, quae in medium stagnum a continenti procedentes cantu tibiarum primo in circulum motae, dehinc ad litora revertuntur.* de iisdem insulis Plinius II 209 scribit haec, *in Lydia quae vocantur Calaminae non ventis solum sed etiam contis quo libeat impulsae, multorum civium Mithridatico bello salus. sunt et in Nymphaeo parvae saliares dictae, quoniam in symphoniae cantu ad ictum modulantium pedum moventur,* et uberius quam ceteri Sotio in paradoxologu-

menis p. 190 ed. Westerm. *ἐν Λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη Τάλα μὲν καλουμένη, ἱερὰ δὲ οὖσα νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος καὶ μέσον αὐτῶν ἕνα, ὃν βασιλέα προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι. θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες ἐνιαυσίους ἐξιλάσκονται. τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ἐπειδὰν ἐπὶ τῆς ἠιόνος κτύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς χορεύων παραγίνεται ἐπὶ τὴν ἠιόνα.* viderat autem haec Varro tum, cum legatus Pompeii in piratico bello a. 687 eas regiones adibat.

5 *Hortensius Quintus* libri manu scripti, *Quintus Hortensius* ex Aldina editione receptum est.

6 Neque satis erat eum non pasci e piscinis] In discrepanti librorum scriptura non satis constat, utrum *pasci e piscinis* an *pascere piscinis* in archetypo scriptum fuerit. *pasci piscinis* Merula et deinde reliqui editores, *pasci piscibus* Pontedera p. 461 coniecit. verum esse puto *pasci e piscinis*, h. e. piscibus qui e piscinis sumpti erant pasci.

Maiorem curam sibi haberet] *Maiori curae sibi haberet* coniecit Ursinus.

Pisciculos minutos aggerebant frequenter qui maioribus absumerentur] *Qui a maioribus absumerentur* ex principe editione restitui, *ut a maioribus absumerentur* Iucundus et deinde reliqui editores.

7 Salsamentorum in eas piscinas emptum coiciebat cum mare turbaret ac per tempestatem macellum piscinarum mare obsonium praeberet] *Cum mare turbaretur* et deinde *piscinam ut mare obsonium praeberet* Merula. *salsamenta in eas piscinas emptitia coniiciebat, cum mare turbaretur, uti per tempestatem suis piscibus e macello cetariorum uti e mari obsonium praeberet* Iucundus, *salsamentum in eas piscinas emptitium* et *uti per tempestatem macellum piscinis ut mare obsonium praeberet* 'ex vetere codice' Ursinus. interpolationes Iucundi, quae ex Aldina editione in reliquas propagatae sunt, ex Columella VIII 17, 12 petitae erant. ibi enim de pabulis piscium scripta sunt haec, *itaque praeberi convenit tabentis halleculas — et ne per singula enumerem, salsamentorum omnium purgamenta, quae cetariorum officinis everruntur.* manu scriptorum librorum lectionem restitui, sed *mare*, quod post *piscinarum* vitiose repeti-

tum erat, delevi, *salsamentorum in eas piscinas emptum coiciebat, cum mare turbaret ac per tempestatem macellum piscinarum obsonium praeberet.* nam genetivus *salsamentorum* cum neutro participii *emptum* coniunctus est. piscinarum obsonium autem dicuntur cibaria, quae macellum piscinis praebet.

Celerius uoluntate hortensi ex equili educeres redarias ut tibi haberes mulas quam e piscina barbatum mulum adque ille inquid non minor cura erat eius de aegrotis piscibus quam de minus ualentibus seruis] *Redarias* vel *rhedanas ut tibi haberes mulas* libri manu scripti, *rhedarios ut tibi haberes mulos* edita ante Victorium exemplaria et ex his Schneiderus. *rhedarias ut tibi haberes mulas* ex suis libris Victorius restituerat. *at inquit ille, non minor cura eius de aegrotis piscibus* Merula, *at inquit ille, non minor cura eius erat de aegrotis piscibus* Iucundus, *ac illi non minor cura de aegrotis piscibus* Ursinus. disputatio Axii, cui haec praecepta de piscinis tributa sunt, ab ipso Varrone non indicata mutatione loquentis interrumpitur, *celerius voluntate Hortensi ex equili educeres redarias, ut tibi haberes, mulas, quam e piscina barbatum mullum.* nam quoniam Axius in asinis alendis se operam collocare dixerat, item III 2, 7, iocose haec de mulis redariis Varro addit. deinde Axius in instituto sermone pergit, *atque, ille inquit, non minor cura erat eius* sqq.

8 Minus laborabat ne seruos aeger aquam frigidam recentem biberent sui pisces] *Ne servus aeger quam aquam frigidam biberent sui pisces* edita inde a principe editione exemplaria. lacuna corruptam librorum scripturam in hunc modum supplevi, *minus laborabat ne servos aeger aquam frigidam, quam ut eam recentem biberent sui pisces.*

Piscinas eius despiciebat quod aestiuaria idonea non haberet ac reside aqua in locis pestilentibus habitarent pisces eius] *Ac residem aquam in locis* Merula, *ac in residem aquam et locis* Iucundus. *aestuaria* scribendum esse vidit Ursinus, quod Schneiderus confirmavit adscriptis iis quae de C. Sergio Orata narrat Valerius Maximus IX 1, 1 *idem, videlicet ne gulam Neptuni arbitrio subiectam haberet, peculiaria sibi maria excogitavit aestuariis intercipiendo fluctus pisciumque diversos greges separatis molibus includendo, ut nulla tam saeva*

tempestas inciderit, qua non Oratae mensae varietate ferculorum abundarent. nam *aestivaria* in piscinis nulla sunt. *aestuaria* autem parantur, ne aqua reses fiat, sed ut et aqua renovetur et propter aestus loca frigidiora fiant, quod postea in piscinis L. Luculli Marci fratris laudatur. itaque scripsi *quod aestuaria idonea non haberet ac reside aqua in locis pestilentibus habitarent pisces eius.*

9 Contra ad neapolim L. luculli posteaquam perfodisset montem ac maritumum flumen immisisset in piscinas qui reciproci fluerent ipse neptuno non cederet de piscatu] *L. Lucullus* et deinde *quae reciprocae fuere* Merula, *L. Lucullus, posteaquam perfodisset montem ac maritima flumina immisisset in piscinas, quae reciprocae fluerent, ipse Neptuno non cederet de piscatu* Iucundus, ubi *quae reciproce fluerent, ipsi Neptuno non cederet* Ursinus, *ipsi Neptuno non cedere* Gesnerus legendum coniecit. ad manu scriptorum librorum lectionem in hunc modum verba conformavi, *contra ad Neapolim L. Lucullum, posteaquam perfodisset montem ac maritumum flumen inmisisset in piscinas, qui reciproce fluerent ipsae, Neptuno non cedere de piscatu.* nam haec quoque, sicut superiora de M. Luculli piscinis, Hortensio tribui apparet. *qui* autem adverbii loco positum est, h. e. ut ea ratione ipsae piscinae, sicut mare, reciproce fluerent. de Neapolitanis L. Luculli piscinis Plinius IX 170 scribit *Lucullus exciso etiam monte iuxta Neapolim maiore inpendio, quam villam exaedificaverat, euripum et maria admisit.*

Factum esse enim ut amicos pisces tuos uideatur propter aestus eduxisse in loca frigidiora ut apuli solent pecoarii facere quod per colles in montes sabinos pecus ducunt] *Antiquos pisces suos* Merula, *amatos pisces suos* Iucundus et deinde reliqui editores. *quod propter calores in montes sabinos pecus ducunt* edita inde a principe editione exemplaria. *per aestus* et deinde *qui propter calores in montes Samnios pecus ducunt* Ursinus. *per calles* scribendum esse apparet ex iis quae de canibus pastorum scripta sunt II 9, 16 *quod accidit his qui per calles silvestres longinquos solent comitari in aestiva et hiberna.* itaque scripsi *ut amicos pisces suos videatur propter aestus eduxisse in loca frigidiora, ut Apuli solent pecuarii facere, qui per calles in montes Sabinos pecus ducunt.*

In baiano aut ardis tanta ardebat cura ut architecto

permiserit uel ut suam pecuniam consumeret] *In baiano aut ardeae tanta ardebat cura, ut architecto permiserit, ut suam pecuniam consumeret* Merula, *in Baiano autem tanta* sqq. Iucundus. corruptae librorum scripturae *aut ardis* probabilis emendatio inventa non est. *in Baiano autem maris tanta ardebat cura* Schneiderus coniecit. scripsi *in Baiano autem aedificans tanta ardebat cura.* deinde *vel*, quod ab editoribus omissum erat, Schneiderus addidit. *ut vel suam* Ursinus coniecerat.

Dummodo perduceret specus e piscinis in mare obiecta culo qua aestus — posset] In archetypo utrum *obiecta* an *abiecta* scriptum fuerit, non constat. *obiectaculo quo aestus* edita inde a principe editione exemplaria, inaudito apud alios vocabulo, quo 'molem mari oppositam seu montis alicuius obicem vel obiectum' significari Schneiderus adnotavit. *obiecta mole qua aestus* scripsi.

10 Et cum lata candidatus noster designatus aedilis se in uillam cui nos occidimus et gratulati in capitolium persequimur] *Aedilis in villam* et deinde *prosequimur* Merula. *et eccum recta candidatus noster designatus aedilis, cui nos occurrimus* Iucundus. manu scriptorum librorum lectionem, quam Mercerus in Tac. annal. III 42 ex Parisino codice adnotaverat, restituit Schneiderus, qui candidatum curuli magistratu impetrato latam purpuram sumpsisse et in villam publicam ad amicos se contulisse admonuit. *se*, quod sine verbo dici non potuit, delevi. deinde *occedimus* scripsi. *persequimur* ex manu scriptis libris restitui: III 12, 7 *ut inde te cuniculos persecutos credam.*

Ille inde endo suam domum nos nostram opinioni noster sermone de pastione uillatica summatim hoc quem exposui habito] *Ille inde eundo suam domum, nos nostram. opinionis nostrae sermonem de pastione uillatica summatim hunc quem exposui habeto* Merula. ex Parisino codice haec correxit Mercerus l. c., *ille inde endo suam domum, nos nostram, o Pinni noster, sermone de pastione villatica summatim hoc, quem exposui, habito*, item post illum Trillerus observat. crit. 4, 27 p. 469. *endo suam domum* ad exemplum Ennianum *endo suam do* dictum esse Mercerus adnotavit.

INDEX